a Comissio. Est tamē notandum circa hoc Quod princeps causam cōmittēdo delegato ad hoc ut illa audicetur a manibus ordinarij oportet quod i cōmis sione fiat mentio de processu habito coram ordinario. alias littere cōmissionis sunt subreptitie. ut. c. Inter monasteriū De re judi. et. l. Ubi ceptū. ff. De judiciis Et notatur in. c. Prudētiam De offi. dele. notat Abb. in alle. c. Inter monas terium circa prin.

Cōmunitatem coadiuuans ad impediēdum iustitie executō nem uel recceoriam loci punitur. ue supra Coadiuuans.

Concilium alicuius ciuitatis nō potest facere reparti tionem ultra tres mille moro. vide infra sub ver. Repartitiones.

Cōcilia ciuitatum Et locorum fideles seu collectores vecti galium Deputare debēt. qui. xxx. moro. de mille pro se ip sis exhigere possint. Ordi. Regis. Al. legiōn. Deti. xxvi.

b Concilia. proprie dicitur in castella concilium. quia concilij nomen tractū est ex more romano. vnde concilium a comuni intentione dictum est. eo quod

in unum dirigunt omēm mentis optutum. et concilium a societate multorum in unum appellatur. ut. c. l. in fi. xb. vi. ubi latius vide. et ff. De pactis. l. i. §. Cō uentionis uerbum. Et locorum. Gratia cuius no. Quod approbata est de iure uniuersitas ciuitatis. uille. uel castri. ut. l. i. ff. Quod cuiusque uni. Unde ē quod gens potest in quocunque uellit ciuitatem. uillam. uel castrum facere Quia hoc de iure gētium uidetur permissum. ff. De iustitia ꝛ iure. l. Ex hoc iure. Quod est uerum nisi tendat ad emulationem alterius castri uel loci. ut no. in. l. i. ff. De operi. publi. de quo in. l. fi. ff. De collegi. illici. et Innocen. in. c. Cum ab ecclesia rum De offi. ordi. Deputare. Est tamē notandum Quod si copia aliorum ciui um est, is qui semel onus uel obsequium subijt non est denotandus. l. Cum te. C. Quēadmodū ciuilia muneta inducūtur. li. x. Quia omēs debēt equari. l. fi. eo. ti.

Cōcilia locorum Statuta facere possunt super precijs ope rarum hominum laborantium secundum precia vectigali um. Ordi. Regis Ven. l. ultima. Burgis. Petri. ij.

Concilia. Statuta. Gratia cuius no. Quod statutum concilij ligat singulos nec possunt statutarij se exceptare quod non ligentur. ut. c. Cum omēs De consti. Et sic no. contra statutarios qui extrahunt se a uinculis statuti Quod tale sta tutum tanquam factum per cupiditatem est in iustum Quia habentes cōmoda et honores debent onera libentius supportare. ut Innocen. in allega. c. Cum oēs ꝛ ibi Val. i addi. ꝛ. C. De mune. patri. l. Professio. li. x. Itē no. Quod ubicū que non ualet rescriptum Nec ualet statutum. ut Innocen. et Val. in. c. Que in ecclesiarū De cōsti. ꝛ ibi Val. i addi. Itē no. Quod delictū uniuersitatis statu edo nō ligat singulos. ff. Quod cuiusque uniuersi. l. i. §. Qui magistratū. Itē si uniuersitas constituit alicui obligationem Non tenentur successores. ut. l. Si quis ita. ff. De au. et argen. le. et. l. Ruptilia. ff. De contraheu. empti. in cōtra rium Quia sic. l. Vallista ꝛ. l. Scribit. ff. Ad trebelli. et. l. xij. §. Diuus. ff. De sepul. uiola. l. seruitus. ff. De serui. urba. predi. ff. De libe. et postu. l. Pla cet. Item no. Quod pro debito uniuersitatis non debent capi singulares perso ne Nisi pro rata sua. possunt tamē capi exactores collecti post tempus certum. no. Bar. in. l. iiij. §. Ait pretor. ff. De re iudi. Et si aliquis ex his non potest sol uere Alij pro eo soluant. ut ibi Bar. et allegat. l. i. C. De omni agro deser. li. xi. Item no. Quod potestas sine consilio ciuitatis non potest remittere debi tum ciuitatis. notat Bar. in. l. Preses. ff. De trāsacti. et. l. Plane. ff. Quod cuiusque uniuersi.

Concilium seu aljama nō soluens recuperatori Regis red ditus. prouētus. et iura Regis usque ad terminum destina tum Soluat pro Rege quinque morā. pro mille. pro qua libet die que post terminum transierit. Ordi. Regis. Jo. pri. de Briuiesca. l. xu.

In concilio tabellio cōcilij nullam habet vocē seu uotum Vide infra. Tabellio.

concilia priuilegiata ne soluant monetas. Qualiter osten dant priuilegia sua. et coram quo. et quando. Vide infra. priuilegium.

¶ Non permittantur in cōcilijs ciuitatum et locorum intra re nec regere seu rem publicā gubernare alij quā rectores et pretores. et hi quos statutum cuiusque ciuitatis uel lo ci disponit. Si uero alij se intromittentes requisiti nō de sistenint a tali perturbatione per iustitiam loci compescā tur. ¶ Itē possunt in concilijs ingredi ferreri in casibus in quibus ad esse debent. Ordi. Regis. Jo. ij. in Valencuela peti. v. Et eiusdem Regis Zamore. peti. viij. Confirmatur ista lex per eundem Regē. Jo. ij. in Madrid. anno domini. Mill. cccc. xxxv. peti. xiij.

¶ Non permittantur. Disponit. Quando maior pars concilij requiritur in actu. Et an debent absentes uocari. no. Bar. ff. Ad trebelli. l. Heredes mei. § .pe. et Bal. in. l. i. ff. De offi. proconsu. et. l. Plane. ff. Quod cuiusque uniuer. Itē no. Quod delinquens contra priuilegia ciuitatis priuandus est priuilegio uniuersi tatis. C. De stu. liberali. ur. ro. l. i. li. xi. Itē no. Quod ad officiū magistratus seu presidis uel correctoris spectat conuocare consiliū. et facere eligi officiales. C. De decurio. l. xi. Et loco decurionum sunt consiliarij. ut ibi glo. Et conuacatur consilium ad sonum tube uel campane. ut ibi.

¶ Justitia autem consentiens alios quam rectores et iustiti am et concilij tabellionē in concilio ingredi et assistere ip so facto ipsius diei dumtaxat salarium perdat in quo hoc permiserit. Quod reparationi murorum loci applicatur. De pena uero huiusmodi ciuitas uel locus ubi hoc cōtinge rit potest integrari. et illā in dicta reparatione expende re. Ordi. ubi supra. Et cōfirmatur ista. l. per Regē Hen. iiij. Corduba. āno. Mill. cccc. lv. peti. xvij. Et addit quod scienter cōtrarium faciēs pro prima vice medietatem per dat bonorum. et pro. ij. vice aliā perdat medietatē. Et ipō facto applicētur Regis camere. iustitie autē locorum hoc resistant contrarium facientibus uel facere uolētibus. Et id non consenciant. Confirmatur per eundē Regem Hen. iiij. Tolleti. āno. Mill. cccc. lxij. peti. l. Et addit quod cō

tractum faciens pro qualibet vice qua Concilium intraue rit viginti mille moro. soluat. et iustitiis loci applicetur et idem iustitie hoc exequantur cum pena. Et ad debitum effectum tradant.

Iustitia. Concilium. Seu vniuersitas habet presidentes qui diuersis nominibus nuncupantur secundum locorum consuetudinem. ut sunt iurati. i. cõsiliarii uel sindici seu priores qui regunt vniuersitatẽ. Et dicuntur iurati a iuramento quod prestant Vt eorum officium fideliter exequantur. Tamen de esse seu substantia vniuersitatis non est ut ibi sit rector. Vnde potest esse vniuersitas absque alio capite. no. Innocen. in. c. Cum non ignotes De preben. Facit. l. i. ff. Quod cuiusque vniuer. notat Abb. de cecilia in. c. Consulti De procura.

Item no. Quod si hi qui regunt municipiũ iurant Omñes municipes iurare intelliguntur. ut est tex. in. l. Municipibus. ff. De condi. et de.

Concilia locorum elligunt ex priuilegio officiales concilii. vide infra. priuilegium. d.

Concilii maior pars quod fecerit an valet. vide infra. Statuta.

Concilium loci non pignoretur pro facto arrendatorum seu collectorum iurium Regis. vide infra. collectores.

Concilia locorum statuta contra clericos uel ecclesias non faciant. vide infra. Statuta.

Concilium loci ubi Rex ingreditur soluat vexillum portãti. xii. moro. vide infra. Officiales.

Concilium citatum mittat procuratorem. vide supra. Citati.

Concubine clericorum ut differant in habitu ab honestis feminis super capitibus patẽter signum tradãt pãni rubei ãplum ut tres digiti. Si uero hoc facere contẽpserint vestes quas tradiderint perdãt. Quas auferre tenetur loci algazelus seu merinus. Quarum vestium Tertia pars accusatori. Tertia uero algazelo seu merino. Residua autem pro murorum fabrica loci applicãtur. Algazelus quoque seu merinus circa hoc negligens officium perdat. Et insuper soluat moro. ut premittitur duodecim. alga zeli tamẽ pars in hoc casu negligentie loci muro applicatur. Ordi. Regis. Jo. i. Sorie. Petri. iv.

Concubine. Clericorũ. Pe. de ãchis. in regula Ea que fiunt De regu. iuris. li. vi. tenet Quod directe nec in directe licitum non est laicis aliquid contra clericos statuere. ut. c. l. De immuni. eccle. li. vi. Sed in casu huius l. in processu contra feminam infamatur clericus Saltum de facto propter criminis cõnexitatem. lxxx. di. Tantis daniel. Nam valde periculosa ẽ clericis talis infamia per quam vituperatur ecclesiasticum mysterium. Et in mentibus fidelium scandalũ generatur. ii. q. v. Presbyter. et. c. Si mala fama. Distinguit tamẽ Pe. ubi supra. Quod contra concubinas notorias seu magnifestas statutũ valeat. Quia nec tunc honestas ecclesie dedignatur Sed potius defensatur. Et sacri canones custodiuntur. Sed contra occultas concubinas non valet statutum. facit. c. In scripturis. xcvi. di. Et sunt tollerande. ii. q. i. Si peccauerit. hec Pe. ubi supra. Signum. Concor. C. De episcopa. audi. auct. Minime. et quod ibi notat Bal.

Si conjugatus concubinam publicã tenuerit quintã bonorum que hẽt perdit usque ad quantitatẽ decẽ mille moro. pro qualibet vice Quod cum ea repertus fuerit cõsanguinei uero femine illius possunt penam hanc exhigere adcopulãdum eam matrimonio. Si uero femina cõtrahere nolit uel cõsanguinei in hoc negligẽtes fuerint. Tertia pars pene accusatori. Alia uero tertia iustitie. Residua autẽ camere Regis applicẽtur. Defectu autem accusatoris seu denunciatoris Judex ex officiõ suo pugniat deliquentem sub pena priuatõnis officij. Ordi. Regis. Jo. i. Briuie. l. xviij.

Si conjugatus. Concubinam. Ideoque prohibetur hodie concubinatus. Quia degeneres populi. et ignobiles ex fornicatione procedunt. ut. c. Si gens anglorũ. lvi. distin. Pro peccato namque fornicationis necnõ et pro aliis peccatis nostris permittit nos deus fame crutiari et a barbaris infestari et aliis molestiis affligi. ut tex. et glo. in dicto. c. Si gens. et in. c. Non omnis. v. q. v. et in. c. Et tẽporis. et. c. Reuertimini. xvi. q. i. et in. c. Sciscitaris. vii. q. i. Nec fornicatõnis enim peccatũ homo est totus carneus et corpus suum eneruat. et animã polluit. Iuxta illud omẽ peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus ẽ. hoc autem ut homo cõmittit secundum Hu. xxvi. q. ii. Sed illud notat Lauren. et Archidia. in. c. Domino sancto. l. vi.

Concubina publica clerici pro quacunque vice que cum clerico inuenta fuerit pro sua concubina ultra alias penas a iure statutas vnã soluat marchã argẽti Quam quilibet potest accusare seu denunciare. Cuius pene Tertia pars accusatori. Due uero partes Regis camere applicẽtur. Judices autẽ seu pretores curie uel alterius cuiuslibet loci. ubicunque sciãt tales clericorum cõcubinas publicas penã predi-

eram ab eis exhigant. Et terciam partem habeant quã sa bitutus erat accusator sub pena perditõnis officiorum. Or di. Regis. Jo. i. de Briuiesca. l. xix.

Concubina. Concubinas. Ultra hoc no. Quod clericus donare seu alias vendere seu allienare non potest res suas concubine sue. hoc enim prohibetur a iure Cum clericus est milles celestis. ut notat Bar. in. l. Affectionis. ff. De donati. et in l. Milles. ff. De re iudi. et in. l. Mulieré. ff. De his qui. ut in digni. Et vide infra. Filii. a.

Allienam vxorem habens in concubinã qualiter puniatur vide infra. Uxor.

Concubinam domini carnaliter cognoscens punitur. ut. infra. Fornicationem.

Conclusio fiat in iudicio ante quam diffinitiua senten tia pronuncietur. Vide infra. Testibus.

Conclusio Seu renunciatio in causa non est de ordine substantiali. notat glo sa in clemẽ. Sepe De verbo. signi. et. Jo. an. in additi. Specu. ti. De re nuncia. in prin. Licet sit de solẽnitate. in. c. Cum dilectus De fide instru. et. c. Pastoralis De causa po. et proprie. et Innocen. in. c. Cum venissent De testi. Eius ergo obmissio nõ vitiat processũ. Abb. de cecillia in. c. Cũ. j. z. a. De re iu.

Cõditio nulla fiat de nouo i quaternis vectigalium Regis Sine ipsius spãli mãdato. Ordi. Regis. Jo. ii. i Vallid. pe ti. vii.

Condemnatus in absentia propter cõtumatiã sine delicti informatõne auditur. Vide supra. Absens.

Conducho. i. victualia an et quãdo potest per generosum exhigi in abadengo uel behetria. Vide. Ordi. de Alcala. ti. xxxiii. l. x. et per totum.

Confederatio seu liga an permittatur. Vide ifra. Liga.

Confederatio. Vide plene quod no. Archi. in. c. Cõstitutionẽ De uerbo. signi. li. vi. De conspiratione seu coniuratione an et quãdo sit permissa. Et vide quod no. infra. Liga. a.

Confessio in iudicio facta per xpianum dicẽdo quod iu deo seu iudee debet aurum argentum pecunias uel a lias res quomodocunque sit nisi super Regis redditibus nõ valet. Nec xpiano cõfitẽti nocet. nec illius preteritu iu dex condemnare valet xpianum. quod si fecerit non valet

Quia in fraudem presumitur usurarum. Xpianus uero talem faciens confessionem. etiam cum iuramento seu homagio tantundem sicut confessum uel probatum est de suis bonis in penam soluat. ut nō de facili caluye se debere confiteatur iudeo quod nō debet. Iudeus autem uel iudea iuramenta huiusmodi seu omagia fieri petētes a xpianis duplum quātitatis sententiarum cōfessionum uel iuramētorum que petunt soluant. Pene uero huiusmodi in locis dominij tertia pars accusatori. Alia domino loci. Residua uero Regis camere applicātur. In alijs autē locis tertia accusatori. Tertia Regis camere. Residua uero muro loci applicātur. Si uero locus muros non habet illa pars tertia proprijs applicatur concilij. Ordi. Regis Hen. ij. Madrid. l. iij.

Confessio. Item no. Quod confessio tacita criminis puta si quis promittit centum petro ut ipsum de morte patris sui non accuset. Non probat tamē si fuit facta ante accusationem institutam Quia uidetur hoc fecisse potius causa redimende sue uexationis. Nec etiam ex tali confessione potest torqueri Nisi contra ipsum laboret infamia. Ita quod sit de illo crimine diffamatus notat Bal. in li. feudorum. ti. De pace iuran. fir. §. Si quis temerario.
An autem confessione facta per reum in uno capitulo. et in alio cōnexo negatione facta actor teneatur in totum uel partem confessionem approbare. Uide Hen. in. c. Cum super De concessio. preben. et Cy in. l. ij. C. De dona. ante nupci. et docto in. c. i. De cōfes. li. vi. Et mellius quam omēs per Nicholaum de cecillia in. c. Bone. i. De postu. prela. et uide. l. Aurellius. §. Idem quesit. ff. De libe. le. et ibi Bar. et Anto. in. c. Ex parte decani De rescriptis.

Confessus est reus nisi litem cōtestetur usque ad. ix. dies uide infra. Contestatō. et uide infra. Positōnes.

Confirmatio nō fiat illorum qui tēpore fiunt tirāni. uide infra. tirāni.

Confirmatio priuilegij non fiat nisi originale ostēdatur. Ordi. Regis. Al. Madrid. peti. lxxxiij.

Confraternitates nō possunt sine approbatōne Regis uel prelati fieri. uide infra. Liga.

Cōseruatores nisi de iniurijs notorijs et sicut iura cōmunia disponunt non se audeāt intromittere inter laicos Quod si contrarium fecerint ipō facto naturalitatē

et temporalitatē quā in regno habēt perdant. Et a regno alieni et extranei habeātur. Nec āplius illa recuperabunt Et insuper extra regnum tanquā rebelles et inobediētes suo Regi expellentur. Ordi. Regis Hen. iiij. Cordube. ãno Mill. cccc. lv. Peti. ij.

Cōseruatores et alij ecclesiastici iudices qui metas sue potestatis prout iura disponunt excesserint Et i regali iurisdictōne se intromiserint seu illam usurpare atēptauerint ultra alias penas in ordinatōne Cordube per Regē Hen. ãno Mill. cccc. lv. expressas perdant omēs morobe. de iure et hereditate quos tales conseruatores in libris tenēt Regum collocatos. Et quicunque laicus qui in talibus causis tabellio seu procurator coram tali conseruatore fuerit cōtra laicum. nisi in casibus duntaxat a iure permissis Eodem iure et facto sit infamis. Et insuper exillium per decēnium patiatur a loco et iurisdictione sui domicilij. Et medietatem perdat bonorum. medietate Regis camere Et residua accusatori applicāda. Precipiunt iusticiis ut stati ad exillium procedant Necnō et ad secrestatōnē dictorum bonorum sine mora. nec expectent super hoc Regis mādatum et cetera. Ea. Ordi. Peti. xv.

Coniugatus seu desposatus per uerba de presenti ui uam habens uxorem seu sponsam Si iterum cum alia per uerba de presenti contrahat. ultra alias penas a iure statutas Ferrum calidum in frōte eius imprimatur ad modum. q. Ordi. Regis. Jo. i. Briuiesca. l. fi.

Coniugatus. De presenti. Si autem hoc non dixerat sola sponsalia non sufficiebant ad hanc penam imponendam. Nam si statuto cauetur quod cōtrahens matrimonium cum aliqua feminarum genere Incurrere certam penam non punitur Si solum sponsalia cōtraxerit. ut ē tex. in. l. ij. §. Docere. ff. De quis eum qui in ius uoca. ē. bi. exhi. et no. ff. De cōdici. ob causam. l. Quod si seruus Licet sit contraria lex Orō. C. De spon. et. ff. De iustitia et iure. l. Jus ciuile Facit. l. i. C. De offi rec. proui. Sed Bal. tenet primū in. §. Docere supra alle.

Coniugatus concubinam publice tenēs punitur. ut supra Concubina.

¶Coniugatus clericus an contribuit cum aliis. vide supra clericus.

Computatores Regis nõ possunt esse thesaurarii nec arrendatores et cetera. vide infra. Redditus

Computatores maiores Regis nõ liberent prelatis seu militibus dominis locorum morobetinos quos habẽt a Rege donec liberent omia que in suis locis habent.

¶Computatores maiores postquam rẽtas Regis rematauerint non possunt eas nisi de cõsensu partium quibus res tãgit mutare. nec maiorem precium seu puiam nec mediã puiam. nec aliud precium maius nec minus recipere nisi fuerit tãtum quãtum valet quarta pars totius põderis rẽte que sic fuerint rematate et nõ aliter. Quod si cõtrarium fecerint non valeat. Et hi qui taliter rẽtam i alium rematatam puiauerit. Seu maiorẽ partium dederit Soluãt Regi puiam et non habeant rentam. Et iurent cõputatores hoc obseruare in consilio. Ordi. Regis den. iiii. Tolleti. ãno. Mill. cccc. lxii. peti. xlv.

¶Licet cõputatores maiores bonorum Regis sint nunc tres qui antiquitus erant duo dumtaxat promiserunt Reges eos ad numerum duorum reducere cum vacauerit vnus eorum. Idem promiserunt in cõputatoribus maioribus de cuentas et cetera. Ea. Ordi. peti. ix.

a Consilium Regis fuit factum ea ratione. ut Rex onera sua ad expediendum facta et negocia sui regni cum aliis sui regni probis hominibus patiatur Exemplo moysi qui consilio ietri soceri sui iudices deputauit adiudicandum populum israhel. Exodi. xviii. ut in ordinatione quam fecit Rex. Jo. i. Que loquitur de luctu.

¶Omẽs qui sunt de Regis consilio Surgãt diluculo et veniant

b ad camerã ad inhiẽdum cõsilium deputatum vna hora post solis ortum A medietate octobris usque ad pascha resurrectõnis dni. Abinde uero usque ad mẽsem octobris cõ-

siliarii veniant .ii. hora post ortum solis. et in camera illa ponatur sedes ubi Rex sedeat. necnō et scana ubi cōsiliarii sedeant. Et si omēs nō venerint steent adminus in consilio vnus prelatus et duo millites et Duo doctores qui negocia expediant petitōnum. Non venientes autē ad consilium mittant excusatorem.

¶ Omēs. Duo doctores. no. Quod si sunt duo doctores precedere debet qui primo meruit magisteriam dignitatem. ut. l. Preclaram. C. De primicerio. li. xii. et l. .i. De consuli. Et hoc uerum si ambo sunt equalis scientie. Alias excelens et magis prouectus debet precedere. ut. C. De prophe. et medi. l. Reddatur. Et qui studendo melius laborauit. ut. C. De offi. magis. offi. l. ii. et. C. De tironibus. l. fi. notat. Jo. De pla. in alle. l. Preclaram. ¶ Itē no. Quod doctores qui diu fuerunt in consistorio principis efficiuntur cōmites sacri consistorii Sicut doctor xx. ānis legens efficitur cōmes palatinus. C. De prophesso. qui in urbe cōstā. .l. l. li. xii. no. Jo. de pla. in. l. i. C. De cōmiti. consisto. eodem. li. xii. in fi. Et sic no. Quod doctor uel miles antiquior prefertur iuniori Nisi labor majoris meriti uel dignitatis faciat ante ire. ut. l. Vniculque. C. De proximis sacro. scrine. et l. Nullus. C. De tironibus. li. xii. ¶ Item est notādum Quod si cui cōceditur administratio dignitatis diu ante concesse Videtur de nouo dignitas cōcedi Imo illis pocietur honoribus et priuilegiis Quibus pociretur si eidem ab initio administratio fuisset concessa. ut. l. Sancimus. C. De consulibus. li. xii. Quod no. pro consiliariis seu auditoribus habentibus honorariam primā quod preferatur habēti administrationē Si honorarius postea consequitur administrationem. ut ibi per docto. Signanter per Jo. de pla. Et vide. l. fi. C. De primicerio eodem. li. xii. et .l. i. C. Quis ordo in digni. seruetur. Et vide infra. Doctor. ¶ Itē no. Quod dignitate deposita prefertur qui primo fuit in dignitate electus. ut. l. Si absenti. .C. De prefe. preto. Et sic regula prelationis habet locum in honoribus incēdendi sedendi. loquendi et dicernendi. non solum durante officio et dignitate Sed etiā finita dignitate et officio Remanet hoc priuilegiū prelationis. ut ibi no. Jo. de pla. Si tamē vnus est in administratione et alius deposuit et vacat Tūc administrās prefertur vacāti Licet prior in tempore fuerit. ut. C. Ut dignitatum ordo seruetur. l. i. §. Si administrationes. et. Jo. De pla. ubi supra. ¶ Itē no. Quod prelatio dignitatis durat etiam cum dignitate possiti deuenerunt ad priuatam vitā Et post depositam dignitatem. ut. l. i. et ibi glo. C. De prefecto pretorio. li. xii. et ibi. Jo. de pla. Et sic no. Quod priuilegiū concessum ratione dignitatis durat usque ad vitam. Est casus in. l. Eam legem. C. De excusa. mune. li. x.

d ¶ Item consiliarii aliorum non repetant ratōnes seu allegationes.

d ¶ Item consilii camera sit in Regis hospicio Si locus fuerit decens Alias sit in domo propinquiori.

e ¶ Item consiliarii vocent referendarios qui causas videant

super quibus consilium cõgregatur. Et si fuerit cõsiliũ
super nunciorum relationibus uel rebus arduis et secre
tis non maneant in consilio nisi hi dumtaxat qui ad hoc
sunt deputati. et cõsilij doctores. et secretarius. Si uero fa
ctum secretum nõ fuerit maneant in consilio tres uel qua
tuor tabelliones tantum cum cõsiliarijs.

f ¶ Item unus de referendarijs relatõnem faciat in cõsilio. Et
cõsiliarij determinent sine aliqua repetitõne audiãtque al
teri aliorum ratões. Et in leuibus interrogẽtur an oẽs
in illa conclusione maneant ne tempus detineant. nec eti
am ratõnum prolixitates consiliarij admittant. nec par
tium uerba incongruentia uel euasiua.

g ¶ Item duo balistarij de maza sint. unus qui consilij januã
seruet. Alius uero quos consilium preceperit cõducet. Et
si aliquem sine licentia intus ingredi permittant penã nõ
euadat. Et pars que sine licẽtia introducitur ea die nõ ex
pediatur.

h ¶ Item si oppinionum diuersitas in consilio fuerit Jd quod
due ex tribus cõcilij partibus dictauerint ualeat. Si uero
due nõ sunt partes cõcordes fiat de hoc Regi relatõ.

¶ Item si. Quod due. Vide Innocen. in. c. Quanto De iure iuran.

¶ Item Regis referendarij petitiones assumant et cum tabel
p lione prouintie in summa earum relatõ ponatur in quodã
memoriali. Et fiat in concilio relatõ. et tabellio ipromp
tum teneat originale petitõnum Si aliquod super ea dubi
um emerserit.

¶ Item fiat petitõnum relatõ sicut uenerint nisi sint petiti
k ones magne necessitatis seu pietatis.

¶ Item referendarius de consilij mandato quãdam i consilij
l janua ponat cedulam ante quam consiliarij veniãt in qua
dicatur. Ista sunt negocia de quibus hodie uel cras in con
silio debet fieri relatio et cetera.

¶ Item referẽdarius in quodã memoriali scribat cũ tabellio

m ni quecunque cõmittitur expeditio. et illud circa aliã cedu
lam in consilii ianua ponatur.

n Item consiliarii horis supradictis iugiter in cõsilio cõgre
gentur ⁊disi in diebus dnicis et paschalibus. et domini fes
tiuitatibus. ⁊necnon in quatuor virginis gloriose pricipa
libus festiuitatibus. et aplõrum. et Johis bbtẽ. et bti Frã
cisci. et Thome de aquino.

o Item consiliarii ne impediantur non exeant a loco ad Re
gem uel alium dominum recipiendum.

p Item consiliarii iurẽt Quod bene et fideliter secundum su
um intellectum et consciẽtiã consilium suum impendẽt. et
quod nec affectione. nec proprio. seu alterius particulari
cõmodo. ⁊nec odio. nec timore cõsilium dabunt ⁊disi quod
eis visum fuerit sine aliqua partialitate. ⁊nec reuelabunt
personam que i consilio aliquid dixerit in rebus ob quas di
cens dãnum recipere possit. nisi cum alio de cõsilio. Et ser
uabunt consilii secreta. Si uero contra hoc aliquis fecerit
priuetur a cõsilio. et Rex ei penam imponat. Et hoc si ta
lis fuerit causa quam omẽs de consilio dixerint sub silẽtõ
seruandum.

Item tabellio scribat in registro ardua facta tractorum.
q uel ambaxiatorum. uel alia magna negocia. ut si expediat
Rex illa videat.

Et si alia fuerit negocia ob que rescripta cum sigillis debe
r ant dari habeat registrum qui habuerit sigillum. quod re
gistrum debet de verbo ad verbum fieri. Et in fine põatur
qui et quales de consilio illud acordarunt. et qui nõ. Et ta
lia rescripta per vnum prelatum. et duos milites. duosq͂ue
doctores adminus expediantur. Et si tot in curia nõ stete
rint Expediantur per existentes in curia. Et tabelliones
prouintiarum litteras. uel rescripta facta et expedita ad
cõsilium tradãt in diebus martis uel veneris. ut ibi liberẽ
tur.

f ¶ Itē cum obedientia littere et rescripta Regis que sic expe
dita et libera fuerint admplēda sunt sub earum penis. In
obediens uero personaliter citetur ad se excusandum. uel
penam subeat nisi admpleuerit.
Littere et rescripta que in consilio Regis secreto fuerint
t ¶ expedita per iusticiā. uel expediens in partem nō scriptā
signentur ubi nō possint signacula scindi. adminus per du
os Regis consiliarios. Et dicta rescripta videantur. legā
tur. et signentur in dicto consilio. Tabellio autem came
re Regis nō alias. nec aliter det litteras seu rescripta tali
a Regi adfirmādum. nec registrator ea aliter registret.
nec cācellarius ea ad sigillum vertat sub pena perditionis
officii. Ordi. Jo. ii. Guadal. āno. xxxvi. l. vi.
v ¶ Res autem quas expedire liberareque potest Rex suo pro
prio nomine. absque eo quod aliquis de cōsilio suum appo
nat nomē sunt domus sue officia. mercedes. quotidianas
elemosinas. mercedesque de iuro et hereditate. et pro vita
terras. seu feuda. castrorum tenentias. venias. uel legiti
matiōnes. aliquid extra regnum extrahere. alimenta. āba
xiatores extra regnum. officia ciuitatum et villarum que
per cōfirmatiōnem non dantur. notarias nouas. supplica
tiōnesque prelatorum. et beneficiorum presentatiōnes. pa
tronatus. Capellanias. et sacristanias. Ista tamē debent
per consiliarios videri. Et si eorum maior pars viderit fi
eri nō debere. Id illico eis quibus data sunt respondeant.
alia autem mittant Regi cum vno referendariorum cum
suo videre. Talia autem rescripta seu littere per tabellio
nem prouintie ubi sunt fiant. Et Regis nomine firmētur
sigillenturque cum maiori suo sigillo uel secreti. et a quo
cunque sue camere tabellione scribantur.
x ¶ Consiliarii autē possunt expedire. et sua nomina intus in
litteris apponere absque eo quod relatio fiat Regi. f. res
cripta adsecrestandum uel secrestationē āmouēdum in ter

tis solido mercedibus et alimētis officia que cōfirmationē requirunt. Et pro iudicibus ut iustitie faciant complemē tum litteras respōsiuas. vocatiuasque ad guerras. uel ad curias generales. uel ad alia. uel litteras ad vocādum ga leotes adducendum panem et victualia. adreparādum gra uamina uel contra recuperatores uel arrēdatores. ut Re gis pecunias soluant. Et ad uendēdum bona sua. Et ad cō pellendum eos. Et alia que intellexerint. Et pro penis re bellionum. et citationum. mandatorumque Regis et consi lii. Dant etiam iudicem supplicationis in his que nō perti nent ad Regis audientiam. uel cācellariam cōmittere. Eti am possunt querellas. uel petitōnes que nō sunt in audiētia uel coram curie pretoribus cepta. Item possunt correcto res uel iudices deputare a locis petitos. uel si sit necesse quod mittantur etiam si nō petantur. In his tribus offici orum generibus consiliarii Regi notificēt personas quas nominant. ut voluntate Regis attēta rescripta que super his data fuerint Suo nomine roborentur. per eumque tā xetur alimentum. uel per locum iudicem petētem. seu per personas uel concilia locorum. Omia ista videat Regis cō silium. et expediat iam dicta. et nō alia.

¶ Consiliarii. No. circa hoc Quod doctores consilii Regis in causa appellationis possunt unam causam seu plures cōmittere aliquibus ex eis cum habeāt iurisdicti onē a principe universaliter cōcessam. docto. in. c. Super questianū De offi. dele.

¶ Item omēs littere seu rescripta i quibus Rex suum nomē
y apponere debet manu fiant sui tabellionis de camera. Et si alia manu scripta Regi tabellio dederit Officium perdat Et non registrētur. Omia que dicta sunt per Regē Petri cum. ii. sunt ordinata i curiis de Segobia. āno. Mill. cccc. vi. Et cōcor. cum his. Ordi. Peti. Regis. Jo. i. Briuiesca. Peti. ii. et. iii. per totum.

5 ¶ consiliarios. pretores curie Regis. siuunque algazelum maiorem. uel adelantatos maiores. Castelle. Legionis. uel Gallicie occidens Sit ipō facto alleuosus. Et perdat bona.

et publice occidatur. mutilãs autem occidatur. Et dimidi
a plectatur bonorum. Si tamen istorum quilibet rixã mo
uerit officio suo nõ vtẽdo pena iuris puniatur. Ordi. Re
gis. Al. de Segobia. l. x. Et eiusdẽ Regis foro nouo de Al
cala. ti. xx. l. ix. Vide infra. Occidens. b. et vide infra. Iu
dex. t. Qualiter diuiditur pena.

aa Consiliarii Regis. necnõ et officiales. et priuati eius debẽt
esse tales qui timeant deum. et seruicium diligant Regis.
bonaque eius et vtilitatem sue terre et dnii obseruẽt ne a
suis naturalibus odio habeantur. Ordi. Regis. Al. Madrid
peti. xxxiii. Et. xxxvi. Vide infra. Officiales.

bb Consilium Regis. xii. debet probos homines habere consi
liarios. Quorum duo sint regni castelle. et duo regni Legi
onis. Et duo Gallicie. Duoque Tolleti. Et duo de extrema
duris. Et duo de ãdaluzia. et omẽs isti sint de officialibus
Regis quibus competẽtia dẽtur salaria. Ordi. Regis Vẽ.
. i. Burgis. peti. vi.

cc Cõsiliarius Regis nõ sit iudeus. Vide infra. Iudei.

dd Cõsiliarii Regis sint sui auditores necnõ et pretores pro
uintiarum. Ordi. Regis Ven. i. Tauri. peti. xiii.

ee Duo de consilio tenẽtur in Regis curia cum pretoribus in
quolibet die veneris incarceratos audire. Vide infra. In
carceratus.

Consuetudo locorum que disponit quod officia recto
rum uel tabellionum seu alia officia publica non dẽ
tur nisi ad petitõnẽ officialium vel maioris partis eorum
dem seruetur. Vide infra. officia rectorum.

Consuetudo. Circa hanc materiam no. Quod consuetudo etiam si sit cõtra
ius valet Si sit tolerabilis. ut patet in statutis que inniuunt legitimã filio
rum. uel que disponunt quod mulier doctata non succedat stantibus masculis. nõ
enim exhigimus in consuetudine quod semper sit rationabilis Sed satis est quod
sit tolerabilis et vsu approbata no. in li. Feudorum. li. ii. ti. pri. De feudi. cogni
tione. c. i. et ibi per Bal.

Consuetudo hactenus seruata in locis et villis. i litore ma

ris constitutis circa salinationem piscaminum friscorum seruetur constitutõne aliqua ipõrum locorum nouiter facta. non obstante. ordi. reti. Regis hen. i. Tauri. reti. .xxxi.

¶ Consumitur medietas morobetinorum Regis i libris. vi de infra. Morobetini.

a Contestatio litis per reum directe respondendo. confitendo uel negando fiat usque ad. ix. dies. a die proposite actõnis reo uel suo procuratori cõnumerãdos. Si autem reus sic non respondeat habetur pro confesso per hanc legẽ. nec requiritur alia sententia contra eum super hoc. Si uero rei procurator ut premittitur rebellis seu contumax fuerit in non contestando dominus litis non restituatur licet dicat procurator quod non est soluendo Foro nouo de Alcala. ti. vii. l. i.

Contestatio. Et circa hanc materiam no. Quod per narrationem et contradictionem fit litia contestatio. ut. l. Rem non nouam. C. De iudi. Non tamẽ omnis negatio et responsio inducit litis contestationem. ut negatio que nõ fit ad principaliter non petita. ut no. glo. et doctores in alle. l. Rem nõ nouã. Itẽ si reus respondeat protestando quod non facit animo litem contestandi Nõ inducitur litis contestatio. ut ibi glo. Quod est uerum quando responsio est facta in continenti post pronunciationem Secus si ex interuallo. ut ibi. Cy. ubi no. Cy. et Bar. quod per obiectum exceptionis peremptorie inducitur litis contestatio non dilatorie Quia illa ordinatur ad excludẽdum iudicium. ¶ Item per responsionẽ ad libellum tu mẽtiris Non inducitur litis cõtestatio. no. Guillelmus in. l. i. C. De litis contes. Et si plura narrantur et diuersa et uni respondetur super illo tantum fit litis cõtestatio Secus si sint cõnexa. notat Guillel. in auct. Offeratur. C. De litis contes. ¶ Item no. circa hanc materiam Quod licet ficta confessio defuncti non transit ad heredem. ut no. Bar. in. l. Eius qui delatorem. ff. De iure fisci. Licet etiam condẽnatio ad penam delicti non transit ad heredẽ. ut. l. Si quis iniquum. ff. Quod quisque iuris. Transit tamen executio ad heredem ubicunque sententia fertur ipõ facto uel ipõ iure. ut alle. l. Si quis iniquum. ut ibi notat Bal. Credo tamẽ quod licet rigor huius. l. non possit coram seculari iudice temperari Cum reo omnis defẽsio per illam tollitur in penam cõtumacie. Tamẽ unde defensio naturalis si impromptum ostẽdatur per reum coram ecclesiastico iudice cum apud eum potest agi ex sola defensione naturali sicut ex obligatõne naturali Poterit tunc ecclesiasticus iudex per uiam denunciatõnis euãgelice in causa procedere Ne ueritas perfictionis confundatur. ar. de his que no. per Bal. in. l. Si quis iniquum. ff. Quod quisque iuris. Et per ea que scripsi infra. super

parte Prescribere. Et per Bal. in. li. Feu. ti. Si de feudo fur. contro. inter. do. et ag. §. Si quis per. xxx. Hoc tamē non ōnino assero.

¶ Directe. Et nisi sic respondeat reus Habetur pro confesso. ut hic Cōcor. quod notat Bar. in. l. i. §. Si quis simpliciter. ff. De uerbo. obli. Et in. l. i. ff. De uul. et pu. substi. Non enim respondere tenetur reus cū duplicitate Sed pure et simpliciter. Alias est confessus ut ibi Bar. Requiritur etiam quod petitio seu actō necnon et litis contestatio fiat coram iudice competēti. alias habetur pro nō facta. ut notat glo. et. Jo. faber in. l. Si pater. C. Ne de sta. defun. Et docto res in. l. Si pupillus. ff. De uerbo obli. Et in. c. At si clerici De iudi. Idem si tempore oblationis libelli non erat iudex Postea uero sic. uel e contra. Quia tūc nō ualet quod fit coram eo. ut in dictis Iuri. et in. c. Ut debitus in prin. De ap pella. et in. c. Auditis De electi. Et. xv. q. iii. §. Potest. no. Spec. ti. De iu dice delegato. §. Excipi potest. ꝟ. Quid si cōmittens cū. ꝟ. se.

¶ Usque ad. ix. dies. Et sic no. Quod cum isti dies computantur de momento ad momentum. ut dicitur supra Utile esset quod tabellio diem et horam proposite actionis et postea contestationis in actis apponeret Cū ratione solius hore posset nasci dubitatio circa id quod fit. ut no. in. c. Si eo tempore De rescriptis. li. vi. In nouella. Nam ratione hore unum instrumentum dicitur prius altero. ff. De soluti. l. Si ex pluribus causis. §. fi. Et ibi glo. Quam raro alibi reperies secun dum Andre. de chass. ut refert Bal. in. l. Imperator. ff. De statu ho. ¶ Itē no. Quod de iure in iudiciis mora rei potest purgari infra modicum tempus Si est saluum ius actoris. notat Bal. in. l. Et si post tres. ff. Si quis cauci.

¶ A die proposite actionis. Intelligo dum tamen actio sit apta et procedat de iure Nam libelli ineptitudo licet non impediat ueram confessionem Impedit tamen fictam confessionem. unde etiam post lapsum terminum dāni potest opponi excep tio ineptitudinis libelli Quia reddit retro iudicium nullum. ut concludit Bal. in. l. Ammonēdi. ff. De iure iuran. Et etiam uera confessio non concludit super libello non concludente. ut ipē no in. l. Certi condicio in princi. ff. Si certum pe tatur. Idem intelligo si libellus continet notoriam iniustitiam. ut notat Anto: de butrio. in. c. Uestra De coha. cle. et muli. xii. colum. Et idem si libellus con tinet causam ineptam ut cum dicitur peto. x. quia Rex est in francia Nam tūc sententia condēnatoria nō ualet. notat Anto. in. c. Dilecti. De iudi. Quia ta lis ineptitudo est patens. ut domini de rota decisi. xxxvi. Idem si tenor rescripti est contra ius scriptum. Nam tunc non potest cogi reus ad respondēdum nec ad iurandum. nec ualent probationes. quia si libellus nō tenet Processus est nullus ipō iure. ut cōcludit Bal. in. l. Si patronus. ff. De iure iurā. Facit ad hoc quod libellus est de forma substantiali processus. Et sine libello non potest causari pro cessus. no. Abb. in. c. i. De dilati. Facit ad hoc quia sicut positioni cauciose uel que deducitur ad inconueniens non debet respondere Idem si sit reiecta. ut notat Bal. in. l. Si duo patroni. §. Idem iullianus. ff. De iure iuran. Sic nec ē res pondendum actōni inepte per supra allegata. ¶ Idem etiam credo si is qui dicit se alterius procurator agat non ostendendo mandatum Eo quia nō creditur ei ni si mādatum offerat. ut. c. i. De procura. et ibi Abb. in prin. et. l. Eius que in pro uintia. ff. Si cer. peta. et ibi Bal. Idem si agat procurator ante quam acceptet

mandatum procurationis. quia ante quam acceptet Non dicitur nec cēsetur procurator. ut domini de rotha decisi. cxii. Nec dicitur acceptare nisi expresse cōsenciat. nec sufficit tacitus cōsensus. ut domini de rotha decisi. ccii. Nam sicut delegatus et cetera.

¶ Item est tex. iii. parti. ti. ii. l. i. Ubi si quis alieno nomine agat nō tenetur reus sibi respondere Nisi ostendat procuratōnem uel caueat rem ratam dominū habiturum Quia sicut iudex ante presentatōnem litterarum non recipit iurisdictionem. ut. c. Super eo. ii. De appe. Sic nec procurator āte receptōnem mandati. notat Archi. in. c. iii. De procurato. li. vi. et Spec. ti. De procu. § .i. v. Quid si procurator. Et no. in cle. i. De procura. Nō ergo valent gesta per eum ante receptionem mandati. ut concludit Lapus sua allegatione. lxxxi. Actō ergo et actus talis procuratoris habentur pro non factis. quia non factum et minus legitime factum equiparantur in iure. ut. c. Ex tue De clericis nō resi. Procurator nempe non certificatus de mandato per instrumentum uel litteras Non potest procuratoris officium exercere. ut est conclusio Fran. de zambarelis in cle. Non potest De procura. in fi. et Spec. ti. De procura. § . i. v. Sed quid si procuratorium. et ibi. Jo. an. in addici. et in. c. Is qui De procu li. vi. In nouella. et Cōposte. De electi. Statuimus. Idem intelligo si procurator est inhabilis. ut quia religiosus qui non potest constitui nec substituere alium. ut notat Anto. in. c. post cessionem De probati. uel si est excomunicatus opposita exceptōne Licet talis potest substituere. ut ibi no. Anto. Si ergo procurator non ostendat mandatum cum non debeat in iudicio admitti. ut. l. i. et. ii. Foro legum li. i. ti. Delos personeros. Nec per consequens tenetur reus sue petitioni respondere per supra aliega.

¶ Idem si contra iudicem opponatur incompetentia iurisdictionis. Nam in tali casu etiam si quis non contestetur Non est confessus. Tum quia talis exceptio admittitur ad contestationem impediendum. ut no. in cle. i. De sequestra. po. et fru. Tum quia si iudex est incompetens istud iudicium peccat in forma Quia nō est actus trium personarum. ut est conclusio Bal. in. l. Ad probatōnem. C. De proba. Idem credo si actio est talis per quam reus sit necessario absoluēdus. et causa absolutionis fundatur in iure. quia tunc reus non cogitur litem cōtestari Eo quia esset superuacuum. et iudex tenetur supplere de iure. no. Bal. in. l. i. C. De his qui pene. nomine. q. xiiii.

¶ Ad ea que dicta sunt facit regula quam tradit Bal. in. l. Exceptionē. C. De probati. Inquiens quod omnis exceptio per quam altera trium personarum remouetur a limine iudicii. s. iudex uel actor seu reus uel is per quos litigāt Talis exceptio impedit processum cause principalis Eo quia examinatur seorsum a principali et ante principale. ut. C. De adulte. l. Quoniam alexandrum. Maxime si is cōtra quem opponitur nullum habet statum. Quia tunc non est necesse quod elidatur cum fundari non possit processus cum eo. ut quia excipitur tu non es procurator uel funditus Cares omni iurisdictione. habet enim exceptia vim nō solū impediendi Sed etiam anullandi iam factum. C. De procura. l. Licet. Nam cum talis persona sit nulla ipō iure Non potest per eā fundari processus cause. ut. l. Uniuersis. C. qui dari tu. po. et Bal. ubi supra. quē vide omnino circa alias excep

tiones que opponuntur contra formam iudicii. et que enecuant radices petitionis ut supra. Facit ad ea que dicta sunt Quod iurare nolens de calumnia sine causa Non debet condẽnari ubi sola confessio non sufficeret ad condemnatõnem. ut si libellus erat talis formatus Quod debeat sequi absolutio. uel quod ipẽ actor pri us fuerat confessus illum contractum de quo agebatur. fuisse gestum per metum qui cadit inconstantem Tunc sequitur absolutio Quia non debet plus operari ficta cõfessio quam uera. ac. eorum que no. in. l. iii. ff. Pro socio. Et hoc uult tex. in. l. fi. §. Quod si actor. C. De iura. ca. et ibi Bar. Concludit ergo Abb. in. c. fi. De iura. calum. Quod fertur condẽnatio ubi uera confessio sufficeret ad condemnationem. alias secus. Idem uult Abb. in. c. i. De institu.

Idem si opponitur Quod iudex est incompetens. uel excomunicatus. uide gla. l. i. C. De iuris. et facti. igno.

Connumerandos. Computantur enim dies isti de momento ad momentũ. ut no. Io. fa. insti. Qui. nõ est permi. facere tes. §. Preterea. et glo. in. l. iii. §. Mino rem. ff. De mino. et no. glo. in. c. Cum in cunctis De electi. no. glo. singularis in. c. Subdiaconus. lxxvii. di. et no. ff. Dele. iii. Nec potest istum terminum iudex abreuiare Cum sit datus ab hac. l. Sine hominis ministerio. Iuxta notata per Dy. in regula Indultum De re. iuris. li. vi. An autem dies termini debeāt in termino computare. no. in alle. l. i. glo. fi. ff. Si quis cauci. Et notat Bal. in. l. Galus in prin. q. v. ff. De libe. et postu. et glo. in. c. Frequens De resti. spoli ato. li. vi. Habetur. Ex quo no. Quod haberi quem pro tali nõ facit eum talem secundum ueritatem Sed secundum fictionem. ut. l. Cum quid. ff. Si cer. peta. Et non plus operatur fictio quam ueritas. ut. l. Si filius. ff. eo. ti. et. ff. De iu re iuran. l. Si actor et ibi glo. Pro confesso. Et sic no. Quod fictio equippolet ueri tati efficatia et effectu nõ forma et existentia uera. no. Salice. in. l. Traditionibus. C. De pactis quem uide. De materia fictionis elleganter. Item quod ha bet locum in ciuili Secus in criminali. ut no. Bal. in sua tabula in regula Con tumax in productione instrumenti et alle. l. fi. C. De fide instru. Licet illa. l. hoc clare nõ dicat potest tamẽ fundari per alle. supra. Absens. a. Et per id quod scripsi in Foro legum. li. ii. ti. iii. Et idem in querella quod de causa ciuili dicitur ut Foro legum. li. iiii. ti. De accusati. l. iii. circa finem. Per hanc legem. Nota ergo ex hac. l. Quod cum ista sententia est lata a lege propter moram Statim e lapso termino est cõmissa ipõ iure Que amplius purgari non potest. sicut enim a sententia legis uel canonis non appellatur. ut. c. Quia nos De appe. et. ff. De uerbo. signi. l. Si qua pena Sic nec purgatur in ea mora. ut no. glo. in. c. Cupi entes. §. Quod si per. xx. De electio. li. vi. Ex qua glo. notatur secundũ Do minicum ibi Quod ubicunque est pena apposita ipõ iure nõ potest purgari mora post terminum. nec. ob. c. Potuit De loca. cum ibi notatis. quia illud procedit Quando idem ius penam imponens. uel aliud disponit moram purgari posse. uel potest dici quod hoc procedit Quando pena ipõ iure imponitur contraria quando requiritur prolatio sententie super impositõne pene. Et per hoc soluitur contra rium. c. Si tibi absenti De preben. li. vi. No. ii. Quod ubi a iure repellitur po testas contra actum Ibi repellitur etiam remedium moram purgandi quod ẽ no tandum. ut glo. et Dominicus ubi supra. Item no. ii. Quod ubi executio est

facta a lege ut hic Non ē locus purgationi more. Idem si sit facta ab homine. ut .ff. De condici. indebi. l. Qui orbem. ut no. ubi supra. Et circa hanc moram vide quod no. in .c. Mora De regu. iuris. li. vi. Et de purgatione more. vide Cy. C. In quibus causis in inte. res. nō est nec. l. In minorū. et no. ff. Si cer. pe. l. Quod te. Et ibi Bal. notabiliter.

Alia sententia. No. ergo Quod plus operatur confessio inducta per legem Quā confessio expressa. ut hic. Hinc est quod ubi confessio non est contra naturā facti uel iuris Non recipit probationem in contrarium. requiritur tamē declaratio cō dēnationis per sententiam. ut. l. Indeneratius. §. fi. cum. l. sequēti. Et. l. Pro inde. §. fi. ff. ad. l. Acquili. Ad quod facit quod no. in. l. Cōfessionibus cum sequē tibus. ff. De interrogati. acti. Hic tamē non requiritur aliqua sentētia. quia ab hac. l. est lata a qua nec potest appellari. ut supra. no. Nec aliqua exceptio cōtra eam potest opponi. ut no. Iaco. bu. in auct. Principalis. C. De iura. ca. et. ff. De appe. l. Creditor. §. Iussus. et ibi glo. et Bar. Procurator. per hanc. l. non habet locum hodie quod notat glo. in alle. l. Pro inde. §. Sed procurator. ff. ad. l. Acqui. et. ff. Si quis iudici. non ob. l. 1. §. Si procuratore inuicto. et. l. Ex hoc edicto. §. Plane. ff. De eo per quem factum est. et. ff. Quando appe. sit. l. i. §. fi. Circa hanc. l. querunt quidam Quid si libellus ante citationem offertur iudici in absentia rei. et iudex mittit citatorium reo de actōne mentionem faciēdo secū dum formam auctentice Offeratur. C. De litis contes. an si reus litia non cōtes tatur infra. ix. dies a die qua ad eum citatio peruenit habeatur pro confesso secū dum formam huius. l. Et dico Quod si exemplum et copia actionis integre inser ta est in citatorio erit confessus. alias non cōmittitur mora. ut no. Bar. in. l. Nō solum. §. Morte eius in. iii. q. principali. ff. De noui ope. nunci. De hac ficta cō fessione et quid operatur contra heredē Vide Bar. ff. De iure fisci. l. Eius qui delatorem. Et vide unum effectum contestationis per negatiuam per Bar. in. l. Conquerebatur. §. Ita demum ff. De fidei comis. Et circa hāc. l. no. Quod si in actione reperiatur scriptum Talis tali die litem contestatus est et non dici tur plus Quod per hec uerba est facta litis contestatio. et nō remanet confessus ut est no. Bar. in. l. Sciendum circa fi. ff. De uerbo. obli.

Circa hanc materiam no. Quod si quis vadit coram iudice. et dicit notario acto rum scribe quod ego peto ticio. x. et ipsum peto michi condemnari in eis quod non dicitur per hoc libellum uel actionem in scriptis offerre Licet hoc notarius scri bat nec videtur procedere ordinario modo sed potius extra ordinario. quod no. in glo. l. In sacris. C. De prohemiis sacrarum scientiarum. li. xii. et ibi Bar. Item no. Quod si reus respondit quod nō credit nec potest aliter se certificare nec uult aliter respondere Per hoc uerbum fit litis contes. ut. e. Cum ad sedē De resti. spolia. et ibi no. Et ideo poterit postea procedere ad diffinitiuā seruato iu ris ordine. no. Bal. in. li. Feu. Si de feu. fuerit contro. inter do. et ag. c. Vassal lus.

Contestatio litis i quacunque nouem dierum fieri potest. etiam si sit feriata. uel si sit actor presens. uel nō. Siue iu dex sedeat pro tribunali Siue non in quocunque loco quo

.f.i.

b iudex haberi poterit Siue in domu Siue in audiētia ubi ius
reddere consueuit. uel ubi aliter reperitur. potest etiam
contestatio fieri coram tabellione qui petitionē tenet. Et
si actio in scriptis nō fuit posita uel tabellio illam in scrip
tis nō habet positam Potest reus litē cōtestari corā quo
cunque publico loci tabellione cum testibus ad ianuam do
mus iudicis Si iudex in audientia uel in domu sua nō repe
ritur. Vel fiat contestatio in Regis palatio Si lis mota ē
in eius curia. Si uero contestatio fiat i partis absentia Te
netur illā in prima die iudicii actori notificare et ostende
re coram iudice. Et si super cōtestatione partes contēdāt
Tenetur ad expensas reus donec illam ostendat. Ordi. Re
gis Hen. i. Tauri. l. xx. Era. Mill. cccc. ix. an.

Si non fiat per reum infra. ix. dies contestatio cōtra acti
c onem uel petitōnem maliciose inter alias scripturas que li
tem nō tangunt inuoluptā Non propterea reus est cōfes
sus. Ordi. Regis Hen. i. Tauri. l. xxi. Et in alia Ordinatō
ne. l. xxiii. Eodem anno.

Contraria rescripta a quibus concedi possunt. Vide infra
Rescriptum.

Contractus in quo xpianus obligatur iudeo uel mau
ro ad dandum aliquam rem uel precium usque ad cer
tum tempus pretextu alicuius vēditōnis depositi uel mu
tui siue conductionis uel cuiusque alterius cause. Non va
let. nec debet executioni mandari. Tabellio autē talē confi
tiens cōtractum officium perdit. Si tamē iudeus uel mau
rus aliquā rem a xpiano emat. uel e contra tradita Stati
re vendita et soluto precio valet contractus. non tamen
hoc in redditibus Regis obseruatur Quorum iudeus uel
maurus fuerit arrendator. Ordi. Regis Hen. ii. Burgis.
Peti. ii. et Ordi. Regis. Jo. Burgis. Peti. xxv. ¶ Itē eti
am talis obligatio uel contractus non valet Si per testes
fiat. Ordi. Regis. Jo. Madrid. Peti. i. et. l. iii. Vide infra.

Contractus. Qui sunt contractus lucratiui. Vide glo. et Bar. in l. Apud celsum. §. Denunciationes. ff. De doli excepti. Materiam autem lucratiuarum causarum Vide pe Bae. in. l. Mutuus. §. Duobus. ff. De le. ii. Non valet. Et circa hoc no. Quod ubicunque leges uel statuta dicunt contractum nõ valere ipõ iure tacitus consensus partis in non ponendo. uel tacitus processus iudicis ad ulteriora procedẽdo Nõ habet validare processum ut est glo. et ibi Dominicus in. c. Ipõ iure De rescriptis. li. vi. allegat similẽ glo. in cle. i. e. ti. ¶ Itẽ no. an et quando contractus est nullus Debet veti principaliter ut cassetur. uel an debet nullus declarari Seu si debet officium iudicis ad hoc intẽtari Vide notabiliter Bae. in. l. Que sub conditione. § fi. ff. De condici. inde. ¶ Item no. Quod contrahentes non possunt facere quod legis dispositio non habeat locum in actibus eorum. ut. l. ultima. ff. De stipu. seruo. no. Bal. in. l. Feu. ti. Que feudare possunt. §. Decedente.

¶ Contractus obligationis factus inter absentes iuris sollẽnitate nõ seruata valet. Vide infra. Obligatio.

¶ Contractus factus in quo deceptio cõtinetur ultra dimidiam iusti precii qualiter rescindatur. Vide ifra. Vẽditio.

¶ Contractus i fraudẽ usurarum factus qualiter probetur Vide infra. Usura. a. Vide infra. Obligatio per totum. et Instrumentum per totum. et Rescriptum per totum.

¶ Contradictio testium qualiter fiat. et quando. et qualiter probetur. Vide infra. Testibus.

Contumax trina citatõne uocatus nisi coram iudice in assignatis citatõnis terminis. uel aliquo eorum cõpareat. uel si comparuit et contumaciter recessit iudex ex tunc i causa procedat ad recipiẽdum actoris testes et probationes. et ad difinitiuam sentẽtiam ac si lis cõtestata fuisset etiam sine alia citatõne. Si tamẽ actor probare noluerit Sed potius missionem in possessiõem bonorum rei fieri petat Illã iudex facere tenetur hoc modo videlicet. Si actio fuerit Realis actor in rei petite mittitur possessionem reus autẽ usque ad duos menses a die qua fit missio. uel ipẽ impedierit ne fiat cõnumerandos ad purgãdam veniat cõtumatiã. Si uero actõ personalis fuerit actor mittatur in possessionem bonorum mobilium rei usque ad quãtitatẽ de-

biti declarati. quod si mobilia nō reperiuntur in immobilibus missio fiat. reus autē infra mensem a die missionis uel impedimenti ipsius ut premittitur cōtumaciā purgare tenetur. Et nisi reus infra iam dictos termi(n)os venerit et contumaciā purgauerit Extunc actor verus efficitur possessor. nec reo tenetur respondere nisi super proprietate dumtaxat. Si tamen actor sic missus in personali actione mense dicte purgationis trāsacto vellit potius ut quātitas sue petitiōnis ei soluatur quam rē tenere Tunc iudicis mādato bona in quibus missus est vendantur. Et principale cum expēsis sibi soluatur. quod autē superest reo restituatur. quod deest vero reus soluere actori cogatur. Et iudex hoc sic adimpleri faciat. Ordi. for nouum de Alcala. ti. .vi. l. i. Requiritur tamē quod ad hoc quod talis missio ut premittitur fiat. Et ut citatus cōtumax dici posset Quod citatio fiat personaliter in ipsius rei personam. ut Ordi. Regis. Al. Segobie. l. xxiii.

Contumax. Trina citatione. s. vno cōtestu. sicut dicimus de petitōne apostolorum in cle. ii. De appe. Et sic seruat antiquus et cōmunis vsus citandi. ¶ Item requiritur Quod sit facta citatio ad partis petitionem. alias non ar cat. ut. l. Ad peremptorium. ff. De iudi. ¶ Item quod sit peremptoria et quod in ea contineatur cō.minatō. s. alias elapso termino procedetur contra te ad cognitionem et pronunciationem et cetera. ut hec eleganter per Bar. in. l. Si finita. §. Jullianus. ff. De dam. infecto. ¶ Item est necesse Quod precedat libellus. ut auct. De litigio. §. Ad excludendum. colla. nii. Unde sumitur auct. Generaliter. C. De episcopis et clericis Licet in quibusdam locis de consuetudine seruatur contrarium. ut no. Bar. ubi supra. ¶ Item est necesse ad hoc ut habeat locum istius. l. pena Quod in citatione fiat relatio libelli ut eius tenor inseratur. ut Cy. et Bar. in auct. Offeratur. C. De litis contes. et Cy. in auct. Litigiosa. C. De litigi. et. Jo. faber. insti. De acti. §. Quadrupli. in prin. Requiritur ergo legitima citatio. et verus processus. ut no. Spec. ti. De primo decreto. §. Jam de effectu. §. Sed quid si iudex. Licet aliqua de his de consuetudine omittatur quod non consulerem. ¶ Item no. Quod post trinam citationem non requiritur alia citatio de necessitate Sed statim potest contra contumacem pronunciari. ut est tex. in. l. Desertore. §. Si ad diem. ff. De re mili. et ibi Bar. notabiliter. Contumaciter recessit. Idem si illicentiatus abiit. ut no. Bar. in dicto. §. Jullianus in questione Sed quid si actor compruit et cetera. quem vide. Et vide quod scripsi Foro legum. li. ii. ti. iii. l. v. Ad diffinitiuam sententiam. Hoc est

fas notum quod contra contumacem etiam si non liquet de causa potest ad diffini
tiuam procedi. quod est contra. l. ij. C. Ubi in rem actio. et cōtra. ti. De lite nō
conte s. in rubro et in nigro. Nisi in casibus notanter positis. vi. q. ix. in summa.
Et est contra. iij. parti. ti. xxii. l. ix. et. x. et. ti. viij. l. vi. Si actio fuerit realis.
uel etiā in rem scripta ut in interdicto unde vi. de quo per Innocē. et Hosti. et
alios doctores in. c. i. De eo qui mittitur in posse. Ad purgandā. Concor. quod na.
in. l. Si quis emptionis. C. De prescrip. xxx. uel. xl. ānorum. et in. l. Cum propo
nas. et auct. Ei qui iurat. C. De bonis aucto. iu. possi. Et in corpore unde sumi
tur auct. De exhi. et transmi. reis. colla. v. et ibi glo. et Jaco. de bel. Unum tā
mē no. Quod missio etiam propter contumaciam fieri non debet nisi precedente a
liquali informatione. Nam potest esse quod actor missionem per calūniam petat:
ut na. glo. in. l. ij. C. Ubi in rem actio. nec sufficit iuramētum actoris secūdum
Cy. in dicta. l. Cū proponas. q. ix. et in alle. l. ij. C. Ubi in rem actio. q. x. Sed
Jo. fa. ibi. et azo. dicunt Quod sufficit iuramētū. Et hoc approbatur hodie. iij.
parti. ti. viij. l. ij. et. ti. xxiij. l. vij. Et concor. quod no. Innoc. et Hosti. c. Ja. an
in. c. Quoniam frequēter. §. In aliis. ut lite. nō conte. Infra mēsem. o'im. infra
annum. ut alle. §. In aliis. et allega. l. ij. C. Ubi in rem actio. et. iij. parti. titu
lo. viij. l. vj. Dum tamen reus infra. iiij. mēses ueniat. ut ibi. quādo. s. fuit facta
missio pro mensura petiti debiti quibus elapsis missus lucratur fructus. ut ibi.
Vendantur. preconisatione facta per. xxx. dies notificato ra Contra quem fit
missio. uel eo nō inuento in eius domo. et fiat quod hic dicitur. Si tamen emptor
bonorū non reperitur arbitrio bonorum uirorum Judex bona rei estimabit et in
solutum actori dabit pro debita et expen. iij. parti. ti. viii. l. vj. ¶ Item no. quod
ab isto. ij. decreto nō licet appellari. ut no. Cy. in allegata. l. Cum proponas. xix.
q. An autem sufficit citatio ad domum. uide eleganter Bar. in. l. j. ff. De libe.
agnos. ¶ Item no. circa hec que dicta sunt Quod citatio obscura pro nulla habe
tur. Et quidquid ex ea sequitur. Et citans debet in expensis condēnari. ff. De
iudicis. l. Eum quē temere. et no Bar. in. l. Aut qui aliter. §. Si quis. ff. Quod
vi. aut clam. ¶ Item no. Quod causa que exprimitur in libello debet esse talis
que de sui natura inferat quod iustum est quod petitur. ut no. Innocē. in. c. Dil
lecti De libelli obla. hec no Bal. super Innocē. in. c. Causamque De rescriptis.
Quid si fiat cōtestatio coram una ex iudicibus duobus in solidum Dico quod ua
let ut notaui Foro legum. li. ij. ti. Delos juyzios afinados. l. iiij.

¶ Contumax pro contumacia soluere non cogitur nisi sex
dumtaxat moro: Et si est consuetudo ut minus soluatur
illa seruetur. Citans autē sicut citatus si non compareat
dictam penam soluat. decimanque pene pignorans habeat
pro suo labore. Et si dicta pena nō pignoretur contumax
usque ad terciam diem si pars fuerit in uilla. uel usque ad
. ix. dies si fuerit in termino. amplius illā nō soluat. nec
pignoretur. Ord. Foro noui de alcala. ti. ij. l. iij.

Maliciose citatus cõtumax nõ ē. vide supra. Citatus.
Contumax in nõ adimplendo Regis rescriptum soluit pe
nam in rescripto contentam. vide supra. Citatus.

Conuerti ad xpi fidem de iudeis nõ debēt contumeliis
affici. vide infra. Iudei.

Conuerti nõ debent ad iudeorum fidē. nec circumcidi mau
ri. nec tartari. nec alii. alias puniuntur. ut ifra. Iudei.

Collectam quis potest imponere uel repartitiones fa
cere. vide infra. Repartitiones.

Collectā. Collector dicitur a collecta. Gratia cuius no. Quando collecta tūc
dicitur munus patrimoniale mere. Quādo imponitur certa et perpetua es
timatio rei pro solido ꝛ libra. Et tunc res est hypothecata et affecta ad solutōnē
talis muneris. et ad quemcunque uadit transit cum onere suo Sed quando impo
nitur persone pro rebus et incerta que secundum varietatem negociorum eminen
tium mutatur Tunc appellatur munus mixtum. nec res est hypothecata. ut no
tat Bal. De pace constantie. § . Nos comunes. Statutum enim nõ potest fa
cere predia tributaria Nisi exprimat speciem ꝛ qualitatem tributi. Nam ea que
variantur et non sunt uniformia nec certa Non possunt dici tributa. no. Bal.
in. l. Neminem. C. De sacro. san. ecc. Item no. Quod licet obligatō collecte
dirigatur in personam. Tamē causa finalis est ipsa res. ut no. C. De sen. que pro
eo quod in. l. i. et ibi Bal. Et vide eum in. ti. Que sunt regalia. c. i. circa fi.

Collecta. vide. ifra. Vectigal per totum. et repartitōnes
per totum. et vide ifra. Collectores. et ifra. Tributum.

Collectam tenentur soluere usufructuarius uel censitarius. et etiam vectigal de
re quam possidet et non dominus. ut est expressum in. l. Quero ff. De usu. ꝛ ha.
et. l. Hactenus. ff. De usu fru. et vide. l. Qui cōcubinam. § . Quotos. ff. De
le. iii. et glo. et Bar. ibi.

Collectores. arrendatores. seu fideles iurium. uel tri
butorum regalium deputentur probi homines et di
uites illius loci ubi iura uel tributa recipiunt. Item cõ
cillium loci non pignoretur pro debito seu facto collecto
rum. Ordi. Regis. Al. Vallid. peti. xxvii.

Collectores iurium regallium maiorem dilationem ad col
ligendum iura non habeant Quam sibi de foro uel consue
tudine tribuitur nisi iustum ostendant impedimētum. Or
di. Regis. Al. Legionis. peti. xviii.

Collectores tributorum seu iurium regallium nõ possunt

nominare emptores bonorum eorum qui sunt Regis debitores Sine uno loci pretore ordinario. Nominatio autem semel facta variari nō potest Si uero precium rationabile pro bonis nō reperitur per almonetā bona illa estimari seu appreciari debent ab appreciatoribus nominatis et iuratis per loci officiales. et ab ēptoribus secundum appreciatorum estimationem bona illa recipiantur. Ordi. pecti. Regis. Al. de Alcala. pecti. xxx. et Ordi. pecti. Ven. i. Tauri. pecti. xxxiii. Et eiusdem Regis Burgis. pecti. iii. et Ordi. pecti. Regis. Jo. i. Burgis. pecti. xvii. Vide infra. Vendito.

¶ Collectores seu recuperatores tributorum uel iurium regallium nō dent ponimentos seu cōtractus inutiles Alias expensas cum duplo partis iuramento soluere tenentur.

¶ Item debitor uel arrēdator cui dicti diriguntur cōtractus Si illico pecunias in eis contentas nō soluat Expēsas ut premittitur duplicatas partis soluat iuramēto. Si uero iudex cui contractus seu ponimentus ille ostēditur usque ad triduum iustitie nō fecerit cōplemētum Juramēto partis expensas soluat ut premittitur duplicatas. Ordi. Regis. Jo. i. Vallid. l. vi.

¶ Collectores seu arrendatores lucrum uel cohecho pro ponimentis seu libramentis redditiuum regallium uel Regis modo. exhigētes cum duplo eis a quibus exhigunt restieuant Insuper autem arbitrarie puniuntur. Ordi. Regis. Jo. i. Vallid. l. vii.

¶ Collectores tributorum seu iurium regallium deputandi sunt per concillia ciuitatum et locorum prius dato precomio per triduum quis colliget pro minori precō. collectores uero dare tenentur fideiussores quod pectum colligēt pro debita quantitate et nō ultra eam. Et quod soluent pecuniam personis ad terminum et sub penis per Regē inditis. Jdē de concilliis tributis seu pectis. Ordi. Regis. Jo.

.ij.de Madrid.peti.xiiij.

¶ Collectores tertiarum decime usque ad quod tempus tenētur tertias cōseruare.vide infra.Decimarum.

¶ Conallia locorum vectigallium deputent collectores.vide infra.Conallia.

¶ Collectores iurium regallium cōpellātur per ordinarios Regis mandatum ad implere.vide infra.Pignora.

¶ Collectores vectigalium citare non debent ad ciuitates uel villas loca eis subiecta si eis compotum uel rationē semel in mense dederint.vide supra.Arrendatio.f.et supra.Citatio.q.

¶ Collectores tertiarum debent locationē pro orreis soluere.vide infra.Orrea.

¶ Collectores recuperatores seu arrendatores Regis redditus uel iura regallia clericis seu ecclesiasticis personis nō arrendent.vide supra.Clerici.f.

¶ Collector seu arrendator qualiter et quando pecuniam Regis a se oblatā tenetur notificare.vide infra.Regis pecuniam.vide supra.Arrendator.et vide ifra.Recuperator.

Correctores locorum postquam eorum officium est finitum compellendi sunt per quinquagita dies ad loca ubi officia exercuerunt redire et residentiam facere.Et nisi fecerint capti suis expēsis sunt mittendi et iudicibus dandi locorum.Et hoc si intra ānum a tēpore quo officium spirauit sunt requisiti alias nō.Ordi.Regis.Jo.ij.Vallisoleti.ij.vide infra.Judex.f.Confirmatur ista.l.per eundē Regē.Jo.ij.Madrid.āno.Mill.cccc.xxxv.peti.xvij. Confirmatur per Regem Den.iiij.in curiis Cordube.anno.Mill.cccc.lv.peti.iij.Confirmatur ista.l.per eundē Regem.Jo.ij.in madrid.anno.Mill.cccc.xxxiij.peti.v.

Correctores.Per quinquaginta dies.Est notandū quod officiales perpetui durante officio possunt agere et cōueniri.ar.De tu.et cu.et ratio dis.l.Nec fuga.§.fi. ¶ Item no.quod officiales quibus non est certum tempus prefinitum presumūtur perpetui.ff.De excu.tu.l.Jurisperitus in prin.et vide Bar.

De noui ope.nuntia.l. De pupillo.§ .Si quis ipsi. notat Bal.in.l. Solet.ff.
De officio proconsulis et lega. An autem iudex finito officio teneatur respondere
uel satisfacere de cõmissis in officio in loco officij et usque ad quod tempus et de o
fficio syndicatorum ¶ Et an de cõmissis in officõ teneatur respõdere in loco originis
uel domicilij et alia notabilia circa hãc materiam vide per Bal.in.l. Obseruare
.ff. De officio proconsulis et lega. Unum tamẽ no.quod potestas etiam si non re
periat fideiussores in loco in quo residentiam facere tenetur nõ debet personaliter
detineri sed cõmittitur iuratorie cautõni nisi esset causa capitalis. ut.l.i.C. De
omẽs tã ciuiles quam militares iudi. Et inter maximas causas capitales est bara
toria.quia tunc tenetur crimine falsi. ut no.in.l.i.post prin. ad.l.Corneli.de fal.
Aduerte tamẽ quod qui fecit iudici securitatem indẽnitatis nõ dicitur falsum cõ
mittere. De furtis.l. Si quis uxori.§. Si fugitiuum per Bar.hac no. Bal.in
dicta.l. Obseruare.ff. De offi.proconsulis et lega. Concor.cum hac.l.auct. De
administratoribus.§.i.colla.vi. et ibi Iaco.de bel.et.in.parti.ti.iii.l.vi.et.ti.
.v.l.xij.in fine.et.ti.xvi.l.i. ¶ Item no. Quod fideiussores magistratuum tenẽ
tur rei publice ad interesse non ad penã in qua magistratus delinquendo incurrit
ut.l.unica.C. De periculo eius qui pro magistratibus interuenerunt.li.xi.
¶ Item no. Quod fideiussor potestatis nõ teneatur eo in offio reformato pro nouo
tempore. Bal.in.l. Si cum hermes.C. De locato. Correctores. Qui.s.habent
illud offium in italia quod presides in prouincis.ut.l. Ex omnibus et ibi glo.ff.
De officio presidis.et.l. Legatus.eo.ti. Et sic possunt presides vocari.non enim
possunt abdicare a se officium nisi in manu Regis.ut ibi.
¶ Corrector non detur per Regem ciuitati uel loco nisi ad
petitionem totius loci seu maioris partis. uel cum Rex in
tẽdat suo expedire seruicio. Et i primo casu debet Rex pri
us informari. Iudices autem ciuitatum et locorum cum i
eis scandala oriuntur nec per se ipsõs ea sedare valent. Id
statim Regi tenentur notificare Sub officiorum priuatio
nis pena. Et in tali casu Rex non mittat correctorẽ.iudi
cem. seu generalẽ inquisitorem Sed specialẽ super scãdalo
orto dumtaxat.et non ultra. nec aliter. Et nõ mittetur
Regis nec ciuitatis seu loci expensis Sed partium expẽsis
quibus negocium tangat.seu expensis negligentis iustici
e. Interim vero. talis iustitia quo ad illum casum sit offici
o suspensa. ¶ Item ultra ãnum. Rex correctori non pro
uideat. Tenetur autem talis corrector seu inquisitor circa
officium ei mandatum exactã adhibere diligentiã. quod nisi
fecerit ad restitutionem totius salarij quod a ciuitate uel

loco recepit Tenetur. Nec vna persona pōt nisi vnum tā tum officium huiusmodi correctionis habere. Si autē ciui tas uel locus petat ultra annum vnius correctoris eundē nō ille sibi detur Sed alius. Correctores uero per se ipsos nō per substitutos in officiis resideant. Ordi. Regis. Jo. .ij. Zamo. Peti. xj. Vide infra. Judex. a. et ifra. Rex.

¶ Corrector. Vltra ānum. Cōfirmatur ista. l. per eundem Regem. Jo. ij. Vallid. āno. xlij. Peti. xj. Qui addit quod e tiam ultra ānum prouidere intendit si fuerit informatus Quod bene et fideliter officium suum exercuit. et expedit ciuitati uel loco ad quem missus est. nō tamē talis prorro gatio debet alium ānum excedere. ¶ Item tempore corre ctōnis finito possunt pretores perpetui si sunt officia sua reassumere. uel ubi nō sunt perpetui alij ponātur de nouo Si hoc dictat cōsuetudo ciuitatis uel loci. Et propter hoc rectores uel officiales dicti loci penā aliquā nō incurrunt. ¶ Item si inquisitorem Rex miserit prouideatur expen sis Regis uel petentis eum.

¶ Cum hac limitatōne anni seu bieni cōcordat Ordinatio Re gis Hen. iiij. Tolleti. anno. Mill. cccc. lxij. Et addit quod hoc etiam intelligitur nō solum de correctoribus Sed eti am de inquisitoribus et assistentibus. Et finito tēpore sui officij residētiam facere tenetur. ut ibi. Peti. ij.

¶ Item no. Quod officialis habens magistratum dicitur esse princeps in ciuitate il la. notat Bal. ff. De excusa. tu. l. Spadonem. §. Ciuitatis. ¶ Itē no. Quod corrector seu alius officialis remotus ab officio propter culpam Nō debet habere salarium. notat Bal. ff. De excusa. tu. l. Mensenius. ¶ Item no. Quod si o fficialis est creatus in aliquo officio Et ante quam remoueatur creatus est alius loco eius Non valet ipō iure eius creatio. no. in. l. Scire oportet. §. Consequēs. ff. De excusa. tu. et ibi Bal.

¶ Correctorum salaria soluuntur de proprijs cōcilij. alias soluuntur. ut alia. Vide infra. Salaria.

¶ Correctores non sint castrorum custodes. Vide ifra. Cus todes.

¶ Correctores ciuitatum et villarum secum ad officia nō du

cant nec teneãt alium tabellionem preter tabelliones nu
meri dictatum ciuitatum et locorum ubi sic deputatur. co
ram quibus omẽs processus et publica instrumẽta seu do
cumenta transeant ut sua priuilegia for. et cõsuetudines
disponunt. possint tamen dicti correctores secum habere
alium quẽcunque tabellionẽ etiam extra locum corã quo i
quisitiones et actus secreti fiant in causis dumtaxat crimi
nalibus. post publicatõnẽ tamẽ talium inquisitionum seu
actuum reintegrentur et dẽtur tabellionibus publicis nu
meri dicti loci. ut coram illis dicti actus et inquisitiones
sequãtur. Sed si correctori officium dimiserit omẽs actus
et inquisitiones secute dentur clause et sigillate aliis tabel
lionibus numeri. ordi. uen. iiii. madrid. ãno. mill. cccc.
.lviii. peti. viii.

Correctores in officiis ultra biẽnium nõ perdurent. Ordi.
Regis. Jo. ii. burgis. anno. xxx. peti. xxx.

Datus est corrector ciuitati uel loco qualis seruitõ expe
dit Regis et sue iustitie executioni. Taliter quod prouidea
tur officio potius quam persone. Et iurare tenetur quod
quicquam non dedit. nec promisit. nec dabit seu promittet
propter hoc. nec dabit aliquid de redditibus officii alicui
persone Sub pena periurii et infamie et perdictõnis officii
Et quod nunquã aliud habeat officium. Quod iuramentum
facere tenetur corrector in cõcilio ciuitatis ville seu loci
ubi de tali officio prouidetur corã publico tabellione. Hoc
idem est seruandum in officiis pretorum. et aliorum officiõ
rum iustitie. et algazelorum. et merinorum Que per Re
gem sunt prouidenda. Ordi. Regis. Jo. ii. Guadalfa. anno.
xxxvi. l. xi.

Legem qua cauetur Quod corrector nõ detur nisi per an
num et ad petitõnem ciuitatis uel ville confirmauit Rex
fer. et Regina in madrigal. ãno. lxxvi. peti. xxvii.

Corpus domini dum transit per calem nõ assotians. uel iu

deus. seu maurus nō discedens punitur. ut infra. xpiani.

Creditor secrescens seu capiēs animalia uel res pro agricultura deputatas perdit ius crediti. uide infra. pignus.

Creditor. Circa hanc materiam no. incidenter Quod creditor tenetur partē debiti confessatam recipere. de parte uero dubia litigare. ut ē casus in. l. Quidam estimauerunt. ff. De re iudi. Ex qua. l. no. secundum Bar. ibi Quod ubi totum est liquidum Non compellitur quis recipere particularem solutionē ut. l. Tutor. §. Lucius. ff. De usuris. Sed ubi sunt plura debita Compellitur creditor unum integrum debitū recipere. ut. ff. Quibus modis pignus. uel hypo. sol. l. fi. An autem creditor potest petere partem debiti. Vide Bar. in dicta. l. Quidam estimauerunt. et in. l. In cōmodato. §. Duabus. ff. Cōmoda. Et uide circa supradicta glo. et Bar. in. l. In his. §. Si duos. ff. De soluti.

Creditor per decēnij transcursum perdit actionē personalem. uide infra. prescriptio.

Creditor propria auctoritate executionē uel pignus in bonis debitoris non faciat. uide infra. Executio. Et infra. pignus.

Crux domini uel alia figura sancti uel sancte in sepultura nō ponatur nec in alio loco ubi pedibus possit calcari. Cōtra faciēs cētum et quinquagita soluat moro. Quorum tertia pars accusatori. Residua uero loco ubi hoc contingerit applicāda. Insuper cruces a predictis locis radantur. Ordi. Regis. Jo. i. Briuiesca. l. iij. uide supra. clericus. g. Et infra. Eucharistia. Et infra. xpiani. Et infra. Ecclesia.

Crux pedibus. Concor. quia nemini licet signum saluatoris in solo uel in silio. uel in marmoribus humi positis insculpere uel pingere. et quecunque reperitur tolli Alias grauissima pena que est mortis multatur de iure. ut. C. Nemini licere signū sal. et cetera. l. Unica. et ibi glo. Et circa hoc no. Quod signū salutiferum crucis in ueteri testamento fuit inuentum. ut notabiliter per glo. in. c. Ecclesiasticarum. xi. di. Item quare festū crucis potius celebratur in quo festo dominus dehonestatus est Quam festum asine in qua est honoratus. nota. glo. in. c. Crucis De conse. di. iij. Item cause propter quas xpūs elegit mortē crucis et nō aliam mortem. no glo. in. c. i. §. i. De summa trini. in cle. Et scripsi Foro legum. li. i. c. ti. l. i. Item no. Quod crux dicitur a cruciatu. magnum uero cruciatum sustinet qui uim patitur. Et christum crucifigunt Qui eum in sacerdotibus suis persequntur. ut. c. Nulli. iij. q. i. Et. ii. q. b. Habet. Item

no. Quod qui delicias mundi uacuū putat Crucē christi portat. xii. q. ii. c. Gloria episcopi circa mediū. et. q. i. c. Clericus in fi. ¶ Item no. Quod sacerdotalis gradus et alia sacramenta crucis figura perficiuntur De conse. di. v. c. Nunquid. Per signaculum enim crucis diabolus est interemptus. exemplo iudei qui supra se fecerat signum crucis. et dixit diabolus. inueni uas uacuum Sed signatū. ut no. glo. in. c. Postea signatur De conse. di. iiii. ¶ Item no. Quod cruci non debetur latria que solum creatori debetur Sed solum perdulia. Perdulia uero debetur sanctis. ut no. Archi. in. c. Accesserunt De conse. di. ii. Et sic no. Quod due sunt spēs orationis. s. latria et dulia. Latria est seruitus siue cultus soli deo debitus. Dulia est seruitus que debetur creature Adoramus ergo deum diligendo ipsum super omnia. Credendo in eum Sacrificia offerendo Et super omnia ei reuerentiam exhibendo. Sed adoramus crucem et imagines solum reuerentiam exhibendo. Non tamē in eis credēdo quia hoc esset idolatria. notat glo. et Archi. in. c. Venerabiles De conse. di. iii.

¶ Cupiditas est radix omnium malorum. Ordi. Regis. Al. de Alcala. ti. xxiii. l. i.

¶ Cupiditas. de qua uide infra. c. Usura. a:

¶ Curator emens res quas administrat punitur. ut infra. Tutor.

¶ Curia in Regis nullus depredetur nec occidatur. uide infra Occidens. Et infra. Furtum.

a Custodes castrorum uel fortaliciorum Regis deputentur millites Et alii probi homines uicini. Et habitantes in locis ubi sunt castra. ut uitetur receptio malefactorum et alia damna que possunt si per alios talia castra tenerentur euenire. Ordi. Regis. Al. uallid. peti. vi.

Custodes. Castrorum. Et no. Quod si dominus castri cōmisit custodiam castri alicui Quia exactissima custodia uidetur iniuncta. sicut prefecto uigilum. ff. De offi. prefec. ui. l. i. §. Qui sciendum. Qui deserit talem custodiā est proditor. quia affidatus a se prodidit. ut no. in. l. Si quis. §. A barbaris ff. De re. mili. li. xii. ¶ Item no. Quod post tempus cōuentum inter dominum et custodem castri non potest custos impugne dimittere castrum. Nisi dominus alium custodem ponat. ut. l. Si cum hermes. C. De locato. Debet tamen custos bonam fidem agnoscere. et non rescedere precipiti festinatione Nā propter casum tempus prorrogatur. Fideiussor tamē nō tenetur ultra tēpus. ut alle. l. Si cum hermes. no. Iaco. de are. ff. Solu. matri. l. Si mora. Et Dy. De acqui. posse. l. fi. Ut refert Bal. in. l. Ex diui. C. De loca.

¶ Custodes castrorum seu fortaliciorum exhigere non audeb ant aliqua iura. nec castellerias nec desafueros a transeuntibus prope dicta castra cum gregibus et bestiis. Et aliis

mercibus et rebus nisi illa iura que antiquitus et ab i memoriali tempore leuare consueuerunt. Quod si contra fecerint penam soluāt. in quam raptores seu violentiā inferētes incurrunt. De iure autē pretores seu iustitia cuiusque ciuitatis seu ville ubi hoc cōtingerit. de hoc habeat facultatem cognoscendi et iudicandi Et cōplemē tum faciendi iustitiam cōtra dictos custodes. Ordi. Regis Ven. iii. Tolleti. ānoo. Mill. cccc. lxii. peti. xiii.

a Custodes castrorum nō permittant familiaribus suis arma tradere. Vide supra. Arma.

b Custodes castrorum in locis in quibus habēt castra seu fortalicia. seu per quinque leucas pergirum non possunt prouideri de officiis correctoris. Inquisitoris. pretoris nec assistētis. nec pretoris de sacas. nec algazeli. nec de alio iudicature officio ordinario. nec per viam generalis cōmissionis. Et si de facto per Regem uel per alium prouideantur nullatenus ad talia officia recipiātur. Et rescripta Regis super hoc non adimplētes nullam penā incurrunt. Ordi. Ven. iiii. Tolleti. āno. Mill. cccc. lxii. peti. xlviii.

c Custodes carceris uel algazelorum homines seu mōtarii. qui captos in carceribus custodiunt. Si incarceratus mortem pati merebatur eum liberans. uel non bene ut debuit custodiens Eandem mortis penā patiatur. Si autem captus nō mortem sed aliam corporalem penā erat pletēdus Si custos cum eo fugerit seu eum a carcere liberauerit Eādem subeat penam qua captus dignus erat subire. Si uero custodie negligentia captus fugerit Custos per medium ānum i carcerem iaceat. Cum autē captus corporali pene subiciendus non erat. si tenebatur ad debitum uel pecunie solutionem Et custos cum eo fugerit uel eum scīēter liberauerit Soluat capti debita et id ad quod tenebatur. et per medium iaceat ānum in carcerem. Si uero custodie negligētia fugierit Soluat custos ut premittitur. Et per. iii.

menses Insuper cathenis mācipetur. Si autē mōtarij uel
eorum aliquis in aliquem de erroribus supradictis reperia
tur. nec soluendo fuerit nec reperitur De quitatione sua
soluat Si fuerit de spinosa. uel de bauia. Adimpleatur autē
circa hoc pretorum Regis mandatum Qui in prelibato ca
su ex suo officio et sine iudicij figura procedere valeant.
Si uero algazeli homo in aliquo de predictis culpabilis cō
uicatur Algazelus suum exhibeat hominē iustitie. Et nisi
hoc faciat et homo soluendo non fuerit Algazelus soluat.
Et quicunque balistarius hoc pretorum mandato exequa
tur. et algazeli hominem capiat. Foro nouo Regis. Al. de
Alcala. ti. xx. l. Si los monteros. et Segobie. l. vj. et vij.
Hoc idem in alijs quibuscunque algazelis. merinis. iudici
bus. carcelarijs ciuitatum et locorum obseruatur. Ea. Or
di. de Alcala. l. Loque dicho es. Cōfirmatur ista lex per Re
gem. Jo. ij. Guadalfa. āno. xxxvj. l. iiij. Et addit quod ante
quam carceris custos officium exerceat Debet coram pre
toribus presētari. et tenetur iurare quod has leges obser
uabit Sub penis in eis contentis.

¶ Custos. Bene ut debuit. s. sub fida custodia de die. Et quod in nocte custodia geminetur. ut in. l. i. C. De custo. reo. et. ff. De uen. inspi. l. i. §. Si ex utero Quod no. pro custodientibus castra uel fortalicia. Eandem mortis penam. Con cor. l. Ad comentariensem. C. De custo. reo. Ex qua. l. notatur quod ratione culpe custos carceris punitur pena capitis Quod extenditur secundū Salice. ibi ad custodem castri quod occupauerunt inimici Propter eius negligentiam custo die. cum ipē in sua fide recipit personas custodiendas. ¶ Item no. Ex hac. l. ca sum ubi lata culpa in rebus equiparatur dolo quod regulariter non est. ut. l. iij. ff. Ad. l. corneli. de sica. Hoc tamen operatur susceptum officium cujus ratione ipē algazelus uel custos videtur se ad diligentiam obligasse. et se peritum profite ri. ut. ff. Si messor. fal. mo. di. l. i. §. Hec actio. Facit quod de aduocato no. in. l. ij. et ibi glo. ff. Quod quisque iuris. hoc per Bar. de salic. in. l. i. C. Ad. l. cor neli. de sicaris. Concor. cum hac. l. vij. parti. ti. xxix. l. vij. et ix. et xij. et. l. xxiij. et Forojuz. li. vij. ti. iiij l. iij. ¶ Item quem modum seruare tenentur iudices ec clesiastici in captione seu detentione clericorum delinquētium. Vide docto. signā ter Hen. in. c. Ut fame De sen. exco. ij. di. Ubi vide per eum que est pena fugi entis a carcere. et in. c. A nobis De aposta. Negligentia. Custos tamē carceris si iustam causam allegauerit illā tenetur probare. alias contra eum presumitur

ut.l.fi.ff. De custo. et exhi. re. Et no. glo. et Innocen. in. c. pe. De regu. iuris.
Et circa hanc materiam no. Quod custodes et officiales qui deputati sunt ad cus
todiendum Si contingat damnum tenentur ad emendam. ut. l. iij. ff. De offi.
prefec. uig. Ubi dicit Guido quod negligentia custodis uel officialis punienda est
. ff. De custo. reo. l. Milites. et l. Carceri ad fi. C. De ano. et tribu. l. Iudices
li. x. Ideo dicit quod si fiant furta custodes noctis tenentur de proprio emendare
damnum passis Nisi docuerint quem furtum commisit. Et hoc maxime quando re
cipiunt pecuniam de publico ad custodiendum. ff. Loca. l. Qui mercedem. ff. Com
moda. l. Si ut certum. § . Nunc uidendum. Et hoc uerum quando fuerunt in do
lo uel in culpa custodes. non alias. Nam si aliqua domus fuit rupta uel fracta de
nocte et introita furtiue ex parte posteriori. ut plerunque accidit Non tenentur
Et hoc no. Guido de cu. in. l. iij. ff. de offi. prefec. uigi. Item no. Quod custo
des tenentur de negligentia et eo ipso presumuntur in culpa Quando reperitur ma
le custoditum. ff. De offi. pref. l. Diuus. et. l. iij. § . fi. ff. De offi. prefec. uigi.
Item no. Quod secundum qualitatem persone tam in die quam in nocte relaxatur
captus fideiussoribus datis. ut. l. fi. ff. De in ius uocan. Item no. Quod ex eo
quod quis habet custodiam Dicitur habere ius agendi. ut notat Gui. de cu. in l.
Sancimus. C. De sacro san. eccle. et ibi Butri. Item no. Quod si sunt duo cus
todes. et alter cum carcerato fugiat Non tenetur pena huius l. ut. ff. De custo.
reo. l. fi. §. Interdum. Item no. Quod si custos carceris cognoscat mulierem
captam. et sibi per iudicem commendatam Aliter punitur de consuetudine regni
Quia furca suspenditur. Item et alia pena imponitur uassallo in tali casu. ut
li. Feu. ti. Que sit prima causa bene ami. § . Rursus. no. Io. faber. insti. De
publicis iudi. § . Si autem. Item est notandum Quod si quis fideiubeat pro in
carcerato accusato de homicidio. et ille affugit a carcere Quod propter hoc non de
bet fideiussor decapitari Cum non sit dominus membrorum suorum. ut. l. Liber
homo. ff. Ad. l. acquili. Nec expresse nec tacite potuit se obligare ad penam mortis
Nam reus in causa criminali non potest renunciare sue defensioni. notat glo. in
. l. Pactum inter heredes. ff. De pactis. Et in. l. Non tantum. ff. De appella.
Facit quod notat Cy. in. l. Ad comentariensem. C. De custo. reo. Dicens quod
illud habet locum Si simpliciter quis fideiubeat Secus si accipiendo officium cus
todis carceris Quia licet directe quis non potest se obligare ad penam mortis. ut
alle. l. Liber homo. Potest tamen ex quadam consequentia officium publicum susci
piendo Propter quod obligatur ex legis dispositione. Barbatius tamen super ru
brica De fideiusso. Quod quantuncunque quis suscipiat officium uel fideiubeat
pro delinquente Non puniatur pena mortis Si affugiat. sed pena pecuniaria. uel
arbitraria. notat glo. singularis in. c. Cum homo. xxiij. q. v. Cum qua concor. Bal.
in. c. Ex rescripto De iure iuran. et in. l. i. C. Ne filius pro patre. Et in. l. Ne
que. ff. De his qui sunt sui iuris et cetera. et Barbatius ubi supra. et in. c. ij.
De constitu.

Custodes rerum uectitatum ponantur uicini ciuitatum diui
tes et abonati. Ordi. Regis Den. i. Burgis. Petri. bij. Uide
f infra. Extrahens. et infra. Equus.

Custodes rerum vectitarum. Et sic no. Quod custodes apponendi sunt non solu in litoribus maris et flumini Set etiam in itineribus terrarum Per que possut merces illicite portari. et possunt portates ab eis detineri Donec declarēt ad quā prouintiam merces delaturi sunt. De quo stabitur iuramento ipsorum desserenti um. xe. C. De his qui ad ecclesiam confu. l. Presenti. Et debent detineri maxi me Si qua sit presumptio contra eos. ut quia extra viam publicam et consuetam reperiuntur. ut. l. vnica. C. De littorum et itinerum custodia. li. xij. ubi est ex pressum. Et vide ibi. Jo. de pla. et ex hoc ultimo no. Quod recedens de loco ma leficii. si non vadit per uiam consuetam sed per deuia Est presumptio cōtra eum de maleficio cōmisso. ut sit sufficiens indicium ad torturam simul cum aliquibus aliis indiciis. ut Bar. in. l. fi. ff. De questionibus. Et hoc nisi subeēt iusta causa eundi per viam priuatam et tortuosam. ut quia recta via non esset tuta propter guerram uel aliam iustam causam. l. Non solum. ff. De excu. tu. et. l. Si quis. C. De cursu. publi. li. xij.

g Custodes qui scienter permittunt res vectitas a regno ex trahere perdunt bona. et occiduntur. Ordi. delas sacas. Ven. i. Burgis. l. ultima.

Custodes. Perdunt bona. Et no. Quod si quis portauerit extra ciuitatem res per statutum prohibitas Perdit illas. et illud super quo portantur. ut ibi. Si tamē portantur super curru uel mulo recepto ad vecturam uel cōmodato nō pu blicabitur Si dominus fuerit ignorans. notat Bar. ff. De publi. et veti l. Cū proprios. et Salice. C. De nauti. feno. l. i. Et presumitur ignorans. et statur su o. iuramento. ff. De rescn. l. Pretor. §. Sed si iussio. et. C. De iure deli. l. fi. §. Licentia. ubi glo. dicit Quod hoc iuramentum referri non potest. no. Jo. de pla. in. l. i. C. De desertoribus et occultatoribus eorum.

Custodes officio rerum vectitarum nemini uti licet nisi
h solum precori delas sacas. uel quibus Rex seu ipse pretor ad hoc potestatē dederit. Contra faciens incarceretur per dictum pretorem. et prout expedit castigetur. Si uero ta lis delinquens seu quiuis alius res vetitas extrahens dēfēdat se armis a dicto pretore defēdi. ne capiatur uel castige tur. Si occidatur erit homicidium impunibile. occidensque a Rege absoluitur et liberatur. delinquētes autē ut premi ttitur si occidāt aut percutiāt pretores seu custodes pro iustitia occidātur ubicunque in regno reperiātur. Impedi ens autem pretorem uel custodes ne capiant malefactores seu captos vi abstulerit. seu in carceribus existētes extra xerit perdit omia bona sua. et pro iustitia occidatur. Pre tor autem cum viderit expedire iubere. seu requirere po

terit iudices algazelos seu alios officiales qui carceres habent. ut in eis captos custodiant qui hoc tenētur sub. vi. mille moro. penā adimplere. et captos dicto pretori quo tienscunque ipē iusserit restituere sub penis quas ipse iniunxerit. Tenētur etiam ei auxilium prebere. ut dicti capti de vno loco in alium ducantur. ubi ipē pretor viderit expedire. Quicunque autem tenentur diceo pretori ad supra dicta exequēdum auxilium impartiri sub penis et protestationibus per eum factis. Ordi. Regis. Jo. i. Guadalfaja. .l. xxi.

i Custodes vinearum. uel messium. aliorunque fructuum hereditatum pro damnis possunt res laicorum. seu clericorum pignorare. Ordi. Regis Hen. ii. Tordesillas. petiti. ix. Vide infra. Pignus. B.

k Custodes carceris si a carcere delinquēs fugiat puniuntur ut infra. Incarceratus.

l Custodes castrorum tenentur de culpa seu negligētia hominum quos secum habent si res vectitas a regno extrahant. Vide infra. Extrahens.

m Custodes rerum vectitarum inquisitionem facere tenētur ut infra. Inquisitio.

n Custodes panis. montium. vini. seu terminorum possunt libere pignorare. Vide infra. Pignus.

o Custodes decimarum usque ad quot tempus tenentur illas custodire. Vide infra. Decima.

Damnum aliquod vassallis Regie corone non inferatur. Vidē infra. Vis nulla. Damnum in assonata factum quis tenetur soluere. Vide supra. Assonata. c.

Damnum Qualiter probatur ditante statuto quod probetur per vnum testem. no. Bar. in. l. Solent. ff. De ali. et ciba. le. Et circa damnum no. contra lauantes pānos in summitate alicuius fluminis quod potest prohiberi Quia per tale lauacrum cōmune pecullium aque corrumpitur. ut. l. Cum supra. C. De re. mili. li. xi.

zuemo dnōzum alterius domini vassallis seu hominibus dā na inferat. vide infra. Inimici.

¶ Damna data in ciuitatibus uel locis super quibus rex iqui rere mandauit soluātur. Ordi. Jo. ii. Burgis. Peti. xv. anno. xxix.

¶ Dare. vendere. seu permutare nemo audeat naturalium bestias vetitas extraneis a regno. vide infra. vēdere.

Debitor iurium regalium qui litteras ostenderit de so luto ab illo qui dare potuit liberatur a debito. Ordi na. Regis. Al. vallid. peti. xxxvi.

Debitor. no. Quod debitor iniuste absolutus non liberatur in foro penitēti ali. notat Bal. ff. De condici. inde. l. Julianus ultimo colum. et. C. De iuris et fac. igno. l. Cum quis. §. Post hoc scriptis. ¶ Item no. Quod debitor obligando generaliter omnia bona sua Nō videtur obligare illa que sunt in usu quotidiano. et que specialiter quis non esset obligaturus. notat Bal. ff. De pig. .l. Obligatione. As autem creditor remittens debitori nolenti sibi soluere partē debiti Possit repetere. vide quod no. J. Judex. h. i. ¶ Itē no. incidenter Quod heres institutus a debitore cōmunis uel ciuitatis Si repudiat eius hereditatem priuatur omnibus bonis quocūque titulo a testatore aquisitis Siue inter viuos et omnia alia cōmoda in eū collata. ut est casus singularis in herede debitoris tri butarii cōmunitatis. ls. l. Heredes. C. De omni agro deser. li. xi. et vide ibi. Jo. de pla.

¶ Debita contracta inter iudeos et xpianos Qualiter soluā tur. et quomodo fiant cōtractus. vide infra. Judei.

¶ Debitum perdit creditor Si boues. animalia. seu res agri culture pro debito capit. vide infra. Pignori.

¶ Debitor pecunie regalis qui ponimentum uel librametum non soluit Expensas soluit duplicatas. vide supra. Colle ctor. D.

¶ Debitor pecunie Regis recuperatori non soluens usque ad terminum destinatum punitur. ut supra. Arrēdator. m. et supra. Conallium. c.

¶ Debitor actionem personalem per decennium prescribit. vi de infra. Prescriptio.

¶ Debitor si cedit bonis que forma debeat obseruari. vide su pra. Cessio.

¶ Debitores duo si non sunt in solidum obligati in cõtractu quilibet tenetur ad medietatẽ. vide infra. Obligatio.

¶ Deceptio ultra dimidiam iusti precii facta rescinditur. vide infra. venditio.

Decimas seu bona ecclesiastica nemo usurpare propria auctoritate presumat. alias punitur. ut infra. lata.

Decimas. Circa decimas dubitabilis questio in hoc regno castelle vertitur Que talis est. Dominus predii a suo colono certam percipit ratione predii pensionem Dubitatur an cum integrum acervum colonus decimavit Dominus teneatur pensionem quam recipit decimare. Et circa hanc questionem doctores varia sentiunt. et Innocen. in. c. Cum non sit De decimis. Tenet quod non teneatur. Et est ratio Quia intelligitur vendidisse fructus salva decima. allegat ad hoc. c. Pastoralis. e. ti. Et idea dicit quod fructus sunt decimãdi et nõ pẽsio. Idem tenet. Io. an. in dicta. c. Cum non sit Qui dicit quod si dominus terrã suã dat colendam pro certa pensione Dominus nõ tenetur illam pensionem decimare. etiam si illa pensio sit in eiusdem fundi fructibus cõstituta Quia intelligitur vendidisse Salva decima. unde fructus decimandi sunt. et non pensio. Et si queratur de ratione quare dominus non decimat precium fructuum venditorum cũ collonus decimet mercedem operarum Respõdet. Io. an. Quod ratio est Quia merces operarum procedit ex labore hominis. ideo ex ea datur decima. merces vero fructuum venditorum procedit ex terra sive ex fructibus terre. in quibus ius habet dominus. qui autem pensionem domini decimantur. De quibus sufficit quod semel fuerint decimati. ar. ff. De re. iuris. l. Bona fides. et. c. ti. Bona fides. li. vi. Idem tenet Hosti. in allegato. c. Cũ non sit. et in summa sua. ti. De decimis. §. Quibus autem. v. Item danda. Hanc etiam partem notat Collectarius in. c. Cum non sit. et in. c. Tua nobis. e. ti. Recitans oppiniones contrarias. Innocen. et glo. in dicto. c. Tua nobis. et finaliter nullam earum approbat. Sed sola recitatione est contentus. Pe. de ancha in allegato. c. Tua nobis Dicit quod licet glo. ibi teneat quod sive dominus recipiat quotam fructuum. ut puta tertiã vel quartam partem fructuum. sive certam partem. ut puta certas mẽsuras. ut tres vel quatuor corbes Pensio domini est decimanda. ipẽ tamẽ. Pe. dicit quod non est decimanda pensio Cum tradicta est domino ab acervo iam semel decimato. ut allegato. c. Bona fides. Nec est bonum simile glo. in eo quod dicit Quod idem est dicendum sicut si aliquis illos corbes donaret. eo quia dominus percipit illos corbes ratione terre. et non titulo lucrativo. Et sic concludit cum oppinione Innocen. et Hosti. In contrarium est glo. in allegato. c. Tua nobis. ut dictũ est que concludit quod pensio illa est decimanda Licet decimatus acervo decedat. Idẽ tenet ibi Vincentius dicens quod est ratio Quia pẽsio illa quam dominus recipit per decimationem acervi Non est diminuta. Ideo de pensione est decima solvenda. Hoc idem firmat Anto. de butrio in dicto. c. Tua nobis. approbans quod ibi tenet glo. Et concludit Quod licet acervus sit decimatus Pars tamen illa quã

dominus recipit nõ est decimata Cum illam nõ recipiat dominus ut partẽ acerbi decimati. Et sic uidetur quod doctores in dicta.q. sunt aduersi. Et per oppiniões varias tam solennium doctorum ex utraque parte questio facta est satis dubia. Ideo necessaria foret circa eam noua iuris prouisio. Posset tamẽ defẽdi glo. dictẽ .c. Tua nobis in casu. s. Quando non datur pensio domino pro terra sua quã aliq dat excollendam ratione dominij quod in terra habet. Sed quãdo datur domina pensio propter maioritatem. uel ut colonum defẽdat. seu custodiat. quia in tali casu quantuncunque sit decimatus aceruus Danda est decima de tali pensione Sicut de militia. et de venatione. ut.c. Non est.c. ti. De decimis. secundum Pe. de ancha. in dicto.c. Tua nobis. In his tamẽ statur cõsuetudini in dubio. Itẽ no. Quod coloni possunt decimare fructus domini. et dare ecclesie Nisi consuetudo sit quod colena totũ det domino. et dominus det ecclesie. ut no. C. De agrico. et censi. l. i. in glo. et Bal. post Innocẽ. super rubrica De consuetudine. Itẽ no. incidenter Quod iudex secularis potest cognoscere inter laicos. uel inter clericum actorem et laicum reum de questione decimandi Cum agitur simpliciter de fructibus decimarum. no. i. q. i. Peruenit. et.c. Quamuis De decimis. Nã talis causa non est spũalis. quod patet Quia fructus decimarum possunt laico cõcedi. titulo locationis. De loca.c. Vestra. et possunt vendi. ut allegato.c. Quamuis. quod probatur hac ratione Quod cessante prohibitionis causa Cessat prohibitio. lxxi. di. Neophitus. De bigamia.c. Debitum. Sed hic cessat ratio prohibitionis Quod iudex secularis de spũalibus non cognoscit ergo et cetera. De iudicijs Quãto. De ordi. cogni. Tuam. ubi notat. Io. an. Nam si esset questio an quis esset filius ticij uel non Cognoscit secularis. Sed si esset questio ratione matrimonij Non posset per iura uulgaria. et sic in casu isto ubi nõ agitur de questione iuris. s. de iure percipiendi uel retinendi decimas Sed de fructibus tantũ. Et hoc probatur optime De homici. Postulasti. et.c. Quãto. De usuris. Et pro hac ratione facit lex Lombar. De decimis. l. Quicunque. ubi est expressum quod compulsio solutionis decimarum per iudicem ecclesiasticum et secularem fieri potest. Hec est conclusio Gas. de cal. in suis consilijs. ti. De foro compe. Cõsilio. xv.

Item no. incidenter Quod licet quis mittat animalia sua pregnantia ut parian tur extra territorium Per hoc non euitat solutionem gabelle uel decime soluende ex forma statuti disponentia Quod pro quolibet animali nascenti in territorio soluatur certa gabella Quia dicitur factum in fraudem pro quo facit lex Quod facto. ff. De heredi. institu. notat. Io. de pla. in. l. Cum satis. §. Caueant in fi. .C. De agri. et censi.

Decime omẽs debent iuntim et vniformiter per prelatos arrendari. Ordi. Peti. Regis. Al. de Alcala. Peti. xxi.

Decimarum custodes. seu terceri tenentur panẽ et vinum terciarum usque ad pascha resurrectionis domini custodire. Extunc autem tenentur illud vẽdere cum preconio. et coram tabellione i publica almoneta. uel tribus adhibitis testibus si tabellio in loco non sit. Que quidem almoneta

tribus diebus. f. dnicalis. lune. et Martis sequentibus fieri debet hora maioris misse in ecclesia. Precunque statim custodibus soluatur. ut illud his quibus pertinet soluant. Et idem de aliis minutis faciat propter agnos vitulos et edos. que minuta vendere tenetur in prima dominicali di e venienti a tempore quo illa recipiunt. precunque conseruent et his soluatur quibus pertinet. vitulos tamē uel edos uel agnos tenētur usque ad diē bti Jacobi mēsis iulii conseruare. Et si medio tempore eorum aliqui moriantur Tenētur custodes pelles eorum dominis tradere. Juramēto tamen prestito Quod pelles sunt de his que receperunt armētis in decimā. Quibus sicut premittitur creditur. Ex tunc autē custodes possunt libere armenta ista vēdere Seruata tamē forma que in panis et vini venditione premittitur. Et nisi custodes hoc faciant Tenētur ad damna et deteriorationem rerum Que sic receperunt. Ordi. Peti. Regis. Al. de Alcala. Peti. xx.

Rex tamen. Jo. i. Sorie Peti. v. Statuit quod concilia uel collectores nō tenentur has tertias nisi usque ad ānum a tempore quo eas recipiunt cōseruare. Ee si extunc perdātur Non tenētur custodes soluere nisi precium quod minus valuerunt in tempore illo. Jeem post ānum conseruentur res iste Spensis arrendatorum. ut Rex. Jo. ubi supra.

Jtem et tea debēt ad reponēdum panē tertiarum dari. Et locatio eorum soluatur. vide infra. Ortea.

Decimarius Regis qualiter tenetur obligationem rerum vectiearum recipere. vide infra. Extrahens.

Declinās iurisdictionem secularis iudicis preterquā clericatus Si fuerit Regis vassallus et ab eo hēt terrā uel feudum perdit eum. vide infra. vassallus.

Reus declinans iurisdictiōnem coram quo impetitur Debet rationem quam allegat infra octo dies A die proposite ex

ceptionis probare. qua probata infra dictum terminum
non cogitur petitioni respondere actoris. Si tamē actor
velit probare causam ad iudicem cognoscendam pertinere
hoc infra dictum terminum probare tenetur. nec sibi ali
us terminus ad hoc valet assignari Foro nouo de Alcala.
ti.iiij.l.i.

Reus. Probare. Si tamē declinatoria exceptio sit iuris uel facti notoria. ut qui a constat notorie citātem nullam habere iurisdictionem in citatum Nil artatur probare. ut no. Innocen. et. Jo.an.in.c. Preterea De dilla. et glo. et Bar.in .l.ij.ff. Si quis in ius vo. non ierit. et per docto.in.c. Accedens Ut lite non contesta.

Declinans maliciose iurisdictionem secularis iudicis puni
tur. ut infra. Laicus.e.

Defensio peremptoria. uel preiudicialis quādo sit op
ponenda. Vide infra. Exceptio.

Defendēs se cum armis a pretore. uel a custodibus rerum
vectitarum impugne occiditur. Vide supra. Custodes.e.

Defendēs. In quibus licet priuato propria auctoritate resistere et vlcisci. vide in.l. Deuotum. C. De metaci. et epidemici.li.xi. et ibi glo. et. Jo. de pla. et.l.i.et.ij.C. Quando lice. vnicuique. sine.iu. se vindi. Et vide.xvij. casus in quibus licet cuique ius sibi dicere per Spe.ti. De accusa.§.i.v. Item qui uult et.l. Nullus. De iude. et.l. vnica.C. Ne quis in sua causa. et.l. Extat. Quod me. causa. et.l. Si quis ad se fundum. C. Ad.l. iulli. De vi. pu. et.l. Si quis in tantam. C. Unde vi. et.l. Ut vim. ff. De iusti. et iure. et.l. Scientiā.§. Qui cum aliter. ff. ad.l. Acquilli. et.l. Prohibitum. et.l. Facultas. C. De iure fisci. li.x.

Defunctus si confessus non fuit. nec cōmunicauit me
dietas bonorum eius Regi applicatur. Ordi. Regis.
Al. Segobie. De penis.l.xij. et Ordi. Regis. vē. De penis
.l.ix.

Non vendicans necem defuncti qualiter punitur. vide in
fra. Heres.

Defunctus non est plāgendus. vide infra. Plāctus.a.

Delator sēper detur ante quā fiscalis procurator accuset
uel denunciet. vide infra. Fiscalis

Delegati nō debent cause singulares i ciuitatibus uel villis
vide infra. Judex.

Delinquentes qui receptantur in castris. uel locis priuilegiatis Remittantur ad loca ubi delinquerunt puniendi. Non obstantibus quibuscunque priuilegiis. Idem de contrahentibus Qui in fraudem contractus fugiunt et receptãtur Remittuntur ad loca cõtractus. Ordi. Regis. Iohis. ii. zamo. peti. xix. alias. xlv. Uide infra. Remissio. a. et Ordi. eiusdem Regis Madrid. ãno. Mill. cccc. xxxvi. peti. ix.

¶ Exceptiones que possunt contra cōtractum executorium opponi. Vide infra. Obligatio.

¶ Exceptio nullitatis contra sentētiam A quo tempore potest opponi. Vide infra. Sententia.

¶ Nulla exceptio admittatur contra ponimentum seu libramētum computatorum uel recuperatorum Regis Nisi solum solutio. quitatio. uel ablatio: Vide supra. Arrendator. n. Et infra. Judex. et Vide. infra. Obligatio.

Excōmunicatus a iure uel ab homine denunciatus et publicatus Si per. xxx. dies in excōmunicatōne persisterit Soluat Regi centum moro. Et usque ad annum semel hanc penā soluat. Et si in excōmunicationē per ānum perdurauerit Mille soluat moro. Et corpus Regis subiacea

tur mercedi. Si uero ultra annum in excōmunicatōne indu ratus existat quotidie sesaginta soluat Regi moro. Et hec que dicta sunt vendicant sibi locum in excōmunicato non appellante. vel si appellauit Et appellatōnē non fuit pro secutus. Ordi. Regi Al. in Madrid. pet. lxi. et pet. ulti. et Ordi. Al. Segobie de penis. l. viii.

Pene autē excōmunicati ut premittitur Medietas Regis camere Alia uero prelato diocesano applicatur. Ordi. pre latorum Regis Hen. ii. Tauri. pet. ii.

Confirmantur leges supra posite per Regē. Jo. i. Guadal fa. l. iiii. per quā vnius āni spatium hodie reducitur ad. vi. menses. Hinc est quod per sex mēses in excōmunicatione perdurans Mille soluat moro. bone monete. Qui sunt sex mille. Pene autem huiusmodi Tertia pars Regi. Alia iusti tie exequēti. Residua prelato applicātur. Insuper per sex mensium spatium in excōmunicatione induratus Expella tur a villa. Et si durante excōmunicatione in loco intraue rit Medietatē suorum perdat bonorum. et Regis camere applicatur. ut Rex. Johānes. ubi supra.

Excōmunicatus. No. ab extra. Quod per hec uerba precipio sub pena extō municationis Non fertur excōmunicatio in contra facientem ipō facto Si ad ulteriora non fuit processum. Sed oportet quod dicatur Quam ex nūc profero Si defeceris. uel similia uerba. Et est cōmunis sententia doctorum Pro qua fa cit tex. in. c. Sicut De simo. Vide etiā glo. in. c. i. De sagitariis. ut refert Ab bas de ceri. in. c. Ex litteris. De matri. contra. contra inter. eccle. Nō appellā te. Et circa hoc est notandum Quod si quis appellauit a iudice ante excōmunica tionem. et postea iudex appellantem excōmunicauit Quod illa excōmunicatō nō conualescit ex desertione appellationis. ut. c. Licet. De sen. exco. li. vi. Et talis appellans ut non euitetur Petat declarari dictam sententiam nullam tāquam latam post appellationem legitimam. Quod petere potest coram quocunque iudi ce competenti. ut notat. Jo. an. in allegato. c. Licet. et Gas. de calde. in suis con siliis. ti. De sen. exco. Consilio. v.

Excōmunicatorum pena non soluatur ab his excōmunica tis Qui per ecclesiam tollerantur. Ordi. Regis Al. pet. de Alcala. pet. xxvii.

Excōmunicationum sentētie prelatorum per laicos seruē

tur. Vide infra. Iura.

Execucio aliqua nulli cōmittatur balistario. uel ianuario curie Regis in ciuitatibus. villis. uel locis nisi in defectum ordinarie iurisdictionis locorum. Ordi. Reti. Regis Al. de Alcala. Reti. xxix.

Executio. Circa executionem instrumentorum no. Quod confessio in instrumento garenticio dicitur cōfessio iudicialis. ut no. Bar. in. l. Nō fatetur. ff. De confessis. Et instrumentum garenticium non solum in re Sed etiam in estimatione habet executionem paratam. ut no. Bar. in. l. iij. ff. De confessis. Et vide in. l. i. §. Sed si lege. ff. De his que in testa. delen. Sed si in instrumēto continetur facti promissio ad interesse nō datur executio. ut no. Guillel. in. l. Iuris gentium. §. Sed nulla. ff. De penis. Quia attendi debet quod principaliter deducitur in contractu. ut ibi. Et sic si instrumentum garenticium non est liquidum ut quia promittit quis in instrumento damnum et non apparet Quantitas potest peti ut liquidetur et postea petatur executio. ut no. Bar. in. l. Proinde. §. fi. ff. Ad. l. acquilli. ¶ Item instrumentum non habet executionē ex ficta confessione Nisi super ea pronuncietur. ut. l. ij. §. Quod si actor. C. De iuracalum. et ibi Butri. et. ff. De iure fisci. l. Eius qui delatorem. Alias autē instrumentum garenticium habet vim sententie. ut notat Cy. in. l. Certum. C. Famili erci. Contra instrumentum tamen garenticium potest opponi exceptio non nume. pecu. ut notat Cy. in. l. In contractibus. C. De nō nume. pecu. Nā illa confessio dicitur facta per modum voluntarie iurisdictionis. ut ibi notat Cy. Item instrumentum garenticium habet illum effectū Ac si in iudicio esset factū Ideo si per procuratorem contrahatur queritur actio sine exceptōne sicut in iudicio. ut notat Bar. in. l. Possessio. ff. De acquiren. posse. Ultimo no. circa hoc Quod instrumentum garenticium non habet executionem paratam in his que cōiecturantur ex instrumento ultra uerba instrumenti. ff. De le. i. l. Si res obligata. ¶ Item scias quod instrumentum garenticium est uulgare tuscorū Qui dicunt garenticium. i. firmum et precisum. Cui est omnino standum. ut in lj. Feudo. ti. De lege corradis. c. Inter pares.

¶ Executio non fiat alicuius debiti pretextu in vno pari boum cuiusque agricultoris. Vide supra. Agricultor. b.

¶ Executō nulla fiat pro debitis concilij contra loca seu personas priuilegium optinentes. Super hoc vide infra. Priuilegium.

¶ Executio si fiat in bonis debitoris ad petitionē creditoris et debitor solutionem probet totius debiti uel partis eius creditor tenetur soluere executori uel algazelo exequēti ius quod ei pertinet pro entrega uel executione de eo de

quo solutio probatur. Debitor autē soluet respectu eius quod non probatur. Ordi. Regis Dñ. I. Burgis. peti. viii.
Execucio si fiat per officiales. uel Regis ianuarios ad cuiusque petitiōnem Executores de iure executionis non amplius exhigant quam. xxx. moro. de mille usque ad quātitatē. xx. mille moro. si fuerit debitum. Et si maioris quātitatis debitum fuerit non amplius exhigatur etiam i toto regno. Ordi. Deci. Regis Al. legionis. peti. iii.
Executionem pretextu debiti faciēs. uel sua propria auctoritate debitoris bona pignorans sine iudicis competentis licencia. vel mādato. etiam si fiat pro moro. iurium regalium nisi creditor a debitore ad hoc potestatē habuerit pignus cum violentie pena restituat. Et executio non valet nec hoc per iusticiam fieri permittatur. Ordi. Regis. Jo. .i. Vallid. l. v. Ordenamos. Vide infra. Pignus. d. et. B.

Executionem. Propria auctoritate. Potest tamen iudex creditori licentiam dare. ut possessionem propria auctoritate ingrediatur Faciendo eum ad hoc executorem & alguazilum. ut no. in l. Iuste possidet. ff. De acqui. posse. ubi no. Bar. per .l. pe. C. De pigno. acti. Nisi aliquem inueniat resistentem. ut no. Abb. in c. Decetero. De re iudi. Et no. in l. Nō est singulis. ff. De regu. iuri. Potest etiam debitor hanc potestatem dare creditori. ut. l. iii. C. De pigno. Quod intelligo cum temperamento. quod no. per docto. in. l. In possessionem. C. Ad. l. iulii. de vi. pu. Et per Bar. in. l. In his. ff. De preto. stipu. Et ut no. Bar. in alle. .l. iii. C. De pigno. Dicens quod tale pactū ualet Nisi quando creditor inuenit debitorem resistentem Quia tunc est necessaria iudicis auctoritas. ut. l. Equissimum. ff. De usu fruc. Est tamen notādum Quod si debitor est in fuga Potest creditor eum propria auctoritate capere. & ad iudicem ducere. ut. l. Ait pretor. §. Si debitorem. ff. De his qui in frau. credi. Et no. quod in casibus in quibus possum eum propria auctoritate capere Licet michi eum occidere Si telis se defendat. no. Salice. in. l. Si ut allegas in fi. C. Ad. l. corneli. De sica. Et in. l. Neminem. C. De exhi. reis. et Bar. in. l. Furem. ff. Ad. l. corneli. De sica. et no. in dicto. c. Si perfodiēs. De homici. et. Jo. fa. insti. ad. l. Aequilli. §. .ii.

Executionem pro moro. redditeuum seu iurium regalium nulli faciāt baliseariii ianuarii nec algazeli curie Regis. seu aliorum locorum sine iudicis uel pretoris mādato. Et hoc nisi usque ad tertium diem Judex uel pretor iustitie fecerit complementum. Ea. Ordi. l. v.

Executionẽ sententie Que in rem transiuit iudicatã vi uel armis cõtumaciter impediens seu defendẽs ultra alias penas a iure statutas bonorum suorum medietatem perdit Et Regis camere applicatur. Ordi. Regis Ven. ij. De penis. l. xxxj.

Executionem. Que in rem transiuit iudicatam. Potest tamen impediri executio sententie Etiam si in rem transiuit iudicatam. Si probationes iniuste de facto admittantur Judex debet retractare sententiam. non obstante quod transiuit in rem iudicatam. Ita singulariter notat Abbas de cecillia in. c. Fraternitatis. De frigi. et male. allegat dictum Innocẽ. in. c. Cum dilecta. De rescriptis et in. c. Cum bertoldus. De re iudi. Item in dicto. c. Fraternitatis Innocẽ. et Abb. ponunt aliud singulare dictum Quod si notorie apparet sententiã iniustam Debet reuocari. non obstante quod appellatũ nõ fuerit. ut in dicto. c. Fraternitatis. et in. c. ij. De purga. uulga. Quia ueritas cedit oppinioni. bi. di. De ritate. et. c. Consuetudo. Item notat ibi singulariter Abbas Quod sentẽtia notorie iniusta est nulla uel saltim reuocabilis. non obstante quod appellatũ non fuerit Etiam si notorietas iniustitie postea acciderit. ut ibi Quod nunquam est tradendum obliuioni. Et potest esse ratio secundum Abb. Quia sententia iniusta substinetur a iure. Quia presumitur iusta propter auctoritatem iudicis. in dicto. c. Fraternitatis. et. c. Pone. i. De ellectio. et. c. In presentia. De renuncia. Que ratio cessat cum notorie constat de iniustitia. Et ideo alibi dicit Innocen. aliud singulare dictum Quod si pars in cuius fauorem fuit lata sententia cõfitetur eam iniustã Debet iudex eam retractare. Ita notatur in. c. Quia plerique. De immuni. eccle. Quod limita pulcre Quando talis cõfessio haberet sua substantialia. alias minime. ut notat Abbas de ceci. in. c. Cum contingat. De iure iuran. Quod tene cordi pro limitatione Innocen. Item no. incidenter quod si creditor petit tenutam bonorum debitoris contumacia. uel executionem rei iudicate Debet fieri in bon's et possessionibus propinquioribus ipsius creditoris. ut. l. Quicunque. Vbi hoc tenet. Jo. de pla. C. De omni agro deser. li. xi.

Executio non debet per cõsilium Regis. nec per auditores comitti nisi algazelis uel merinis ciuitatum. nisi ex causa Rex hoc alteri demandauerit. Ordi. Regis. Jo. ij. in Vallisoleti. i.

Executio nulla fiat pro pena uel multa donec per competentem iudicem sentẽtia sit lata super pena. et in rem trãseat iudicatam. Compectens vero iudex ad hoc est pretor curie Regis. Si autẽ alij pretores ciuitatum uel locorum tales penas iudicent nulla fiat executio donec Regi ostẽdantur. Et ipẽ exequieas mandet. Pragma. san. Regis.

Jo. ij. vide infra. pena.

Executor criminum qui verdugo uel mãgolous vocatur in quacunque ciuitate uel loco que iurisdictionem super se habeat excusatur a pechis et petitis et monetis et a quibus cunque pechis Regis et conalii. Salarium autem executo ris de propriis conalii soluatur. defectu quorum Rex dat licentiam vt super hoc fiat repartitio et contributio. Or di. Regis. Jo. ij. Madrid. ãno domini. Mill. cccc. xxxv. pe ti. xxxix.

Executor. Verdugo. Dic enim mangolous de iure debet habere leues vestes iusticiati. ut no. in. l. Diuus. ff. De bonis dã. An quis potest de iure compelli ut executionem faciat uel aliquem decapitet. notat Bar. ff. De pigno. acti. l. fi. et ibi Guillelmus. Scripsi Foro legũ. ti. De las penas. l. vi. in fi. Talis enim executor carnifex vocatur. ut notat Spec. ti. De executione sententie. § . Nunc dicẽdũ. § . Item no nec peccat iustitiã exequendo. nec propter hoc est crudelis Quia nõ ipse occidit Sed lex. ut ibi latius per Spec. Item no. Quod officialis potest capi facere uel compellere aliquem videlicet hominem ad decapitandum pro iustitia facienda. et similiter potest accipere asinum a rustico ut super eo portetur malefactor. notat Bal. ff. De pigna. acti. l. fi. in fi. Vnde quod pulcre notat Bal. in. l. Jubemus nullam. C. De sacro san. eccle. Item no. Quod executio iuridica excusatur a sacrilegio per. l. Quãquam in prin. ff. De aqua plu. ar. Bar. in repetitione. l. Creditoris. C. De pigna. iiii. columna.

Executio fit virtute ponimenti quod ostenditur iudici. vide supra. Collector. v.

Executio non impeditur si res super qua cõtenditur lite pendente allienetur. vide infra. lis.

Executioni mandetur auditorum sentẽtia in gradu lata de re visa. nõ obstante quacunque oppositione. vide infra Sententia.

Executionum ius quod pertinet ciuibus uel locis ex priuilegio fori uel cõsuetudine quadrage. obseruetur. vide infra. ludus.

Executionem iustitie impediẽs punitur. vt ifra. Judex.

Executio seu entrega qualiter fiat per iudicẽ. et vsque ad quod tempus in bonis arrendatoris. vide infra. Judex.

Executionẽ ĩ bonis prohibẽs ne fiat punitur. ut ifra. pignus.

Executor testamenti cum usque ad. xxx. dies nõ publicãs punitur. ut infra. Testamentarius.

Executione facta per algazelum Regis i ciuitate. hispalẽ. vicessimã tantum partem capiat algazelus. Vide supra. Algazelus.

Executores debitorum possunt iudei inter se habere. Vide infra. Judei.

Executõnem tontra cõtractum publicum an impediat aliqua exceptio. Vide infra. Obligatio.

Exempti uel priuilegiati ut nõ soluant tributa nec alias impositõnes ipi nec familiares et domestici sui licet principales ipi excusentur. Non tamen excusantur eorum domestici. nec familiares ab impositõnibus uel pectis pro seruicio Regis. vel utilitatibus locorum impositis. Ordi. Regis Hen. i. burgis. peti. xv.

Exempti. no. Quod virtus istius dictionis Francum secũdum uulgarẽ interpretationem ad quam recurri debet. ut. ff. De uerbo. signi. l. Aniculis. Intelligitur cũ omni libertate. et ab omni seruicio absolutum. ut. ar. ff. Cõmunia predio. l. Si quis duas in prin. et. l. In tradendis in prin. et ibi no. et Frãcum idẽ est dicere quod sui iuris. notat Bal. in li. Feu. ti. De capitaneo et cetera. c. i. Item no. Quod etiam si sponte munera subeat immunis et excusatõnem habẽs a muneribus Preiudicat sibi non tamen filiis Nisi essent naturales tantum. ut. l. fi. C. De his qui sponte munera publica subeũt. et ibi. Jo. de pla. super rubrica et Salice. in. l. Voluntarie. C. De excusa. tu.

Item no. Quod habens immunitatem a colectis Si describatur in libro cõmuni et soluat cum eis. et nõ appellet infra tempus debitum postquam hoc sciuit Nõ potest postea se iuuare ex priuilegio sue immunitatis. ut. l. i. §. Si quis tutor. ff. Quando appe. sit.

Dominus ide Rex. Jo. ii. i curiis de Vallid. ãno. dni. Mill. cccc. xlii. peti. li. Reuocat omnia rescripta seu priuilegia exemptionum seu libertatum concessa. seu concedenda hominibus pectariis seu aliis quibuscunque personis ut non sint impatronatores. seu collectores iurium regalium. vel ut nõ sint minorum tutores. seu curatores Nisi sint tales persone quas iura et leges regni a talibus eximunt. Et tales exẽptiones sint in corpore iuris clause. Priuilegi

a autem seu rescripta contra hoc impetrata seu impetranda sunt nulla. Etiam si motu proprio concedantur. et de potestate absoluta. Et istius legis specialem seu generalem mentionem faciat. Et alias contineat clausulas quascunque firmitate roboratas.

¶ Exempti sunt agricultores in uno pari boum ne capiantur nec vendantur. Vide supra. Agricultor. b.

¶ Exemptionis officia per Regem Henricum. iiij. concessa reuocantur. Vide infra. Generosus.

¶ Exemptus est extraneus Qui venit ad habitandum per decennium in regno isto. Vide infra. Extraneus. b.

¶ Exempti non sunt a petitis et monetis bachalarii in iure canonico vel ciuili. Vide supra. Bachalarius.

¶ Exempti seu excusati per Regis priuilegia nisi sit milites vel generosi. Domine seu domicelle non solaris ad non nisi a monetis tantum sunt excusati. alias exempti quantumcunque priuilegia aliter disponant. In aliis autem impositionibus cum aliis soluere tenentur. Ordi. Petri. Regis. Jo. .i. palen. Petri. xiiij.

¶ Supradictam tamen legem Rex Hen. ij. per suam pragmaticam sanctionem Tolleti. anno. domini. Mill. cccc.xcviij. confirmauit. et approbabit. Et insuper statuit quod etiam priuilegiati. seu exempti non excusantur a monetis nisi in conditionibus quaterni monetarum declaretur Quod sint saluati. In aliis uero pectis. tributis. impositionibus. seruitiis. petitis. et aliis quibuscunque Regis seu concilii contributionibus Contribuere non excusantur. tam priuilegiati. seu excusati. vel exempti Quam milites de alarde. Et notarii et alii curie excusati. aliarumque ciuitatum. et locorum. ecclesiarum. monasteriorum. militum. scutiferorum. dominarum. seu domicellarum et generosorum. et aliarum personarum Etiam si per forum eligantur. Si uero aliquis de supradictis allegauerit seu contendat a contribuendo ex

cusati.ut premittitur pro qualibet vice penã soluat mille morō. Quorum tertia pars Regis camere. Alia vero ciui tati vel loco vbi hoc cōtingerit. Residua accusatori vel pe tenti applicentur. Judex autem loci sub pena priuationis officii tenetur statim cum hoc sciat ex suo officio etiam si ne accusatore penam iam dictã exequi. Et in hoc casu par tem pene accusatoris iudex sibi applicet. quod si negligēs fuerit ipē iudex penam soluat. Si vero culpabilis penam iam dictã nō est soluendo iudicis ministerio in cathenis lu at. Et pro prima vice in eis per duos mēses iaceat. Et pro secunda vice per quatuor menses. Et si tertio perdurauerit per sex menses. Et si amplius obstinatus non cessauerit omnibus diebus vite sue in carcere permaneat. Ista tamen lex non vendicat sibi locum in militibus. scutiferis. domi nis. ac domicelis et generosis archiepātus hispalensis. Et episcopatuum corduben. et iahēñ. et aliarum ciuitatum et locorum vbi omēs soluere consueuerunt. Quia in tali casu nō excusātur a pectis. petitis. et seruicijs. vt semper facere consueuerunt. vt Rex Hen. vbi supra.

Item exempti seu excusati delas tarazanas hispalen. ciui tatis nō nominentur. nec excusentur nisi hi tãtum qui ad officium delas tarazanas sunt habiles. Ordi. Hen. iiij. Tol leti. anno. Mill. cccc. lxij. peti. xxj. Isee leges confirmã tur per Regem. Jo. ij. Madrid. ãno. Mill. cccc. xxxv. pe ti. xxv. et peti. xlvj. Et statuit quod in petitis omibus te neantur omēs cōtribuere pectarij. nec excusantur preter tu priuilegiorum. libertatum. et exemptionum. que ab ec clesijs. monasterijs. auditoribus. militibus. et alijs habēt personis. Prohibet ne ab auditoribus vel alijs iudicibus ecclesiasticis. vel secularibus. vel ab illorum vicarijs seu offi cialibus rescripta seu prouissiones dentur cōtra impatro natores. collectores. uel arrendatores. Justitie autem Re gis compellere tenentur tales excusatos ut in dictis peti

tis contribuant. Et cōtra hoc rationes aliquas. seu excep
tiones. uel rescripta minime recipiant. nec consentiant.
ne super hoc lites oriantur. Prohibet etiam ne auditores
vel alij pretores. seu iudices siue curie et cancellarie de ta
libus cognoscant litibus. et Rex mādet per sua rescripta
ut personaliter ad suam curiam veniant tales excusati cli
corum seu monasteriorum et domini Qui eos excusare cō
tendunt. necnō et vicarij Qui dictas litteras expediunt vt
cum venerint de tali cōmisso per Regem castigētur et cete
ra. Item statuit idem Rex. eadē ordi. petit. xxvj. Quod
laici qui contra ea que supradicta sunt contenderint Excu
sari a dictis petitis. et pectis. et iuribus Regis preteritu ex
cusationis ecclesiarum. monasteriorum. et personarum ec
clesiasticarum incarcerentur et mittantur ad Regem per
iustitiam loci vbi hoc continget rit. et sua bona intrentur
et capiantur. Et hoc idem fiat contra personas et bona eo
rum qui preteritu familiaritatis uel cōmensalitatis conti
nue aliorum dominorum temporalium uel officialium Re
gis. uel alias contendunt excusari prohibet ne auditores.
pretores. seu notarij sue curie. et cancellarie sub pena pri
uationis officiorum dent nec liberent contra hoc rescrip
ta. seu litteras citationum. nec alias contra cōcilia. preto
res. seu rectores. et alios officiales. ipatronatores. et col
lectores. seu contra alias singulares personas. Et non so
lum hoc intelligitur in dictis petitis et tributis Sed etiā
in omibus alijs casibus nō possunt dicti familiares. seu co
mensales dominorum. seu aliorum Regis officialium a suo
proprio foro extrahere aliquas personas nisi in casibus
curie que continentur in quadam eiusdem Regis pragma
tica sanctione concessa in vallis. āno. Mill. cccc. xxix. In
qua prohibet Rex ut auditores. chancellarij. et alij de suo
cōsilio non liberent expediant nec sigillēt rescripta citatō
num contra quecunque cōcilia. seu personas cuiuscunque

sint status seu conditōnis Ut compareant in dicto cōsilio seu cancellaria. In aliis casibus ciuilibus vel criminalibus Nisi in his que continentur in partitis seu foris. uel ordi natōnibus regni que disponunt Quod alique cause possunt in curia tractari. Et quod tales per sone possunt ad curiā a suo foro proprio et iurisdictione extrahi. ¶ Item quod lites ciuiles seu criminales que cōpetunt cōsiliariis Regis et cancellario maiori. domus maiori et auditoribus sue au dientie et computatoribus maioribus rationum Regis et sue despense. et rationum sue domus. et pretoribus. et no tariis. et aliis officialibus sue domus. curie. et cancellarie et castri Qui a Rege habēt rationem tam in agendo quam in defendendo Possunt ad curiā Regis tradi. Si autē aliter et in aliis casibus talia rescripta impetrari cōtingeret li cet obediantur Non tamen sunt adimplenda. ut Rex. Jo. in dicta Ordi. de Madrid. Peti. xxvi. Confirmatur ista lex per eundem Regem. eadem Ordi. Peti. xxxvii.

¶ Idem Rex. Jo. ii. in quadam Pragmatica in palentia i mē se febroarii. anno. Mill. cccc. xxxi. et zamore āno. xxxii. et Vallid. anno. xxxvii.

¶ Addit Rex Hen. iiii. in curiis de Cordoua. āno. Mill. cccc. lv. Peti. vi. Has leges cōfirmando Quod si tales pectarii excusari cōtendant a dictis pectis. et cōtributōnibus pre textu talium exemptionum contra dictarum legum pro hibitionem Ipō facto bona sua perdant. et Regis camere applicentur. et per loci iustitiam ubi hoc cōtingerit in in ventario reponantur. et Regi notificetur. et sue per sone capiantur. et capti Regi mittantur Nisi pretextu priuile gii et Regi confirmati excussentur. Dum tamen talia priui legia sint in libris Regis colocata et per cōputatores ma iores subscripta. uel nisi sint officiales cum ratōne et cete ra. Tunc gaudeāt tales officiales exemptione Etiam si pri uilegia non sint subscripta a computatoribus maioribus

Dum tamen ostendant fidem qualiter habent ratōnē cum suis officijs in libris Regis colocatam.

¶ Item exempti seu excusati per priuilegia aliarum persōarum non possunt nisi solum a monetis ut premittitur excusari. quantumcunque latissima habeāt priuilegia. In alijs autem omibus pectis seu contributionibus debent cum alijs contribuere Non obstantibus rescriptis. seu litteris alijs per Regem cōcessis et ab eis impetratis. Cācellarius autem talia rescripta seu litteras non sigillet. Neque iusticia aliqua eadem rescripta adimpleat sub penis de quibus fit mentio supra in. l. palen. per Regem Hen. cōfirmata ut supra continetur. Idē Rex Hen. in Tordessillas. peti. iij. Et confirmatur per Ordi. Regis. Jo. ij. Zamore. petitio. xxx. alias. xxxvij.

¶ Exempti seu excusati personarum sigularium nō possunt eligi de maioribus Sed de alijs mediocribus. uel minoribus Nec possunt excusari nisi qui seruiunt per se officia Regis Jo. ij. Zamore. peti. xv. alias. xxxix. vide infra. Monetarius.

¶ Exemptō seu libertas officialium Regis eis in eorum uita seruetur. et post mortē uxoribus ad secunda uota nō trāseundo et honeste uiuendo. Filij tamen officialium Contribuant et pectent in omibus quibuscunque priuilegijs in cōtrarium non obstātibus. Ordi. Regis. Jo. ij. Zamore. peti. xiiij.

¶ Exemptio. Filij tamen officialium. De iure tamē honor uel nobilitas que uenit per accidens. i. per dignitatem Non uidetur extendi ultra pronepotes. ut. C. De questi. l. Diuus. no. glo. in. l. i. C. De dignitatibus. li. xii.

¶ Officialibus domus Regis eadem exemptio et libertas seruatur quātum ad pectum et cōtributōnes Que generosis est seruanda. vide infra. Officiales.

¶ Exempti pretextu officij monetarij Qualiter et quales excusari ualent. vide infra. Monetarij.

¶ Exempta concilia ne soluant monetas seu petitum Ofeen dere tenentur priuilegia sua coram computatoribus. vide infra. priuilegiata.

Exheredatur mulier que post mortem parentum in fratris potestate remãsit. si sine eius sciẽtia et voluntate nubat. vide infra. Mulier.

Expense debentur per victum victori. et si victor fuerit sequestris quotidie ei. xvj. mora. soluantur. si uero pedestris fuerit soluantur ei. viij. denarij. quotidie Ordi. Regis. Al. de Tafure. l. xxxiij.

¶ Expense. Est tamen notandum Quod minor non potest expẽsis pregrauari. ut .l. Tam dementis. C. De epãli. audi. in fi. et. c. Charitatẽ. xi. q. ij.

¶ Expensas soluit citans citatõnem non prosequens. seu si male citet. vide. supra. citatus. p.

¶ Exilium non obseruans qualiter punitur. vide infra. Judex.

¶ Estimatio bonorum qualiter fiat cõtra Regis debitores. vide supra. Collectores. c.

a Extrahens equos a Regno Occidatur. et perdat bona Etiam si fuerit generosus. Ordi. Regi. Al. Foro nouo de Alcala. ti. xxx. l. i. in fi. et Ordi. Regis Hen. i. Burgis. peti. xiij. confirmantur iste. ll. per Regem Hẽ. iiij. Cordube. ãno. Mill. cccc. lv. peti. xxxij.

¶ Extrahẽs a Regno equum. equã. vel puttum. mulum. seu
b jumentum freni. seu critelle. siue sit custos castri. siue merinus. vel quiuis alius officialis. seu alius quicunque cuiuscunque sit status. vel conditõnis perdat quod extraxerit cum omibus suis bonis. et vltimo supplicio puniatur

¶ Ordi. De sacas. Hẽ. i. Burgis. l. i. et Ordi. Regis. Jo. i. Guadal. l. i.

¶ Extrahens equos allienos. et quascunque alias bestias ut ponantur i saluo extra regnum Eadẽ pena pletetur. Ea.
c Ordi. Burgis. l. ij. et Ordi. Guadal. l. ij.

¶ Extrahēs equos a Regno. si multi sunt ad hoc coadunati

d ut possent a pretore delas sacas defendi debent per concilia locorum insequi cum armis. et debent per loca campane pulsari. et omēs qui sunt ad arma habiles debent exire dimissa in locis gentes ad locorum tuitionem si necesse fuerit. Capiantque dictos delinquentes. et eos cum omnibus que acceperint tradant pretori. Concilium autē negligēs predictos insequi delinquentes. si villa fuerit sex mille soluat modo. Rus vero sexcentos. Singularis autem persona .lx. soluat modo. Et insuper citētur ut coram Rege usque ad .ix. dies compareant. Ca. Ordi. Burgis. l. iii. et Ordi. Guadal. l. iii.

e ¶ Extrahens a Regno aurum vel argētum. vel aliam monetam in moneta vel massa Illud perdat. Mercatores tamē regni qui vadunt extra regnum possūt illa extrahere dum tamen primo decimario uel superdecimario obligentur Quod ad Regnum tradent illius valoris vel maioris mercancias ut de illis decimā Regi soluant. Mercatores autē ista obligatōne ut premittitur facta ducāt aliualetum seu fidē a decimario uel superdecimario pro custode rerum vetitarum. Et tenentur insuper custodi iurare Quod nō trahunt maiorem quantitatem quā in obligatione quam fecerunt cōtentam. Mercatores vero tenētur dictas res vetitas extrahere per loca ubi sunt custodes. Et si per alia loca eas extraxerint perdant illas. et pro Rege seruētur.

¶ Ca. Ordi. Burgis. l. xi. et Guadal. l. xi. Confirmatur ista lex per Regem. Jo. ii. in Vallid. āno. Mill. cccc. xlii. peti. .l. Et addit quod oni locorum iurēt Quod dictas .ll. obseruabunt. Et confirmatur per Regem Hen. iiii. Cordube. anno. Mill. cccc. lv. peti. xxv. Et addit quod cōtra faciens

¶ Ipō facto omīa bona perdat. et Regis camere applicētur captusque ad Regis curiam tradatur.

¶ Extrahens. Ubi sunt custodes. Vide quod no. supra. Custodes. F. cū se. Item iuxta hanc materiam est notādum Quod si lege vel statuto cauetur quod

portans bladum. uel aurum. argentum. monetam uel sal extra Regnum. uel extra certum territorium Puniatur certa pena. Et nichillominus curri et boues et equi super quo portatur Publicentur. quod si equi uel boues fuerint alterius et ignorantis Non debent publicari pro hoc. C. De eunuchis. l. i. et. ff. De publica. l. b. ar. l. i. C. Ut nemo priua. et ibi glo. et. C. De seruis fugi. l. Quicunque. § . Minorum. et. C. Unde bi. l. Meminerūt. Circa quod dubitat Salice. in alle. l. i. C. Ut nemo priua. Fatetur tamen quod tenetur portans ad estimationem et statutum. Difert si etiam portantis nō fuerint et cetera. ar. l. Imperatores in prin. ff. De publi. Sed pro Jaco. facit De fal. mo. l. i. in fi. ut no. Salice. ubi supra. ¶ Item est notandum Quod licet reaincidat in comissum Non tamē debitor tenetur de casu fortuito. nec de culpa leui uel leuissima. Ideo si quis portabat frumentū uel alias res vectitas. et in itinere obuiaut piratis et derrobarunt eum Non tenetur fisco ad estimationem rerum vectitarū quod est no. Dignū ut probatur per. l. xi. C. De vectigali et cōmi. et ibi Bal. in terminis.

f ¶ Euntes in franciam romā uel alia Regna in mercanciā uel tanquam nuncii seu alias possunt a regno extrahere auri uel argenti quātitatem quantā custos viderit quod habet necesse pro expēsis in eundo et redeundo personis eorum consideratis. Debent itaque super hoc custodi iurare qui sciat locum quo pergunt. Ea. ordi. burgis. l. xii. et Guadal. l. xv. Confirmātur iste. ll. que de auro loquuntur per Regem. Jo. ii. Vallisd. anno. Mill. cccc. xlii. peti. xvi. Et addit ibi Rex quod pretores rerum vectitarum hoc obseruare tenentur Sub pena priuationis officii.

¶ Extrahēs a Regno oues. capras. vacas. porcos. uel alias
g mortuas seu viuas carnes bona sua perdat. et mortē patiatur. Ea. ordi. burgis. l. xiii. et Guadal. l. xvi. vide infra. vendicio.

h ¶ Extrahens a regno panem uel aliud frumentum. pro prima vice illud perdat. et pro quolibet pōdere cētum soluat mora. pro secunda uero vice illud ut dictum ē perdat duplicatum. quodlibet autem pōdus quatuor habeat corbes seu fanecas. per vim autem aliquid horum extrahens perdit bona et vitam. Ea. ordi. burgi. l. xiiii. Et super his fiat inquisitio. vide infra. Inquisitō. Et ordi. Guadal. l. xvii. Quid autē de vino portāte extra regnum. vide ifra. vinum.

Extrahens. Frumentum. Unde no. Quod si quis reperiatur cum frumēto uel alijs rebus vetitis portare extra territorium in aliquā via non recta nec consueta Est suspectus quod ea vellit extra territorium exportare. Facit. C. De curso. publi. l. Si quis publicum. Et. ff. Ad. l. cor. De fal. l. Eos in fi. Secundū vnā lecturam. Et hoc modo potest praticari. C. De seruis fugi. l. Si fugitiui. Quo modo enim poterit probari quod habuit animum transeundi quod fuerit captus in actu transeundi Respondet Bar. in qualitate loci ubi inuentus est. ut ipē no tat in. l. Qui fiscales. C. De naviculariis. li. xi. ¶ Item gratia hujus no. Quod si statutum dicit quod vinum nō potest extrahi Non extenditur ad oleum. Et si vetat frumentum ut hic Non extenditur ad farinam. quia est casus ōmissus. ¶ Item vetito vino extrahuntur vue Quia aliud est materia aliud materiatū Nisi fieret in fraudem statuti secundū Bar. qui ita notat post Dy. in. l. Que situm. §. Illud fortasse. ff. De le. iij.

p ¶ Rex autē Hen. iiij. Cordube. āno. Mill. cccc. lv. Decl. xij. confirmauit has. ll. Addit quod contra faciēs perdat bona et corpus sit ad Regis libitum. Excepto tamen tempore arrendationis decimarum. et de aduanas delos puertos de frontera.

B ¶ Nō permittuntur extrahi a Regno iumēta. nec muli seu eorum puli. siue sint ad equitandum. siue ad ponderandum debent tamen scribi. Et quod dispositum est de equis Est in eis per omia obseruandum pragma. sancio. Hē. ij. Tol leti. Era. Mill. cccc. xvj.

l ¶ Extrahens res vetitas extra Regnum. fauorēque prestās seu cōsentiēs ut extrahantur. si Regis vassallus fuerit pro prima vice terrā perdat quam habet a Rege. pro secunda uero vice medietatem perdat bonorum. Si autē vassallus Regis non fuerit pro prima vice medietatem. pro secun da omia perdit bona. quorum Tertia pars accusatori. Re sidue vero partes Regis camere applicātur. Custodes au tem castrorum qui sunt in frontaria ubi pretores sunt de las sacas castigent homines quos secum habent ne tales extrahāt res vetitas Quod si fecerint custodes ad penā te nentur. Et tenentur etiam de culpa seu negligentia. Ordi. pett. Regis. Jo. i. briuiesca. Decl. xxj.

m ¶ Extrahentes a Regno res vectitas fugientes propter pe

ne timorem si se occultant et receptātur in aliquibus ciui
tatibus. locis. castris. palaciis. seu domibus aliquorum do
minorum requisitis per pretorem delas sacas. uel per ali
um ipsius nomīe iudicibus. uel merinis. seu officialibus di
ctorum locorum tenentur dilligenter perquirere et scru
tari dicti officiales quilibet in sua iurisdictione loca ubi di
ctus pretor dixerit quod sunt dicti malefactores. eosque
cum omnibus bonis que inuenerint tenentur capere. et di
cto pretori tradere. ¶ Item castrorum custodes. seu for
taliciorum: et eorum locum tenentes tenētur malefacto
res in dictis casteris. seu fortaliciis receptatos. seu occulta
tos dicto tradere pretori cum omibus bonis que ibi etare
runt. Et si dixerint quod dicti malefactores ibi non sunt
consentire ac permittere debēt ut in casteris vel fortalici
is pretor delas sacas cum tabellione ingrediatur. et cum
duobus testibus ad perquirēdum castra vel fortalicia. ut
premittitur in quibus ingrediantur. teent. et egrediātur
secure. et salui. impugne. Idem statuēdum est in domibus
et palaciis procerum militum dnārum seu generosorum.
contrarium autem facientes tenentur procesationē cō
tra eos per dictum pretorem factā soluere. Ordi. Regis.
Jo. i. Guadal. l. iii.

¶ Extrahentes. Fugientes. Vide quod no. supra. Custodes. f. et. g.
¶ Item no. Quod si officialibus deputatis ad exigendum passagia presentantur lit
tere et licentie transitus sine aliqua solutione Possunt dicti officiales dictos trā
seuntes detinere. donec bene examinēt veritatem illarum litterarum. et hoc ubi
aliqua est suspectio. ut. l. Si desertores. C. De desertoribus. et ibi. Jo. de pla.

¶ Iste leges confirmantur per Regem Hen. iiii. Tolleti. an
no. Mill. cccc. lxii. Peti. xxvii. Et addit quod due tertie
partes. omnium lanarum impugne possunt a Regno ex
trahi. dum tamē tertia pars dictarum lanarum remane
at pro Regni prouissione Quod fiat ad ordinationem iusti
tie et rectorum ciuitatum. et villarum. atque locorum u
bi extrahitur. et emitur dicta lana. ¶ Item statuit quod

coria vacatum. ouium. et caprarum que in regno sunt an te quam vendantur seu extrahantur a Regno donantur publice in cõsuetis locis per triduum ad vendẽdum ad pre cia et taxas civitatum et locorum. quod si nullus in triduo emere voluerit impugne vendantur et extrahantur ad li bitum dicta coria habentium.

Item dictus dominus Rex ven. ad evitãdas fraudes seu co lusiones que circa extrahendas res vetitas a Regno hacte nus fiebant statuit quod ultra penas per leges regni sta tutas supra cõtentas pretores delas sacas personaliter in portis et in ultimis locis Regno cõfinibus. et per duas leucas per girum resideant. Et si personaliter hoc nõ pos sint loco suo idoneas atque sufficientes deputẽt personas Que recognoscantur et approbentur in Regis cõsilio. et rescriptum de hoc ducant Regis nomie firmatum. et con siliariorum nominibus roboratum. et iunctim cum potes tate pretoris delas sacas poterint uti officio eis cõmisso. Item unus locum tenens dicti pretoris non potest nisi per annum officium exercere. et sic deinceps ãnuatim A lia ponatur ut premittitur habilis persona Qui quidẽ lo cum tenentes non alias admittãtur ad officium exercẽdum nisi dictum approbationis ostendant rescriptum a Rege et consiliariis liberatum. Item nec dicti pretores pos sint officia sua locare seu arrendare nec eorum loca tenen tes. Item tenetur quicunque locum tenẽs tempore quo littera approbationis sibi conceditur iuramẽtum cõsilio facere quod dictum officium nõ cõducit. Quicunque vero pretor delas sacas vel eius locum tenẽs qui dictam appro bationis litterã nõ tradiderit. vel custodiendo nõ steterit in dictis confinibus portorum Regni. vel per duas leucas per girum ut premittitur Quod civitates. loca seu villa u bi hoc cõtingerit Eum nullatenus permittant officio uti. Et resistant cõtra eum. Et si contingerit quod greges pa

nem seu equos vel iumēta uel alias res vetitas ceperint su
pradicta nō obseruando Quod tunc cōtra dictarum ciuita
tum. seu locorum.in quorum termino capta fuerint aufe
rāt ab eis dictas res. Et iustitie talium locorum vbi tales
res capte sunt Judicet et determinet Si dicte res que sic ex
trahuntur erant deperdite seu confiscate vel non. Quod si
perdite reperiantur hoc modo diuidantur. Quarta accusa
tori Alia iustitie iudicāti. Alia vero medietas proprijs ciui
tatis seu loci vbi hoc cōtingerit. Item ad euitādas frau
des pretorum delas sacas precipit Rex quod quicunque
ciuiani seu habitatores in quibus ius ciuitatibus. villis. seu
locis Regni qui inuenerint Quod dicte res vetite a Regno
extrahuntur et eas repererit intra vnam seu duas leucas
a limitibus Regni possint illas propria auctoritate impu
gne capere. et ad locum proximiorem tradere. intra. xx
iiij. horas. Et illud iustitie notificent. Et hoc probato Jus
titia illas res sic captas adiudicet partem tertiam iudici iu
dicanti. Aliam tertiam capiēti et accusanti. Residua vero
arrendatoribus decimarum et aduanarum portorum ap
plicetur. Et pretores delas sacas nec sui loca tenētes nō
possint hoc impedire nisi preuenerint in capiendo. Et que
cunque persone cuiuscunque conditiōnis qui per ciuitates.
villas. seu loca dominij dictas res vetitas extraxerint Si
in alio quocunque loco reperte fuerit Quicunque alius re
gnicula potest eas accusare et cōtra eas actiōnes intētare
corā iustitia ciuitatis seu loci vbi tales persone seu bona
reperiri poterint. Quo probato i valore earum rerum cō
demnetur cum penis harum legum Regni. Et adiudicetur
tertia pars iustitie iudicanti. Alia autem tertia pars accu
santi. Residua vero arrendatoribus decimarum et aduana
rum portorum vbi tales res extrahuntur applicetur. et
quicunque miles qui extraxerit vel locum dederit Quod di
cte res vetite per sua extrahantur oīa seu terras Jpso fa

ctô quoscunque perdat modo. Que i libris tenuerit Regis et camere eius sint applicata. et confiscati. Justitia autē in casibus supradictis breuiter sine aliqua dillactione cogni ta solum veritate procedat. Talis vero processus in locis dominij ubi tales extrahuntur Minime fieri potest. Jubet que dicta sunt inuiolabiliter obseruari. nec per aliquas at tendationum conditiones. nec per rescripta. seu litteras Regis hoc possit derogari. Et si Rex ea côcesserit precipit nô obseruari. Etiam si de hac lege mentionē fecerit. vt Rex den. vbi supra.

p Custodes res vetitas a Regno extrahere permittētes pu niuntur. vt supra. custodes. d.

Non permittat Rex per suam litterā. uel rescriptum res vetitas a Regno extrahere. vide infra. Rex.

q Intromittere ad Regnum nemo audeat vinum aragonie. vide infra. vinum.

Moneta auri argēti et valoris nô extrahatur a Regno sub penis in legibus super hoc a Regibus contictis expressis. Reuocauerunt dni Rex Regina mercedes quas fecerunt. Et deinceps fecerint alicui de penis. Et exequi leges regni preceperunt. Ea. ordi. pecti. xx

a Extraneus a Regno seu aduena equos seu res vetitas accipiens vel emens in Regno qualiter punitur. vi de infra. vendere. et vide infra. vinum.

b Extranei a Regno non debent prelatias nec ecclíastica be neficia in regno possidere. vide supra. benefícia. a. b.

Extranei a Regno qui ad Regnum castelle ad habitandum nouiter venerint Gaudeant per decēnium libertate et exē ptione ne soluere compellantur pectum tributum nec mo netam nec aliam Regis. uel concilii côtributionē. Ordina tio. Regis. Jo. i. Segobie. peti. xvij. concor. lex quater ni monetarum Que hoc idē disponit in monetis. Et addit quod si aliquis in fraudem vadit extra Regnum Si per triē

nium et amplius extra Regnum nō habitauerit Etiā si re uertatur non gaudet illo priuilegio.

Falsum iurās super cruce et Sacro sanctis euā gelijs .xc. soluat moro. Regis camere. Ordi. Regis. Al. Segobi. De penis .l. ix. et Ordi. Ve. .i. De penis .l. x. Vide infra. Juramentum .b. vbi perdit omnia bona.

Falsum Jurās. No. quod de iure qui deierat per principem punitur. ut .l. Si duo. ff. De iure iuran. Secus si per deum. ut .l. Juris iurādi. C. De iure iurandi. Hodie de iure punitur. ut hic videa. ¶ Item no. Quod licet periurium in omnibus sit graue crimē In principe tamen et prelatis ē grauissimū Quorum verborum debet esse firmissimum Etiam sine iuramēto .ut notat Innocē. in .c. Ad apostolice De re iudi.

¶ Sed quid si ticius mutuauit michi mille in secreto. et sic sibi in secreto restitui. Petit a me postea dicta mille in iudicio Quia dicit se michi mutuasse. et est contentus stare iuramento meo. Ego si confiteor veritatem cōdemnabor. quia solutionem probare nō possum Quam ipē negat. Et sum etiam certus quod si referrer sibi iuramentum de solutione facta deierabit An ego absque offensa dei et cōscientia potero negare quod michi mutuasset ne condemner iniuste Si confitear Et Pe. de ancha. arguit hanc questionem ad vtrāque partem in repetitione .c. Possessor male fidei. De regu. iuris. li. vi. q. vij. Et finaliter residet quod non deierat etiam si iuret mutuum non recepisse. Nam habens ius in principali cauillationes et malitias aduersarii potest per alias similes repellere. notat glo. in .c. Cupientes. De electio. li. vi. circa prin. ¶ Item quādo quis iustum bellum sequitur nil ad iustitiam ut impugnet ex insidiis uel aperte. ut .c. Nullus .xxiij. q. ij. Nec videtur dolo facere Qui fraudem excludit. ut .l. Cum pater. §. Uicio. ff. De le. ij. et .c. Ut quis .xxij. q. ij. Videtur ergo sufficere quod iuretur super eo tantum per quod in effectu salua consciētia te excludam a tua improba petitione Maxime si veritatem dicendo enormiter in magnā quātitatē lesus essem Nam apud deum qui scrutatur corda hominum nō que foris prodeunt ut .c. Nauigāti. De usuris. Facile talis veniam meretur Quia mitius cum eo agitur Quā cum eius ministro ut .l. Celsus. ff. De arbi.

¶ Item si instrumentum pro parte inuenitur falsum An totum vicietur. vide glo. et Archidi. in .c. Si ad sacras .ix. vi. et Salice. in .l. penulti. C. De trāsacti.

Falsans Regis sigillum est alleuosus. perditque medietatē bonorum que Regis camere applicatur. Idem de falsante sigillum archiepiscopi vel epī. seu alterius prelati. Ordi. Regis Ven. De penis .l. xix. et .l. xx.

¶ Falsam monetā cudens punitur. ut infra. Moneta.

Falsi pena tenetur qui falsis vtitur ponderibus vel mensu

ris. Vide infra. Pondera.

Ferias liberas seu francas nullus dominorum audeat in suis locis sub suo dominio consistentibus sine Regis permissu facere. Nec etiã foros a vectigalibus liberos Et ab aliis iuribus regalibus. Ord. Regis. Jo. ii. Burgis peti. ii. et Burgis. ãno. xxx. peti. xxv.

¶ Ferie nec fori liberi nullatenus sint in Regno preter feriam de Metina. et ferie que habent mercedes. seu priuilegia confirmata et signata. Et in libris Regis collocata. Ord. Hen. iiii. Madrid. anno. lviii. peti. xviii.

¶ Has. ll. approbat Rex Hen. iiii. Tolleti. anno. Mill. cccc. lxii. Et qui cõtra fecerit perdat beferias. et merces quas ad dictas ferias et foros duxerit. et omia bona sua tã mobilia quam immobilia. cuius pene Tertia pars Regis camere Et alia accusatori. Residua vero iudici penam iudicanti applicat. vt ibi peti. v.

Feriata dies si incidat in termino potest pars alia die comparere. Vide infra. Terminus.

¶ Dominicis diebus non est laborandum. Vide supra. Dominicis.

¶ Fidãtia. Vide infra. c. Securitas per totum. Et infra Tregua per totum.

Fideiussor qui in penam incidit quia aliquem hominẽ i tempore cõuento nõ presenrauit Vo̅ tenetur ad penam nisi intra ãnum. A die qua i penam incidit ab eo petatur. Ord. peti. Regis. Al. de Alcala. peti. xxxiii.

¶ Pro fideiussione viri non tenetur mulier. nec eius filii. Vide infra. Mulier.

¶ Fideiussores debẽt per merinos dari. Vide infra. Merini.
Figura crucis sãcti vel sancte nõ ponatur i sepultura. vel i alio loco vbi pedibus cõculcari possit. Vide supra. Crux.

a Filii clicorum bona patrum suorum seu aliorum parentum vel consanguineorum habere nõ possunt ti

tulo hereditatis legati donationis seu venditōnis. Reuocā tur et annullantur priuilegia contra hoc concessa. Ordi. Regis. Jo. i. Sorie. pet. viij.

Hibi. Habere nō possunt. Jmo talia bona incapaci delata deferūtur fisco Regis. no. in. l. Si et qui. C. De bonis vacan. li. x. et ibi Bar. Et no. Bal. in. l. Si quis presbyter. C. De episcopis et cle. et vide. C. De his quibus ut indig. l. Hereditas. et ibi glo. et Cy. Et vide. vi. parti. ti. vij. l. xvij. cum. l. sequēti Vide quod no. supra. Concubina. c. Et vide quod scripsi Foro legum. li. iij. ti. v. l. x. In addici.

Filius. vel filia. patrem. uel matrem Jniuriās publice. vel occulte. presentem. seu absentem. hoc probato ultra penā legum partitarum per. xx. dies iaceat in chatenis. uel patri seu matri. dc. soluat modo. Quod pater uel mater maluerit. Huiusmodi autem pecuniarie pene. Tertia pars accusatori applicatur. Ordi. Regis. Jo. i. Briuiesca. l. viij.

Filius. Jniurians. Nec etiam filius potest agere de dolo contra patrē agendo nec replicando. ut. l. Si superstite. C. De dolo. et ibi glo. non enim tantū actiones famose Sed nec etiam exceptiones uel replicationes aduersus parentes cōpetūt. ut. ff. De doli exceptio. l. Apud celsum. § . Aduersus. no. Salice. in alle. l. Si superstite.

Fiscalis procurator denunciare seu accusare nomine camere Regis. vel iustitie non potest nisi prius delatorē dederit. qui delator se subscribere debet. et corā publico notario delationem dicere ne possit negari. Alias eius accusatio seu denunciatio in causis ciuilibus seu criminalibus minime audiatur. Pragma. san. Regis. Jo. ij. Metine de campo. āno. Mill. cccc. xxxi.

Fiscalis. Delatorem. Qui quidem delator de iure dat fideiussores. ut ff. De iure fisci. l. ii. § . Senatus. Et si non probat Tenetur ad pena m. et cōpellitur edere mandatorē qui similiter punietur. ut dicta. l. ii. § . Diuus. et. l. Nō tantum. co. ti.

Procurator fiscalis pōt per se ipsum iustitie promotionem exercere et non alium loco sui ponere eo quia alius est deputatus a Rege iustitie procurator. Ordi. Jo. ij. Guadal. l. iij. anno. xxxvi.

Addit idem Rex ad hanc. l. in dictis curiis Guadal. quod sine dilatōne potest fiscalis promotor accusare uel denunciare.

.l. iiij.

re virtute inquisitōnis. quā Rex facere mādat. ut ibi. l. iii.
Fiscus nō patrocinetur contra Regem. nec cōtra fiscum.
¶ Item tenetur per seipsum deseruire. vide supra. Aduocatus.
¶ Flere. vide infra. luctus.
¶ Fiscalis procurator in officio suo vnum tātum non plures substituere potest. vide infra. procurator.
¶ Fiscalis procurator per Regem deputetur. vide infra. procurator.

Flumina seu cales uel vicos qui per terminos ciuitatum et villarum ubi nauigia et piscamina ambulare consueuerunt. vel ubi cōmunia officia exercentur nullus claudat seu impediat. cōtrarium faciēs Centum soluat moro. Regi insuper suis expensis clausurā seu impedimētum diruat. quod fiat usque ad. xxx. dies nisi per Regum priuilegium aliter caueatur. Ordi. Regi. vē. ii. De peis. l. xx.

Flumina. Item no. Quod quis tenetur mundare de facto suum riuum per sua predia decurrente. ut in libro Feu. ti. Si de inuestitura contro. fue. c. .i. §. Si quis demanso. et ibi Bal. vbi vide per eum plures questiones de flumine. et de molendino.

¶ Fonsadera qualiter et quādo debeat solui. Ordi. Regis. Al. in Madrid. peti. l.

Fornicationem cum concubina dni nota. vel domicella i domu domini nutrita. vel dnē cubicera. uel cum consanguinea que in domu dni habitat. vel cum nutrice tēpore quo filium seu filiam domini nutrit cum quo quis viuit faciens seu perpetrās Moriatur. mulier autem in hoc culpabilis in potestatem illius cum quo viuit ponatur vt ei penam etiam mortis si voluerit inferat. Si tamē cum domus seruitrice que de supradictis non sit quis cohierit penam fornicatorum quilibet quinquaginta flagellorum publice substineat. Si vero fornicator uel ipā seruitrix generosus seu generosa fuerit per ānum in cathenis iaceat. Ille tamen qui generosus nō fuerit penam iam dictam. l. fla

gellorum patiatur. ¶ Quicunque autē eorum qui cum ali is viuunt vnis sine licentia et mādato eorum cum filia vel consanguinea quā in domu tenēt sponsalia vel matrimoni um contraxerint perpetuo extra Regnum exulet. Si ve ro reuertatur occidatur. Femina autē exhereaatur. Et propinquiori consanguineus bona sua habeat. Ad accusatō nem vero huiusmodi facinoris pater vel mater vel is cum quo viuit admittitur. Et si ille dominus eā nō accusauerit Quilibet propinquior cōsanguineus vsque ad tertium gra dum admittitur. Si tamen pater seu dominus iniuriam re miserit Alius nō admittitur. Foro nouo. Regis. Al. de Al cala. ti. xxi. l. ii. Et eiusdem Regis Segobie. l. xx.

¶ Fornicationem. vide quod no. supra. Cōcubina. b.

Fortalicia et castra vetera que absque Regis permissu sunt hedificata destruantur. Ordi. Regis. Al. in Val lid. peti. xx. vide supra. Castra. a.

¶ Fortalicia. vide quod scripsi supra. Castrum. a.

¶ Fortalicia seu domus fortes sine Regis iussu cōsilio suorum cōsiliariorum et aliquorum hominum locorum circunstā tium nullatenus fiāt. Ordi. peti. Regis Den. i. Tauri. pe ti. x.

¶ Fortalicia Regni castelle Regia gaudēt securitate. vide su pra. Castrum. c.

¶ Fortalicia in quibus malefactores receptātur diruātur. vi de infra. Receptans.

Forus nouus de Alcala seruatur in Regno castelle. et alii fori Quibus deficientibus seruātur leges partite vide infra. Leges.

¶ Frangēs treguam vel securitatem punitur. vt infra. Tre gua.

¶ Frāgens iter publicum punitur. vt infra. Itinera.

Fraternitates fiāt in locis Regie corone. et i locis do minii Regni ad iustitiam conseruandā et exequendā

.i. b.

secundum formā traditam in Ordi. Regis. Jo.i. Segobie. peti.ij. Vide infra. Liga.

¶ Confirmauerunt Rex Fernandus et dnā nostra Regina Isabel fraternitates ordinatōnes. et leges super eis promulgatas ad petitōnem procuratorum ciuitatum et villarum Regni ad tuitionē et securitatem earum. Itinerum et viatorum Ordinatō dictorum Regum in Madrigal. anno. Mill. .cccc.lxxvj. peti.i.

Fratres seu femine tertie regule btī Francisci tenētur in pectis et cōtributionibus et alijs Regis seu cōcilij soluere. et contribuere. Ordinatio Regis. Jo.i. Sorie. peti.vj.

¶ Frontarie castra seu ville qualiter soluantur. Vide supra. Castra.

Fructus rei in fraudem vsurarum empti in sortem cōputantur vsurarij. Vide infra. Vsura.

¶ Fructus hereditatis donec causa termineturr Secrestantur Vide infra. Secrestatio.

Furtum si cōmittatur per domesticum uel mercēnarium et res furata pignori detur alteri nō cogitur creditor ad restitutōnem nisi mutuum ei soluatur. Ordi. Regis. Al. De taphu. l. xxxij.

¶ Furtum in animalibus uel alijs rebus ad agriculturā deputatis cōmittens Qualiter punitur. Vide infra. Pignus.

¶ Fur uel depredator in Regis curia occidatur. Vide infra. Occidens.

¶ Furans fortalitia Qualiter punitur. Vide supra. Castrum .c.

¶ Fugiens a carcere punitur. ut ifra. Incarceratus.

Gabella vide infra. Vectigal. Et quod ibi scripsi. et vide supra. Alcauala.

Gabella. Circa hanc materiam querit Bal. in. l. In ānalibus. .C. Delegatis. Quid si ex forma statuti debet solui gabella delegatis. et exatores gabellarum mutātur de anno in annū Cui

debet solui. Et respondet quod debet solui illi gabellario cuius e gabella in principio cuiuslibet anni secundum Bar. Qui ita no. ff. ad. l. Falci. l. Nō habetur et. l. Cum titio. eo. ti. Nam habentibus ius eius anni Debet solui pro illo anno ar. ff. De usu fru. l. Defuncta. et. ff. De acti. ēpti. l. Jullianus §. Si locatus et. ff. De iure fis. l. fi.

Galinas nullus cuiuscunque sit preheminentie. seu cōditionis capere sit ausus galinas seu alias aues preter galinarium Regis. uel Regine. seu īfantium. Et dictus galinarius Regis Regine uel infantium cum littera Regis requirat loci iustitiam Qui vadat uel mittat secum ut galine solum mense Regis uel Regine seu infantium necessarie capiantur pro precio solito et ordinato. Alii autem galinarios non tradant. nec eis permittantur Sed vendantur illis aues pro rationabili precio. Ordi. Ven. iiii. Corduba. āno. Mill. cccc. lv. pecti. xxxiiii. Confirmatur per eundem Regem Tolleti. āno. Mill. cccc. lxii. pecti. xviii.

Guardiani panis vini montium pascuum seu terminorum quia sunt publice persone possunt libere pignorare. Vide infra. pignus.

Generatio Regum castelle ponitur in ordinatione Regis Johis Segobie. anno dni. Mill. ccc. lxxxvi.

Generosus non debet pro debito nisi arrendator uel collector tributorum seu vectigallium fuerit Capi seu incarcerari. Ordi. Regis. Al. peti. de Alcala. pecti. ix. Nam ipsemet Suam libertatem frangit. ut ibi.

Generosus. Suam libertatem. Facit. c. i. De purga. ca. Et ibi glo. fi. ubi priuilegio ingenui gaudere non debet Qui ingenui mores abiicit. Ipē enim generosus propter hoc se reddit indignum. Adinstar matrone cuius pudicicia attempta fuit Que nō potest iniuriarū agere Si in ueste meretricali fuerit deprehensa. Et sic perdit priuilegium. ff. De riptu. nupciarum. l. Senatoris filia. Et adinstar clerici arma militaria deferentis. ut. c. In audientia. De sen. exco. Et adinstar clerici negociationibus secularibus se immiscentis. et diuinis officiis non intendentis qui inhabilem se reddit. et priuilegio clericali nō gaudet. ut. c. fi. De Vita et ho. cle. Et adinstar clerici qui minister uel procurator efficitur laici Cui est indignum ab ecclesia subueniri. Eo quia propter hoc se reddit indignū. ut. c. .ii. De cle. uel mona. Et adinstar clerici qui in apostasia deprehensus tanquā laicus conuersatur. qui ab ecclesia subueniendus non est. ut. c. i. De apostati. Et

adinstar Regine que uult exui copula maritali. ergo et dignitate Regia. ut .c. Scripsit. et ibi gls. xxvij. q. ij. Vide quod no. infra. Miles. f. ¶ Itē no. Quod femina non perdit dignitatem generis etiam si sit meretrix. uel faciat questū corporis. vide. C. Ad orficianum. l. Si qua illustris ff. De riptu. nuptiarum. l. Senatoris filius. et Guillelmus in. l. Filium. ff. De senato. ¶ Item no. ex hac lege quod nobilis non debet poni in compedibus sicut villis. ff. De offi. pref. urbis. l. pri. §. Item solent. et ibi Guillelmus de cunō. Idem de innobili. et de illo qui vile officium exercet. no glo. in. c. Qui contra pacē. xxiij. q. i.

¶ Circa materiam generosorum no. Quod appellatione filii in penalibus nō intelligitur bastardus Quia non gerit imaginem patris. Et quia talis abusiue dicitur filius. ff. De adopti. l. i. et. l. Filium. Et quia bastardus non perpetuat memoriam parentum. ut. l. i. §. fi. ff. De iusti. et iure. et ibi per Iaco. de are. et Chi. Et hoc quando statutum continet odium rationale. et de hoc in. l. Quisquis. C. Ad. l. iulli. maies. per Chi. et De sca. homi. l. Cum legitime. et. l. Cum. l. Et vide quod no. Guillel. de cuno. in. l. Vel parentes. ff. De in ius uocan. Bal. in. l. Quod vero. ff. De legi. Est et alia ratio Quia bastardus non est in potestate. nec d'citur filius. ut. ff. De his qui sunt sui uel allieni iuris. l. In potestate. Ideo dicit quod si statutum premiat aliquem si capiatur aliquis de parentella uel de filiis alicuius qui tangunt iniuriam generis et in quibus ponderatur affectio et afflictio unius uel alium Non est diferentia inter eum et legitimum. C. De libe. causs. l. iij. Naturalis etiam potest habere dignitatē. C. De natu libe. l. Omnes. Est tamen notandum Quod bastardus nisi sit naturalis et per patrem arrogatus non potest libertate generosorum gaudere. ut notant. ll. partite in peregrina Diffidatis. iii. q. et Foro legum li. iii. ti. Delos que son recebidos por fi'os. l. vi. An autem appellatione liberorum in materis stricta. uel fauorabili comprehendatur bastardus. notat Cy. in. l. Libertū. C. De inter. ma. inter pu. et vi. An filius uel alius descendens consequatur dignitatem. adiecto aliquo immediato inhabili Cum imprimenda dignitate inspicitur natura non potestas. vide doctores in. l. Emancipatum. ff. De senato. ¶ Item no. Quod si macula est naturalis. ut quia filius est spurius Talis nec a patre nec ab auo sequitur dignitatē. ut. l. fi. C. De naturali. libe. et. l. Lex nature. ff. De sta. homi. De hac materia vide quod scripsi Foro legū. li. iii. ti. Delas herēcias. l. i. ¶ Itē ex hac. l. no. Quod faciens contra priuilegium sue immunitatis Videtur illi tacite renūciare. ut nō possit ad illud redire Siue sit priuilegium uel excusatō. seu immunitas de iure cōpetens. ut. l. Cum decurionatus. C. De decuris. Siue ex concessione principis. ut. C. De his qui sponte mune. suce. l. i. Et hoc clarum quando priuilegium cōcernit unicum actum tātum Quia per actum contrarium extinguitur. Ideo cōdemnatus qui habet beneficium appellādi Per actum cōtrarium appellatōni renunciat. Si uero priuilegium cōcernit et se habet ad plures actus in tempore successiuos Tunc si ille actus cōtrarius impugnat substantiam priuilegii preiudicat in omnibus. ut in libero qui impetrauit ius anullorum aureorum habetur pro ingenuo Quo ad honores et matrimonia. ut. l. ij. C. De iure anu. au. Si postea petat in iudicio se declarari fuisse ingenuum. et declaratio nō sortiatur effectū quo ad omnia Perdit priuilegium prius impetratum. ut. l. ij. ff. De iure. anu. au.

In muneribus autem realibus. ut in decimis et annuis prestationibus Preiudicat contrarium factum in solutis non in soluendis Nisi fecerit contra priuilegium lōgissimo tempore. s. spacio. xl. annorum Quo tempore prescribitur contra tale priuilegium. c. Si de terra. et. c. Accedētibus. De priuile. Et glo. in. c. Cum accessent. De consti. Elleganter per. Jo. de pla. in alle. l. Decurionatus. Et sic cōcluditur econtrario Quod licet nullum priuilegium excusset a muneribus Tamen si post priuilegium xl annis quis cessauerit in solutione Prescribit. etiam cōtra rē publicam. ut. l. Nullus. et ibi. Jo. de pla. C. De decurio.

b ¶ Generosus emens rē que est Regi tributaria trāsit ad eum cum onere tributi. Ordi. Fori noui Regis. Al. de Alcala. ti. xxxiii. l. ii. vide supra. Dona. i.

c ¶ Generosi in villis habitantes Monetas soluere non tenentur. Ordi. peti. Al. de Alcala. Peti. vii. vide infra. Officialis. g. vbi vide quid contribuere teneantur. et vide supra clericus. h.

d ¶ Item generosus torqueri nō debet. E. Ordi. Peti. viii.

¶ Generosorum priuilegia. libertates. et exemptiones sunt obseruanda Siue ipsi habitent in locis Regiis Siue in locis

e dominii. Et si Rex mercedem seu donationē aliquā fecerit de loco sue Regie corone debet expresse in tali donatōne seu mercede hoc apponi. Ordi. Regis. Jo. ii. Madrid. anno. Mill. cccc. xxxv. Peti. xxii.

f ¶ Generosus notorius vel nota linea. uel qui sententiam habuit pro se et post sentētiā stetit. et est in possessione generosie Non debet cum aliis contribuere plebeis. Si tamē sit in possessione a patre uel auo in patria ubi cōmoratur nō contribuat nisi sit fama in cōtrarium. ut pragma. san. Regis Hen. ii. anno. Mill. cccc. iii. vide infra. Uxor.

¶ Generosus. Nota linea. Est tamen notandum Quod ubi quis cōsequitur dignitatem ex duplici persona patris. s. et aui per quarum vnam liberatur et per aliam muneribus alligatur Inspicitur illa per quam obligatur ad munera fauore reipublice. Nam magis attenditur dignitas et condicio paterna tāquam causa immediata licet obliget Quam dignitas et cōditio auitina Que est causa mediata. que prodest et liberat Licet quis ex origine habeat immunitatem. ut est tex. in. l. Priuilegio. C. De decurio. Ubi autem pater et auus essent eiusdem dignitatis Tūc licet quis perdat paternam Nichilominus retinet auitinam ut. l. Emācipatum. §. fi. ff. De senato. ut no. Jo. de pla. in alle. l. Priuilegio vide tamen. l. iii. ff. De inter. et rele. et alle. l. Emancipatum. ¶ Est tamen notandum Quod ge

nerositas est quodam jus sanguinis Quod est immutabile. ut .l. Jus cognationis .ff. De pactis. Et suitas est jus sanguinis Et ideo non perditur. ut. l. Deo nobis. C. De episcopis et cle. et ibi Bal.

¶ Confirmatur per Regem. Jo. ij. Tordesillas. ãno. Mill. g cccc. xxxij. Est alia pragma. Regis. Jo. ij. en Leon anno. dni. Mill. ccclxxxix. In qua idem statuitur. s. si a patre et auo generosus per. xx. annos retro stetit in possessionem generositatis Etiã si per vim fuisset aliquãdo pignoratus et cetera.

h ¶ Generosus nisi fiat in curia Regis cum procuratore loci ubi cõmoratur. et cum Regis procuratore nulla est sententia. Et si post latam sententiã cum Regis procuratore concilium dicti loci non esse verum generosum opponat Debet in audientia Regis hoc opponi. et auditur opponẽs. Ordi. Regis. Jo. ij. Burgis. Peti. xix.

¶ Item Rex Hen. iiij. in Occanã. anno. Mill. cccc. lxviij. ad petitionem procuratorum Regni Reuocauit cassauit et annullauit omia officia seu rescripta Que ipẽ Rex concessit. a die beate crucis mensis septembris. ãno. Mill. cccc. lxiiij. vsque ad diem qua hanc legem condidit. In quibus cõcessit nobilitates seu fidalguias uel tabellionatus de camera. Et notarias in albo in quibus fuerit appossite seu replete persone Maxime inhabiles Qui dicta officia seu rescripta venaliter emerunt. Et precepit ne aliquis dictorum impetrantium seu officialium eisdem vteretur officijs. Nec fidem adhibeant ad testimonia. Nec gaudere pretendãt exemptionibus seu prerogatiuis dictorum concessionum Sub pena falsitatis et aliarum penarum Que a iure statuuntur contra vtentes officijs publicis sine titulo. Et precepit sic publicari. Vide supra. Donatio.

¶ Generosus. Procuratore. No. quod sententia taliter lata in causa nobilitatis cum legitimo contradictore Facit jus sicut in causa status. ut plene no. per. Jo. fabrum. et per. Jo. de pla. Insti. De actio. § . Preiudiciales circa fi. ¶ Itẽ no. Quod generosus tenetur ad salarium judicis seu presidentis cum alijs vicinis loci contribuere. Nam cum exhibitio justitie habeat in se publicã utilitatẽ. ut. C.

Ne lictis. pen. l. i. §. fi. et in auct. Ut omēs iudi. proin in principio. Dicetur quod ad huiusmodi expensas nobiles teneantur Quia uere est propter prouintie utilitatem. seu necessitatē. ar. ff. De origi. iuris. l. ii. §. Post originē. et. ff. De iustitia et iure. l. i. §. Publicum. Est conclusio Oldra. consilio. xcvii. ¶ Item no. Quod dietus seu diuicie non faciunt quem nobilem. Nam nobilitas Quedā est incipiens. Quedam crescens. Quedā perfecta. Et qui facit artes mecanicas non potest dici nobilis. ut l. Nobiliores. C. De comer. et merca. Et nobilitas dicitur tribus modis. Primo de stirpe. ita quod uulgus accipit. Secundo de uirtute. et ita phūs accipit. Tertio de utroque. Et ista est perfecta nobilitas. s. generositas animi magnitudine decorata. notat Bal. in alle. l. Nobiliores. ¶ Itē no. Quod probare debet nobilitatē qui eam allegat. et oportet probari quod nō solum ipē Sed etiam antiquitus sui maiores fuerunt de nobili genere. Quia una hirundo non facit uer. ut in. ti. De pace tenen. et eius uio. c. i. §. Si rusticus.

¶ Item no. Quod proprie nobilitas est scientie. Et pro hoc. l. ii. §. fi. C. De excusa. acti. li. x. Nam scientia nobilitat interius et exterius. Interius Quia nobilitat intellectum ex eo quia illum illuminat. et clarum reddit. Exterius Quia intellectus illuminatus corpus gubernat ꝛ regit bonis ꝛ uirtuosis moribus. hoc nō facit nobilitas que habetur a genere Quia illa nō coheret persone. nec personam nobilitat. Ideo licet quis de nobili prosapia. uel genere sit Nō debet nobilis nuncupari Nisi bonis poleat moribus. Nam si non polet bonis moribus a sua dicēdum est degenerare prosapia. notat Salice. in. l. Prouidēdū. C. De postulan.

¶ Dubitatur an dominus Rex castelle qui superiorem nō recognoscit in temporalibus. ut no. glo. in. c. Adrianus. et. c. In synodo. lxiii. di. Possit plebeyo siue non generoso priuilegium concedere Ut fiat generosus. et gaudere possit exemptione seu libertate. ne collectas monetas uel alia iura Regis seu cōcilii soluat. Et uidetur quod non possit tale priuilegium concedere in preiudicium aliorum conciuium Qui istius exempti grauarentur collectis uel muneribus insolidum. Nam esset ius multorum auferre et dare alteri Quod esset contra ius naturale. iuxta notata in. l. Rescripta. C. De preci. impera. offe. Et contra apostolicam et canonicā regulam Que precipit ius suum unicuique tribui. uii. di. Qua iure. xxiii. q. vii. c. i. Statuta enim talis iuris naturalis immutari non possunt. Insti. De iure natu. §. Sed naturalia. v. iii. §. i. et. vi. iii. §. Is ita. Et est ratio Quia principis ordinatio est actus ciuilis qui tale ius naturale tollere non potest Insti. De legi. agna. tu. in fi. ¶ Preterea non uidetur principem posse quod non iuste seu honeste potest. nec intelligitur fieri quod non legitime fit. ut. l. Uulgo. ff. De sta. homi. et l. Si finita. §. Condemnatum. ff. De re iudi. Cum uero iniuste faciat aliquem eximendo et alios istius debiti onerando. maxime sine causa uel cū causa iniusta uel legitima. et premaxime nō uera de facto agit et iniuste utitur sua potestate. ut. c. Neque in fi. xiiii. q. v. ¶ preterea. Mandata seu rescripta principis contra ius illicita sunt refutanda. ut alle. l. Rescripta. et. c. Rescripta. xxv. q. ii. Cuius officium proprium est facere iudicium et iustitiam. c. Regum. xxiii. q. v. Non ergo a contrario sensu ad eius officium expetat iniustitiam facere. Nam illud dicitur posse quod iuste facere potest. ut. c. Faciat homo. xxii. q. ii. Et. c. Nos in quenquam. ii. q. i. De qua potētia no. glo. in. c. Sciscitatus

De rescriptis. Cum vero princeps si iniuste agit Nullam potestatē ad hoc vide tur habere. ut. c. Daybertum. et. c. Per illicitam. i. q. vii. Secūdum euangelicā doctrinam Mathei. iii. Nos decet omnē scientiam implere et cetera. ergo eius pri uilegium cum iniustum videtur nō valet. ut. c. Omnēque. xxv. q. i. Ad idem priui legium semper intelligitur concessum sine lesione alterius. ut. c. Pastoralis. De priuile. in fi. De trāsa. c. Licet. De aucto. et vsu. pa. c. Ex tuarum. De decle. hedi. c. Cum dicat aplūs. et. c. Ad audientiam. ij. C. De in offi. testa. l. Si quan do. De uerbo. signi. c. Dillecta. glo. intentionis. Cum vero dictum priuilegiū est concessum in grauamē conciuium ut dictum est ergo et cetera. Item priuilegi um generaliter indultum alicui Non includit casum publice vtilitati contrariū. Et si includeret Non valet. Unde pretextu alicuius priuilegii nullus exhimi po test a necessitatibus reipublice emergentibus propter guerram uel alias. ut cōclu dit Bal. in. l. Iubemus nullam. C. De sacro san. ecle. Facit quia princeps uult omnē actū suum regulari a iustitia poli et fori. ff. De consti. prin. l. i. ubi notat Bal. non enim regularentur actus principis si subditos sic grauaret. ut dictum est.

Pro cōtraria parte facit quod potestas suprema principis. et ex plenitudine potes tatis non subicitur iuris dispositioni. iuxta no. in cle. Pastoralis. De re iudica. et in. c. Quanto. De consuetu. et Ben. in. c. Nulla. De concessi. preben. Po test ergo dispensare et facere omnia que ad excellētiam pertinent solius principis de quibus per Bal. C. De iure anulorum aure. l. i. Et Innocen. in. c. Cum. p. De fide instru. Et sunt ei reseruata in signum vniuersalis dominii. de plenitudi ne potestatis. s. expurios etiam incestuosos ex certa scientia legitimare Cum legi timatio sit principis donum in auct. Qui. mo. na. effi. sui. §. Si uero. colla. vii. Legitimatio enim deducit quem de non esse ad esse quod soli principi licet. C. De nupci. l. Imperialis. et. l. Qui in prouintia. §. Diuus. ff. De ritu nupcis. Et potest tollere maculam vicii originalis in temporalibus. ut ibi. A fortiori potest li bertatem et exemptionem que cum homine nata est restituere. Nam ratio natu ralis considerat omnēs homines ex eisdem parentibus. et ex eadem stipite processis se. et eiusdem esse cōditionis Quia pauperes et diuites de vno limo fecit dominus . liii. di. in prin. et. c. Quo iure. Et si princeps potest contra libertatem natura lem seruitutem inducere ut notat Cy. in. l. Rescripta. De preci. impera. offe. . q. ii. A fortiori potest libertatem et exemptionem que cum homine nata est con cedere per iura supra allegata. Et si dicat potest princeps contra ius tabellionē creare. vt corio animalia mortui. sine alio adminiculo credatur. ut no. in. c. ij. de fide instru. Et de infami facere bone fame. Et legitimare. et arrogare. Et homi nem sui iuris alii subicere. ut no. Qui fi. sunt legi. c. Per uenerabilem. ff. De postu. l. i. §. De qua. ff. De adopci. l. i. et ij. De re iudi. c. cum te. Nam sunt ista cōtra naturam. A fortiori potest hoc facere. s. hominem nobilitare et liberta re. et ei honorem dare. ii. q. iii. §. fi. circa fi. C. De sen. passis. l. i. et ulti. notat In nocen. in alle. c. Cum te. Et cum nobilitate est donū principis Libere potest no bilitare quem uult. et ei dignitatem cōferre. notabiliter per Bal. in. l. Sacrilegii . C. De diuer. rescriptis. Potest ergo princeps qui habet iura regni et plenitudi nem potestatis Quem uult ab oneribus per suum priuilegium exhimere. Et quē

ultonera imponere. ut patet. C. De professo. et medi. l. Medicos. et. ff. De iure immuni. per totum. Et tale priuilegium potest etiam princeps concedere in preiudicium aliorum ciuium Quibus onus incumbit soluendi qui tenentur insolidū ut est tex. in. c. Accedentes. De prescrip. ubi hoc notat Abb. et in. c. Cū instantia. De censi. Hoc idem probatur per. l. Partite. ii. parti. ti. xxvii. l. i. Ubi potest Rex non generoso dare honorem generosi. Quod quidē nobilitas est duplex. Generis et Bonitatis. Qui utrāque habet Dicitur procer. i. rico ombre. ii. parti. ti. ix. l. vi. Nobilitas enim prouenit tripliciter. s. ex Genere. Scientia. et Bonis moribus ii. parti. ti. xxi. l. ii. Et in hispania. Bonus dicitur dalgo uulgariter. Ideo generosus dicitur fijo dalgo. hoc est filius boni. ut ibi. ¶ Itē nec dictū priuilegium inducit enorme damnū cōciuibus. ut uult Spec. ti. De instru. edic. § . Nunc autem dicendum circa fi. h. Quinto et in fi.

¶ Non obstat primum quod allegatur Quod non potest princeps ab uno auferre et alteri dare. hoc est uerum principaliter Potest tamen per quandam cōsequentiam Sicut in legitimatione. dispensatione. et restitutione. et priuilegii concessione libertate. et donatione Que habent solum dependentiam a principe. ar. in. c. Cōuenior. xxiii. q. viii. et in. l. Bene azenone. C. De quadri. prescrip. et. C. Pro qui. cau. serui premi. h. l. i. Princeps ergo per quandam consequenciam potest populum grauare licet non principaliter. ut. c. Per venerabilē in prin. Qui fi. sunt legi. Sepe enim aliquid licet indirecte Quod non licet directe. ut ibi no. glo. et Abbas in alle. c. Accedentes. De prescripti.

¶ Nec etiam obstant alia iura in contrarium posita quia Rex utitur plenitudine potestatis quando trāscendit iura cōmunia. quod potest. ut lex Digna vox. et. l. princeps. C. De legi. et De concessi. preben. c. Proposuit. Licet non debeat uti plenitudine potestati Nisi ex causa. no. Innocen. in. c. Innotuit. De electio. non tamen est qui ei dicat. Cur ita facit. xix. di. In memoriam et ē apud eum pro ratione uoluntas. Et quod ei placet legis habet uigorem. Insti. De iure natura. § . Sed quod principi. Nec pōt ab aliquo iudicari. xxi. di. In nouo. et. c. Nunc autem. Et presumitur ea que facit iuste Et ex iusta causa facere. doctore in. c. Que in ecclesiarum. De consti. et Cy. et Bal in allegata. l. Rescripta. Maxime quia contra concessionem ex certa scientia principis confirmatam Nichil dici potest. notat Innocen. in. c. ii. De confir. uti. uel inuti. et cetera. Et in. c. Quia diuersitatem. De concessio. preben. finaliter Hosti. et Ben. in. c. Quanto. De consuetu. et Jo. an. in. c. Actus legitimi. De re. iuris. li. vi. Dicunt quod de potestate principis non audent disputare. Sed ipē princeps de cuius potentia queritur soluat. ¶ Item nec obstat alle. c. Dillecto. De uerbo. signi. quia per glo. super parte intentionis soluuntur omnia contraria. quia ad intentōnem concedentis recurrendum est. De preben. c. Cum causam et. c. ulti. Et cum perdicta priuilegium constat euidenter de intentōne principis Cessat quod opponitur. Et sic intelligitur glo. in. c. ii. De reli. do. et in. c. Licet. De offi. ordi. et. ff. Ne quid in lo. pu. l. i. § . Si quis a principe. De maio. et obe. c. Cū inferior. et. c. Ex multiplici. De decimis.

¶ Generosi arma uel equi non capiantur pignori. Uide infra Miles. b.

¶ Generosus fornicans cum domini seruientice quam penam patiatur. vide supra. fornicationem.

¶ Generosorum diffidatio qualiter fiat. et inter quos. et quibus de causis permittatur. vide supra. diffidatio per totum.

¶ Generosus nõ debet pro alleue mori. vide infra. Reptator.

Generosus extrahens equos a Regno punitur. ut supra. Extrahens. a.

¶ Generosus non potest per alium quam per Regem ut proditor uel alleuosus pronunciari seu condemnari. vide infra. Reptare.

¶ Generosus an potest capere cõducho uel alia iura in abbadengo uel Regalengo siue in monasteriis uel alias res ab aliis. vide forum nouum de Alcala. ti. xxxiii. l. x. et per totum.

¶ Generosorum amicitia securitas et pax seruentur. vide supra. amicitia. a. b.

¶ Rex Hen. iiii. in curiis de Ocañã. anno. Mill. cccc. lxix. ad petitionem procuratorum et cetera. Reuocauit omia priuilegia et exemptiones. et litteras tã generosorum quam militum. et officialium. mõtariorum. scutiferorum. equorum cuseodum Regum. et secretariorum. et tabellionum de camera A. xv. die septembris. anno. lxiii. de his dumtaxat qui fuerunt pecterii filii. et nepotes pectariorum. Etiam si reales exemptiones et officia fuissent cõcessa. dis qui ad seruiendum Regi ueniunt in regali super simancas que quidem lex fuit per eundem Regẽ Hen. iiii. confirmata in curiis quas fecit cum procuratoribus ciuitatum villarum in curiis de toleta. anno. et cetera.

¶ Et quia dominus Rex Fernãdus et domina nostra Regina instãte necessitate introitus i Regno per aduersarium purtugalie Rescripta et litteras ad omnes ciuitates et villas Regni miserunt vt omnes dicti exempti et frãqueati per

Regem Hen. venirēt seruire in guerra suis expensis et cer to tempore. et gauderent dictis priuilegiis et exemptioni bus eisdē per dictum Regē Hen. cōcessis et huiusmodi pre textu plures generosi vocati seruierunt ut premittitur in guerra. Quorum aliqui confirmationē expresam obtinue runt a dnis Rege et Regina. Et de nouo si necesse fuerat e adem cōceserunt priuilegia. Et alii obtinuerunt rescripta et litteras quod seruarentur dicta sua priuilegia. Et alii ostēderunt fidem de seruicio. et nichilominus a suis cōcili is sunt impatronati et pignorati. Et plurima super hoc litigia inter concilia et exemptos sunt orta. Et multa spe rantur incōuenientia et damna in futurum. Quamobrem dicti dni Rex et Regina quia in guerra cōtra aduersarium de portugali dicti priuilegiati seruierunt bene et fideliter et succurrerunt eis cum certa quantitate pecunie pro suis necessitatibus Statuerunt et ordinarunt quod tales gaude ant priuilegiis et exemptionibus eis concesis Dum tamen continue ex hoc tempore teneant equum valoris tria mil le moro. Et arma valoris mille moro. Et in omibus aliis noiatis generosis et officialibus qui habuerunt priuilgia et exemptiones a Rege Hen. seruentur leges quas ipse fe cit in Ocanā. et in Mieua. nō obstātibus quibuscunque res criptis et litteris per dictos Regē et Reginam concessis. Sed quia dicti dni Reges promiserunt pectariis de Metina del campo et sue iurisdictionis Quod nullum priuilegium generositatis confirmarēt de illis que dictus Rex Henri. concessit Mandāt dictum promisum obseruari et cetera.

Gentes. coadiuuans scandalumque mouens cōtra offi ciales de quibus supra. Consiliarios. v. punitur ut infra. Occidens.

Gratia expetatiua nō detur ad officia vacatura. Vide infra Officia.

Greges scribantur et numerētur ut sciatur quot ven

duntur uel dantur. Quod per publicum instrumẽtum ostẽ datur. Ordi. peti. de Alcala. peti. li. vide supra. Extrahẽs per totum.

¶ Greges propter timorẽ guerre possunt libere secure et sine aliquo impedimẽto uel grauamine per loca et terminos transire in toto Regno dum tamẽ damna in pane et vino et pratis et defessis vetitis non inferãt. Et cum ad loca tuta greges accesserint Soluatur dnis herbarum precium licitum pro herba quam comedunt. Ordi. Regis. Jo. i. Segobie. peti. iii.

¶ Greges habeãt vias et itinera aperta per que libere vadãt. Vide infra. Locus.

¶ Greges per habitantes intra. xx. leucas a finibus Regni computandas possunt vendi regnicolis diuitibus. Vide infra. Vendere.

Guerram non coguntur ire aduocati. nec alii. De quibus. vide supra. Aduocati. v. a.

¶ Guerram de vassallis et gẽtibus qui ad guerram vadunt et de alarde et de aliis circa hanc materiam vide infra. Vassallus. et vide supra. Capitaneus.

Guia que dicitur guidagium nõ detur nisi pro pecunis Regis per litteram thesaurarii. uel dispensatoris maioris. Ordi. peti. de Alcala. peti. xxviii. Vide infra. Itinera.

¶ Guia. Guidagiũ. No. quod pedagia dicuntur que dantur a trãseuntibus in locis constitutis a principe. Et guidagia dicuntur que dantur pro ducatu per terram alicuius Ut securus vadat. De quo vide quod no. glo. et Hosti. in. c. Super quibusdam. De uerbo. signi.

¶ Guias Rex non cõmittat litteras de guia ad capiẽdum bestias uel currus nisi personis fidelibus. Precia autem que pro eis debent solui Sunt pro quolibet curru iumẽtorum cum vno homie. xxx. modo. et pro quolibet curro boum cum homine. xx. modo. Et pro gerula cum homine. xv. modo. Et pro vno pari gerularum cum homie sine curru

.xxiiij.moro. Et pro solo homie sine bestia.x.moro. Et pro locatione vnius iumēti cum sede.x.moro. Et si homo cum eo fuerit.xv.moro.Ordi.dē.iiij.Tolleti.āno.Mill.cccc.lxij.peti.xxviij.

Habitare tenentur iurati in parrochiis et collationibus suis. vide infra. Jurati.

Heres per iustitiam non vendicans mortē defuncti Qui per insidias mortuus est vsque ad quinquenium a tempore aditiōnis cōnumerandum perdit hereditatem. et Regi applicatur. Ordi. Regis. Al. Segobie. De penis. l. xi. et Ordi. Regis Hen. ij. De penis. l. xi.

Heres. Perdit hereditatem. no. Quod hanc penam incurrūt homines Qui non implent voluntatem defuncti infra ānum. ut auct. Hoc amplius. C. De fideico. Et in auct. Unde sumitur. Vide circa hoc. q. Bar. in. l. Si quis solidum. ff. De heredi. insti. ¶ Incidenter no. Quod femina semel exclusa a masculo imperpetuum est exclusa Ita quod mors masculi deinceps nō patrocinatur eidem femine. ut li. Feudorum. ti. Epūm. uel Abba. uel Dominum plebis. c. i. .§. Cum etiam. Quod est no. Dignum. Ad statuta que dicunt patre moriēte cum masculis Femina non succedat. nam licet masculi mortuo patre sine liberis moriantur Non patebit locus femine ad successionem patris. A successione tamē fratris nō repellitur femina Nisi frater decessecit cum herede testamētario Secus si statutum diceret quod filia femina nō succederet Donec masculus superē Nam ista non est exclusa Sed suspensa a successione. Interim tamen masculus in solidum heres est. ut no in. l. ij. ff. Si pars heredi. pe. et eo mortuo remouetur obstaculum quod obstabat femine. Et ipā tunc succedit patri pro portione sua. Et potest vocari heres anomalus. ut no. Bar. in. l. i. § . fi. Et in. l. fi. ff. Ad tercull. et in. l. Liberorum. ff. De uerbo. signi. Et vide in. l. Lucius titius. ff. De here. insti. Hec est no. Bal. in li. Feu. ti. Epūm. uel Abba. c. i. § . Cū etiam ¶ Item no. Quod statutum quod femina non succedat existentibus parentibus usque ad. uij. gradum Intelligitur in agnatis. notat Bal. in li. Feudorum ti. Quēadmodum ad filium feu. pertineat. c. i. ¶ Item no. Quod filius pee mortem patris non dicitur adquirere Sed retinere. ut Insti. De heredum. quali. et dife. § . Sui.

¶ Item no. incidenter Quod qui aliquē occidit Non potest succedere sibi. nec eius heredi. ut. l. Cum ratio: § . fi. ff. De bonis damnatorum. Et in. l. Lucius titius .ff. De iure fisci. Et ibi vide Bar.

¶ Heres succedit defuncto abintestato Si in testamēto heres nō est institutus. vide infra. Testamētum. a.

¶ Herede hereditatem repudiante venit substitutus. vide in

.B.1.

fra. Testamentum. a.

¶ Heredes plures unius patroni non nisi unam pensionē seu unum prandium quod predecessor leuare cōsueuit accipiāt alias puniuntur. ut infra. Patronus.

Hereditatem vacantem defuncti ad heredes relinquentis pertinentem nemo audeat occupare. Vide infra Possessio.

¶ Hereditatum labor uel fructuum collectō non impeditur propter hereditatis secrestationē. Vide ifra. Secrestatō. Hereditates possunt iudei habere usque ad certam quātitatem. Vide infra. Iudei.

¶ Hereditates tributarie trāseunt ad clericos cum onere suo. Vide supra. Clerici. v.

¶ Herbas possunt libere greges comedere propter timorē guerre ad alia loca tuta trāseundo. Vide supra. Greges. b.

Hereticus postquam per ecclesiasticum iudicē de heresi cōdemnatus fuerit Medietas bonorum eius ad Regem pertinet. Ordi. Regi. Al. Segobie De penis. l. i. et ii. Et vide Hen. i. De penis. l. iii.

Hereticus. Bonorū. Imo heretici sunt omnibus suis bonis spoliādi De hereticis Hergenēs et eorū bona ipō iure publicantur et confiscantur. ut. r. Cum secūdū. eo. ti. Ino sunt excomuaicati ipō iure. c. Excōmunicamus in prin. eo. ti. Etiam si sint occulti. et idem in scismaticis. no. glo. xxiiii. q. i. c. i. Sunt etiam inhabiles ad beneficia. et ad honores. et publica officia. no. Archi. xxiiii. q. ii. Dixit apostolus.

¶ Hereticus est qui dictis credit adeuinorum Eadem ergo pena est subiiciēdus. Ea. Ordi. l. v. et Ordi. Hē. De penis. l. v.

Hospicia bona dētur cācellario et auditoribus ubicunque cancellaria accesserit. Ordi. Regis Hē. ii. Tauri. l. xciiii. Et in alia Ordi. Tauri. l. xviii.

Hospicia. Circa hanc materiam no. Quod recipere hospites est munus a quo escusantur magistri liberalium artium. doctores legum gramatici. oratores medici. philosophi. et de aliis qui escusantur a muneribus. Vide glo. in. l. Qui immunitatem. cum ibi allātis. C. De muneribus patrimoniorum. li. x. et tex. in. l. Medicus. C. De professoribus et medi. eo. ti.

¶ Hospicia. Circa materiam harum legum que de hospiciis loquūtur No. quod de

iure ad quemcunque locum accesserit princeps uel eius milites Debent domini do
morum in hospicio assignādo diuidere domos in tres partes Quarum unam eligat
dominus domus pro se quam maluerit. Aliam ex alijs duabus eligat miles quā ma
luerit. Tertia domino reseruata. est tex. in. l. In qualibet. C. De metati. et epe
dimeti. li. xij. Ubi notat. Jo. de pla. quod hoc onus recipiendi hospites Est mu
nus reale et non personale. ut. l. iij. §. Munus hospitis. C. De muneri. et hono.
notat glo. in. l. i. C. De episcopis et cle. Habet ergo dominus domus priuilegium
eligendi Quia res est sua. ex quo no. Quod qui habet maiorem partem in diuidē
do Prefertur in electione. ut ibi. et. l. Sancimus. §. Sin autem amplioris. C.
De donatio. et plenius per Jo. de pla. in. l. ij. C. Quādo et qui. quarta pars de.
li. x.

Item no. Quod nemo debet immunitatem hospitalitatis impetrare. ut. l. Omēs
. C. De metaticis. et epedimeticis. li. xij. Alias qui excussat se priuilegio ab onere
hospitandi inueniet alios contra se eodem priuilegio excussatos. et sic qui nō uult
dare de suo non debet petere alienum. et punitur alijs penis de quibus ibi. Jo. de
platea.

Item no. Quod solum licet militibus hospitari in domibus suum accelerādo iter
et nichil pro dictu suo uel equorum ab eis etiam sponte dantibus recipiēdo Alias
uterque punitur. ut. l. Deuotam. C. De metaticis. et epedi. li. xij. Prohibitus
enim petere exigere uel accipere prohibetur Etiam a sponte volente dare recipe
re. ut. l. i. C. De salgamo hospitibus non prebendo. li. xij.

Hospicia clericorum laicis non dentur nisi cum Rex et Re
gina uel Infans ad locum venerit. Ordi. prelatorum. he.
. ij. Tauri. pecti. viij.

Hospicia per vicos segregatim in Regis curia dentur pro
curatoribus ciuitatum et villarum cum Regis mādato cō
gregantur in curijs. Ordi. Regis. Jo. i. Burgis. pecti. v.

Hospicia fuerunt per Regem. Jo. i. in ciuitate Segobiensi
assignata pro auditoribus et pretoribus. necnō et pro ali
js cancellarie officialibus pro cōductōne et taxatione depu
tatorum taxatorum. et de reparatione hospiciorum. vide
ad plenum si placet. Ordi. Regi. Jo. ubi supra. Et quia nō
est in usu hic non apposui

Hospicia i ciuitatibus et villis Regis nullatenus per mili
tes. prelatos. seu alios potentes sine dominorum permissu
capiantur. nec permittantur supradicti paleam linea. seu
alias res a dominis capere. nec damna alia eis inferre. Con
tra faciēs pro quocunque hospicio. dc. soluat moro. Regis

camere applicandos. Et cum triplo capta restituat. et dā
na resarciat. Si uero iusticia et rectores loci sine Regis
mandato hospicia dederint ipō iure officia perdant. Ordi.
Regis. Jo. ii. Zamore. peti. ix. Vide infra. Vis nulla.

¶ Hospicium alterius cum armis oppugnans punitur. ut i
fra. Pugnans.

¶ Hospicia non sunt danda in domibus officialium seu menes
tralium hominibus similium officiorum. Ordi. Regis. Jo.
.ii. Madrid. anno. Mill. cccc. xxxv. peti. xxi.

¶ Hospicia. Officialium. Et est hujus legis ratio Quia magistratus et officiales debent habitare in publicis domibus. uel de publico conductis Quia sunt persone publice ut. l. i. C. De palatinis et domibus domesticis. li. xi. Quod no. pro hospiciis auditorum.

Hospicionarium Regis percutiēs āputetur ei manus.
occidēs uero Moriatur. et medietatem perdat bono
rum Regis camere applicandam. Ordi. Regis Hen. ii. Tau
ri. l. xviii.

¶ Hospicionarius quicunque i ecclesiis dās Hospicia perdat
officium. et. lx. soluat mora. Tenēs autem bestias in eccle
sia pro qualibet vice que ibi reperiuntur. lx. soluat mora.
Penarum autem predictarum tertia pars camere Regis.
Alia uero tertia ecclesie. Residua autē accusatori applicen
tur. Culpabilis uero qui soluendo non est per. x. dies iace
at in cathenis deficiente autem accusatore Iudex penā exe
quatur. Et sibi tertiā pene partem que accusatori erat ap
plicanda retineat. Ordi. Regis. Jo. i. Briuiesca. l. v.

¶ Hospicionarii Regis obseruare tenentur ordinationē quā
Rex fecit Segobie Que circa officia sua disponit. Et ultra
iura que leuare permittuntur minime audeant alius exige
re Sub pena perdictionis officiorum. et iurēt coram Rege
hoc obseruare et adimplere. Ordi. Jo. ii. Guadalfa. anno.
.xxxvi. l. ix.

Homicidium. Vide infra. Littera. o.

Incarceratus pro delicto fugiens a carcere habetur pro factore seu pro condemnato maleficii de quo accusatur. Insuper centum Regis camere soluat moro. Custos autem carceris loco fugientis respondeat. et alios cẽtum soluat Regi moro. Ordi. Regis Hen. ii. De penis. l. xxi.

Incarceratus. Pro condemnato. Et hoc si fugiat a publica carcere Habetur pro condemnato de sibi impositis. Etiam si alias non delinquisset. Con. co. ff. De custo. reo. l. In eos. et De crimine efrac. carceris. l. i. Quod habet locum secundum. ll. partite si captus cum aliis deliberate custode ignorante fugiat Quia tunc presumitur delicti reus. Si autem alias fugiat Non iudicatur ut cõuictus. Sed postea captus strictioribus uinculis mancipatur. Et aliqua pena ei arbitraria infligatur. iii. parti. ti. xxix. l. xui. Si autem quia fugiat carcerem priuatum. de quo. ff. Ex quibus causis ma. l. Sucurritur. C. De priua. car. l. Unica. Et talis fugiens non punitur Imo taliter priuatim incarcerãti de facili ẽ resistendum. ut no. in. c. Significasti. De homicidio. Et hoc na. De. in. c. De fame. De sen. exca. i. di. et in. c. A nobis. De aposta. Imo etiam est notandum Quod is qui in priuato carcere est captus uel captiuus ad penam uel periculum mortis Relaxatur iuramento suo de redeundo ad carcerem certa die Si mors erat iniuriosa redire non tenetur alias tenetur. ut no. glo. in cle. Pastoralis. De re iudi. §. Esto igitur. Hinc est quod dicimus quod si bellum iustum est. qui capitur fit seruus capientis. ut. xxiii. q. v. Dicat aliquis. Et secundum hoc peccat taliter captus si recedat a dñõ suo. ut. xvii. q. iiii. Si quis secuũ. Sed ubi bellũ non est iustũ Licitum est ei fugere dum potest. ff. De capti. l. Nichil interest notat glo. in. c. Ius gentium. i. di. Quando autem alia fuga probet uel presumpcionẽ inducat de delicto cõmisso. notat Cy. C. De rapto. vir. l. Unica. Et in autentica. De exhi. reis. §. Quia uero. et ibi glo. colla. v. et Bar. ff. De bo. eorũ qui mor. l. i. et Cy. C. De iure iuran. l. In bone fidei. q. v. et ibi glo. et Bar. ff. De suspectis tuto. l. In puberibus. §. i. et. ff. Ad silui. l. Lex cornelia. et ibi Bar. ff. De iure iuran. l. Admonendi. et. Jo. an. in additi. Spec. ti. De presũpti. §. Violẽtam. ¶ Item no. Quod si aliquis tenetur iniuste a potestate et aufugit Nõ tenetur de fuga. ut no. Bar. ff. De probati. l. Eius. ¶ Itẽ na. Quod si quis est accusatus et fugit uel stat reclusus non eundo per terram Tũc non facit presumptionem in crimine capitali. no. Bar. in. l. i. ff. De his qui mor. sibi cõsci. Sed si fugit postquã ẽ incarceratus Punitur de carcere fracto Illa pena qua puniretur si delictum pro quo carceratus est cõmisisset. ut hic. et na. Bar. ff. De custo. reo. l. In eos. et ibi est tex. Quod procedit duobus concurrentibus. s. quod carcerem frangat. et quod affugiat. Secus ergo si de carceribus affugeret et eas nõ frangeret Sed hostiis apertis recederet. ut Bar. ubi supra. ¶ Itẽ na. Quod quando quis fugit ãte accusationem de crimine capitali Presumptã est cõtra eum. ut. l. Lege corneli. ff. Ad silui. Sed si post accusationem fugiat uel stet absconsus Non est presumptio contra eum Quia iuste timet et licitum est ei C

tiam per corruptelam aduersarij redimere sanguinem suū. ut. l. i. ff. De bonis eo. et. l. Transigere. C. De transacti. Hoc tenet. Jo. de pla. in l. Locorum. C. De omni agro descr. li. xi. ¶ Itē no. Quod non dicitur fugitiuus Qui propter seuitiam sui preceptoris affugit l. Quid si sit fugitiuus. ff. De edilic. edic. et. l. Gayo. §. Imperator. ff. De alli. le. ¶ Ex quo infertur Quod statutū disponēs quod vir non teneatur facere expensas vxori fugienti Debet intelligi quādo mulier sua sponte et suo vicio affugit. Secus si propter seuitiam viri Quia tunc nō poterit vir se statuto iuuare per dicta iura. notat Jo. de pla. super eubrica. C. De fugiti. colo. li. xi. ¶ Item no. Quod seruiētes fugiētes videtur eo ipō quod fugiunt res ammissas subtraxisse. ut in auct. De exhibē. et intro. reis. §. Siue ro. Colla. v. et ibi glo.

¶ Item statuit Rex Hen. iiij. in Palēcia āno dni. Mill. cccc. lviij. Quod duo sui consilij doctores in die veneris cuiuscunque septimane vadāt in curia cum prepositoribus curie Regis ad videndum carceres. et cum eis i omibus causis ciuilibus et criminalibus intendant et videant et audiant incarceratos. et breuiter iusticiam administrent nisi in his tantum qui pro rentis et bonis Regis sunt capti. In cācellaria autem prelaeus qui ibi fuerit presidēs nominet cum auditoribus duos auditores qui eandem curam eneant cum prelatibus cancellarie. Ordi. Regis Hen. Madrid. anno. Mill. cccc. lviij. Peti. xxj.

¶ Incarcerandus non est generosus pro debito. vide supra Generosus. a.

¶ Incarceranda nō est vxor pro debito uel fideiussione mariti. vide infra. Uxor. vide supra. Captus.

Incendens alterius domum causa alium occidendi Etiam si non moriatur propter solum incēdium ultra corporalē penā Medietatē bonorum perdat et Regi applicatur. Ordi. Regis Hen. ij. De penis. l. xxiij.

Incestuosus est qui cum consanguinea usque ad. iiij. gradum cohit. uel cum comatre. affine seu religiosa

¶ Idem de femina que hominem alterius legis cognoscit. Et est quodāmodo heresis. Ideoque eale facinus perpetrans medietatē perdit bonorum que Regis camere applicatur. Ordi. De penis Regis. Al. Segobie. l. vj. et Ordi. Hē. ij. De penis. l. vj.

Infamis reptare non valet. Vide infra. Reptare.

Inimicitie seu odij pretextu nemo prelatus. procer. miles. generosus. seu alia queuis persona capiat. occidat. depredetur. seu percutiat operarios. laboratores. vassallos. seu familiares. uel homines aliorum dominorum. nec incēdat seu damnificet domos uel hereditates eorum. Contrarium autem faciens Si occidat seu percutiat aliquē supradictorum vassallorum. laboratorum. operariorum. familiarium. nisi hoc in defensionem propriae fecerit persone. uel nisi datus fuerit pro suo inimico. seu cum inimicis venerit ad rixandum. seu preliandum In hoc casu puniendus sit secundum ius cōmune et non per hanc legē. Idem si domos uel messes incēdat scīeter. vineasque destruat extra dicando. mortē pro pena patiatur Quā alius cōtra ius occidens pati mereretur. Si uero percutiat uel capiat eum sine membri lesione tria millia soluat patienti modo. ultra iuris alias penas. Depredans uero seu capiens bona sua. seu victuallia cōtra eorum voluntatem. uel suos arbores scindens aliaque damna maliciose inferens Ablata seu damna cum quadrupli pena restituat. et si soluendo non sit arbitrarie corporaliter per iudicem punitur cōsiderato malefitio. et personarum qualitate. Ordi. Regi. Jo. I. Guadalfaja. l. iij.

Inimicitie. No. incidēter ad id quod dicitur Quod inimicitia capitalis excusat ut c. Pastoralis. De re iudi. Est uerum nisi culpa precessisset. ut. ff. Loca. l. Si merces. § .culpe.

Iniuriam verbalem a iure prohibitam alij dicens Regis camere centum soluat modo. Ordi. Regi. Jo. ij. De penis. l. xxv.

Iniuriam. Verbalem. No. incidēter Quod sedens in loco maioris facit ei iniuriam. Nam digniores debent altiori loco sedere. Et altior locus est qui est dnō magis propinquus. ut no. glo. Insti. De bo. posse. § .Alia uero. Itē facit uerbū domini Cū loquere maiori natu Ne enim dicit primū uerbum. facit l. 4. De albo scriben. cum simi. Et qui vult ordinem turbare Tenetur actione iniuriarum. et potest ei de facto resisti Etiā manu armata. Quia nemo tenetur

iniuriam pati. uel despicere proprium honorem. ar. ff. De postu. l. i. in prin. Cũ sit in quasi possessionem ratione consuetudinis. Ubi autem non apparet cõsuetudo debet assignare loca superior secundum qualitatẽ personarum. notat Bal. in. l. Obseruare. § . Autem uero. ff. De offi. pro consulis et lega.

¶ Verbalem. Locacitas enim est incauta. Qũ sine iudicio uolat irreuocabile uerbũ ut. c. si. xlvi. di. Unde oratius uerbum semel emissum euolat et cetera. ¶ Itẽ Ouidius Nescit vox missa reuerti. notat glo. in allegato. c. si.

¶ Iniurians iudices. seu algazelos punitur. ut infra. Iudex.

¶ Iniurians conuersos ad xpi fidẽ punitur. ut infra. Iudei.

¶ Iniuriãs deum uel virginẽ mariã. seu alium sanctum uerbo punitur. ut supra. Blassemans.

¶ Iniurians parentes punitur. ut supra. Filius. b.

Impediẽs pretorem vel custodes rerum vectitarum ne capiant delinquentes punitur. ut supra. Custodes. e.

¶ Impediens seu capiẽs pecunias redditUUM siue iurium regalium punitur. ut supra. Capiens. h.

¶ Impediens aliquẽ ne appellet ad Regẽ punitur. ut supra Appellatio. f.

¶ Impediẽs ecclesiasticam iurisdictionem seu prelatorum visitationẽ punitur. ut infra. Visitationem.

¶ Impediens seu vi. uel armis sententie executõnẽ defendẽs punitur. ut supra. Executio. f.

¶ Impetrans citatoriam a Rege causas non veras exprimendo soluat citato. de. moro. Vide supra. Citans. d.

Impositiones pro reparatione murorum ciuitatum. seu ambitus ciuitatis uel loci soluantur per omnes qui in dictis ciuitatibus uel villis cõueniunt Et defẽduntur et per comedẽtes herbas seu pascua. Ordi. Regi. Jo. i. peti. Segobie. peti. xviii. Vide infra. Muri.

Impositiones. Item no. Quod a primeuo iure omnis persona et omn's terra libera est Insti. De iure naturali. § . Ius autem gentium. et De liberti. . § . i. Hosti. in. c. Nimis. De iure iuran. et De immuni. eccle. c. Nõ minus. Ex quo sequitur Quod nec in temporalibus probatur aliqua seruitus. Nisi probetur imposita uel ãnexa. ut. c. Licet. De censi. Et sic intelligitur. ff. Ad munici. l. Incola. Vel quo ad res in vico uel castro possidendas. ff. De censi. l. For

ma.§ .Si dicos.ff. De publi.l. Imperatores.C. Ubi in rem actō.l.ii.ff. De offi.prefecti. urbis.l.i.§ .Cum urbem.et no. Hosti.in alle.c.Nimis. ¶ Item licet agri tributum in ea ciuitate debetur In cujus territorio possidetur.ut alle gato.§ .Si dicos. Intellige tamen. ut ibi glo.notabilis Si ex permissione princi pis hoc fiat nō quod sua auctoritate sibi hoc faciat ciuitas Nisi ad hoc habeat pre rogatiuam.ut.l.Munerum.§ . Preterea ff. De mune.et hono. ¶ Item licet ad ius et proprietatem directam territorium pertineat ciuitati uel priuato Uti lis tamen proprietas est penes uassallum.notat Hosti.in.c. Si diligēti. De pres cripti.circa prin.ae.in c.Nuper. De donati.inter uirum et uxorem Quia quo ad dominia uel proprietates rerum Ciuitas seu dominus non fundat intentionem suam de jure cōmuni cum multa sunt allodia.i.priuata. Sic intelliguntur nota ta in allegato.c.Nimis. et quod no. Guillelmus de mon lau.in cle. Pastoralis De re iudi. Solum fundat dominus quo ad ius reddendi et usum gladii exercen di seu iura temporalia dumtaxat.ut concludit Pen.in alle.c.Si diligenti.i.di. Dominus enim terre licet habeat jus terrendi et submouendi in territorio suo. ut.l. Pupillus.§ .Territorium.ff. De uerbo.signi. Non tamē habet faculta tem impositiones imponendi sine auctoritate Principis. ut hic. et.ff. De officio presidis.l. Illicitas Et in feudis.ti. De pace.jura.firmā.§ . Illicitas.uide. C. Noua uectil.insti.non pos.per totum.

¶ Per omēs.Munera enim pro reparatione publici aggeris contra fluminis impetū uel in uallis ciuitatis efficiendis.et ad portus sunt indicenda pro numero jugerū uel capitum possessoribus.ut.l.ii.C. De immunita.nemi.conceden.li.x. ¶ Itē si stimator male stimat Ipē tenetur.ut.l.i.C. De discussionibus.li.x.Et a tali onere discuciendi.uel stimandi patrimonia nemo excusatur.nec etiā miles.ut.l. ii.co.ti. ¶ Item no. Quod publicas functiōnes is soluere debet Qui possessiones tenet et fructus percipit.ut.l.i.C. De anonis et tribu.li.x. Fundi tamen prin cipis non onerantur extra ordinariis muneribus.ut.l.ii.C. De colationibus fun dorum.li.xi.et.l.Priuate.C. De excusa.munerum.li.x. ¶ Item emphiteote principis extra ordinarias prestationes non subeūt.ut alle.l.Priuate.et.l.pe.eo. ti.et.C. De agricolis et mācipiis.l. Dominicos.li.xi. Et melius in.l.i.C. De priuile.domus augus.eo.li. An emphiteota uel usufructuarius teneatur ad hoc Uide glo.in.l.Obsistere C. De anno.et tribu.et.l. Litibus.§ . De redditi bus.C. De agrico.et censiti. ¶ Item no. Quod a reparatione itinerum et pō tium nullus excusatur.ut.l.Absit.C. De priuile. domus augus.li.xi.nec a re paratione murorum.ut.l.ii.C. De quibus muneri. ¶ Item prestationibus et cetera.li.x. ¶ Item no. Quod per equatores seu discussores tabium impositiōnum uel censuum Siue tributorum in territoriis sarcina; potentium ad inferiores nō transferant. defectorum leuamē cum sterilibus compēsent.et si culpabiles uel ne gligentes fuerint Puniuntur.ut.l.i.et per totum.C. De censibus cēsitoribus et per equatoribus.li.x.

¶ Impositiones nouas dni locorum imponere nō possunt in hereditatibus uassallorum regis.Uide infra.Tributa.

¶ Impositiones in pōtibus fluminum nō imponātur. uide i fra.Pōtes.

¶ Impositiones que sine Regis licētia imponuntur de nouo uel de antiquo. imposite de nouo sunt augmētate sub colore pedagiorum portaticorum pontium seu alias prohibētur. et quod iniuste sic est exactum cum pena tāti decimi restituatur. Et culpabiles circa hoc etiam singulares vocātur ad curiam. Ordi. Regis Hen. iiij. Madriid. anno. Mill. .cccc. lviij. peti. xxiij.

¶ Impositionem seu repartitionem in suis ciuibus an possit ciuitas et usque ad quam summā facere. vide infra. super verbo Repartitiones.

Inquisitō generalis et clausa prohibetur fieri in loco nisi hoc fuerit Regi per ciuitatem uel locum supplicatum. Ordi. Regis. Al. vallid. peti. xxxiij. Et eiusdem Regis in Madrid. peti. lxij.

¶ Inquisitorem si Rex miserit ad ciuitatem uel locum prouideatur sibi de expensis Regis uel petentium eum. Ordina. Regis. Jo. ij. vallid. āno. Mill. cccc. xlij. peti. xj.

¶ Inquisitores cum per Regem mittuntur super violēcijs. rapinis. seu alijs grauaminibus deputentur idonei qui iustitiam sciant administrare. Et āte quā ad inquirēdum mittantur Rex uel sui de consilio recipiant ab eis iuramētum quod bene et fideliter se habebunt et iustitiam administrabunt. Et quod facta inquisitione ad curiam redibunt nec ab ea discedent donec Regi uel consilio inquisitōnis relationē faciant. et rationem reddant quod nisi fecerint tenētur ad salarij quod receperunt restitutionem. et ad omia damna partium. ¶ Item Rex taxabit salarium inquisitorum secundum qualitatem personarum. Ordi. Regis Hē. iiij. Madrid. anno. Mill. cccc. lx. peti. iij.

¶ Item inquisitores non nisi per ānum stent in locis vbi deputantur. vide supra. Correctores. d.

¶ Inquisitō permittitur facta denunciatōne super iure quod concilium alicuius loci intendit contra aliud cōcilium. uel

aliam personam habere super terminis pascuis. uel super ligna scindendo. uel glande colligendo. inquisitione autem facta et publicata eiusque copia partibus data potest ad diffinitiuam procedi etiam sine alia actione seu petitione et obmissa litis contes. et alia iuris solennitate. ordi. fori. noui de Alcala. ti. xiij. l. ij. et Segobie. l. xxiij. vide infra Rex. s.

¶ Inquisitio. Intendit. Vicinia nãque predia habentes sepe inter se faciunt questiones. Nulla enim fides Regni sociis omnisque potestas impatiẽs cõsortis erit secundum Luchanum. et communio discordiam parit. ut. l. i. C. Quando et qui. quarta pars debe. li. x. Per tales itaque brigas et dissensiones status reipublice leditur. ut. l. Si quis ingenua ff. De cap. et post limi. reuer. Non ergo immerito ad euictanda scandala per viam inquisitionis prouidetur. ut hic. Concor. c. Tanta. lxxxvj. di. Aliter autem prouidetur in actione finium regum de iure canonico in. c. Ex litteris. De probati. et Spec. ti. De iudi. § . Sequitur videre. . v. i. cum sequentibus. Et in ti. De parrochiis. § . Unico. v. Quid si sit. Et in. l. In tribus cum sequẽtibus. ff. De iudici. ¶ Item termini agrorum qualiter debent poni. notat Bar. in tractatu Tiberiadis. li. i. Figura. xix. ¶ Item trãsgrediens uel euelens terminos Qualiter puniatur. no. C. De accusati. l. i. et ibi Cy. Et notat glo. Insti. De officio iudi. § . Si finium. et. ff. De termi. amo. l. Agraria et. c. i. De sepul. in fi.

¶ Super terminis. De iure autem in casibus ciuilibus non habet locum inquisitio Nisi in crimine usurarum. ut notat Innocen. in. c. Ad nostram. De iure iurã. Et nisi in causa suspecti tutoris. ut. ff. De suspecti. tuto. l. iij. § . Propterea et . l. i. eo. ti. notat Bal. in li. Feu. ti. De pace tenenda. c. i. § . Si tres. De formatione libelli in actis finium regum. vide Fabrum Insti. De acti. § . Quedã actiones. Et vide quod no infra. Termini. a.

¶ Inquisitio super his que dominus uel generosus leuat. uel facit in locis behetrie. uel solariegi uel alias qualiter fiat. vide foro nouo de Alcala. ti. xxxiij. l. xx. cum sequentibus.

¶ Inquisitio fiat per custodes super pane et aliis rebus vetitis que extrahuntur a regno. deturque eius copia his qui culpabiles reperiuntur. et audiantur. et capiantur pro penis quas soluere tenentur. ut supra. c. Extrahẽs. Et si soluendo nõ fuerint incarcerẽtur donec Regi notificetur. ordi. Regis ven. Burgis delas sacas. l. xv.

¶ Inquisitio fiat per pretorẽ delas sacas cum tabellione ad

hoc deputato. uel alio quolibet cōtra extrahētes a Regno res vetitas. Etiam si secum pretor assessorem nō assumat. Et potest per suas citationes testes cogere ad ueritatis informationem habendam. ut corā eo compareant Sub. lx. modo. pena. Quam penam ipē pretor potest contra rebelles exequi. Potest etiam ipē pretor testes varios seu vacilantes prout ius exigit cogere. Qui quidem testes libere deponant statutis. pactis seu penis per cōsilia aliquorum locorum appositis. ne testes veritatem dicant. nō obstantibus Quia testes sub Regia fide securantur. Securitatem autem istā nō obseruās incurrit in penis cōtra Regis securitatem frangētem statutis. Pretor uero potestatem habeat restituendi quidquid a testibus hac occasione fuerit exactum cum duplo. Consilium autem talia faciens statuta. pacta. seu ligā pro quacunque vice quinquaginta soluat moro. Et pena arbitraria insuper per Regē puniatur. Inquisitione uero sic ut premittitur facta Copia eius parti que culpabilis reperitur detur. ut parte audita pretor causam diffiniat. ut in hac cōtinetur ordinatione Regis Johis qua dal. l. xviii. vide supra. Equus per totum et supra. Extra here. per totum. et infra. Vendere.

Inquisitio non permittitur contra male decimantes licet permittatur cōtra terceros. Ordi. peti. Al. de Alcala. Peti. xxv.

Inquisitio super depredatione uel maleficio fit. ut supra. Depredatio. a.

Inquisitio fiat de Regis mandato per prouintias cōtra delantatos. merinos. et iudices. et alios officiales. ut scatur qualiter iustitiam administrent. vide infra. Rex.

Inquirere potest pretor delas sacas super rebus vetitis a Regno extractis. vide supra. Equus. g.

Inquisitio fit cōtra diuinatores. sortilegos. et alios auguria sectantes. vide supra. Diuinatores. a.

¶ Inquisitio fiat contra impedientes uel diminuentes redditus uel Iura regalia. vide infra. Redditus. c. et infra. Rex. bb.

¶ Inquisitio fiat. Iura regalia. Et sic no. Quod de iuribus principis debet inquiri. C. De bonis uacan. l. pe. et fi. li. x. notat Innocen. in. c. Ad nostram. i. De iure iuran.

¶ Inquisitio fiat super inuentione thesauri uel aliorum bonorum. vide infra. Thesaurus.

¶ Inquisitio fieri permittitur contra portantes vinum extra Regnum ad Regnum castelle. vide infra. Vinum.

¶ Insidiose alium percutiens punitur. ut infra. Occidens.

Instrumenta usque ad quem terminum debent in iudicio presentari. vide infra. Testes.

¶ Instrumentum garentiae habet executionem paratam. vide infra. Obligatio. a. vide infra. Rescriptum per totum.

¶ Interruptio prescriptionis facte contra Regem qualiter probatur. Item an iniusta interruptio aliquid operatur. vide infra. Prescriptio.

Intestati decedentis. ascendentes. descendentes. seu collaterales consanguineos non relinquentis omnia bona sua Regi applicantur. Ordi. Regis Den. ii. De penis. l. xviii.

Intestatus. Gratia cuius no. Quod nō videtur quis decedere intestatus si liberos relinquat Quia lex representat parentes testatos decessisse cū liberos relinquūt Eo quia legalis pena cessat Cum lex representat factum quod erat a iure faciendum. ut aucte. De heredi. et falci. § . Vis igitur Colla. i. et ibi Iaco. de bello. Lex enim immitatur uoluntatem defuncti et coniecturā capit. Nā quos testator dilexit Lex predilligit. ut ea auct. § . Si quis autem. Et ibi Iaco. Et est uerissimile quod moriens liberos non ecclesiam. non captiuos. uel alios ex instinctu nature uellit heredes facere iuxta augustini consilium. xvii. q. ii. c. ii. § . i. Et est horum ratio Quia liberorum successio ex instinctu nature Et humano hominis ingenio debetur. i. di. Ius naturale. Et hoc ius ex tali natura proueniens Appellatur equitas naturalis. Vnde est quod hac ratione filius nō potest sine legitima causa et uera a parentibus successione priuari Quia esset contra ius naturale. Item et contra ius ciuile quod addit in hoc iuri naturali. ut in aucten. De trien. et semi. § . i. Iaco. ubi supra. Cum ergo naturalia iura sunt immutabilia. et ciuilia iura. nec priuilegia Naturalia iura tollere nō possunt. Insti. De iure natu. § . Sed et naturali. et De legi. agna. succe. § . fi. Sequitur quod nec per legem. nec per hominem illud potest immutari Eo quia talis successio educa

tionis loco succedit et alimentorum iure debetur. ut de se patet. ut s lle. e. Jus naturale. et Jaco. ubi supra. Privilegium ergo in contrarium cum sit odiosum stantibus liberis restringendum est Cum liberi non stant. per. c. Odia. De re. iuris. li. vi. Natura namque filios etatis. uel sexus distinctione non habita ad successionem vocat. successoresque eos facit parentum suorum. ff. Unde libe. l. Scr pto herede. C. De libe preteri. l. Maximum vicium. Sunt et enim ipi filii equaliter pars parentum. Et ideo iure naturali pariter ipsi succedunt. ut phus. viii. ethicorum. Nam etiam viuente patre ipsi filii bonorum paternorum quodammodo domini existimantur. Et eo mortuo inter ipsos patrem et filios continuato dominii bonorum patris et libera administratio magisquam hereditatis perceptio videtur. ff. De libe. et postu. l. In suis. et. ff. De suis et legitimis heredi. l. In suis. Cui quidem iuri naturali ius possitiuum romanum videtur consonum. ut auct. De heredi. et falci. § . i. Est conclusio Oldra. suo consilio. xxiiii. Et propter hec que dicta sunt in suis heredibus non habet locum titulus pro herede. ut. l. Nichil. C. Pro herede. Et ideo cum cotinuatur dominum de patre in filium nouum dominium mortuo patre heredi non venit cum illud ante habebat. Et noua hereditas non dicitur ei obuenire Sed magis administratio libera Quam ante nō habebat Et hoc dominium filii viuo patre consistit in nudo et pura intellectu. Et magis in magnatione quadam Quam in veritate. Et idea in filium videtur continuari dominium. ut ita dixerim. ut notat Bar. post glo. in allegata. l. In suis. Et nō solum dominium continuatur in filium Sed etiam possessio. Quis nouus titulus possessionis non dicitur obuenire filio. ut alle. l. Nichil. C. Pro herede. Et scripsi Foro legum. li. iii. ti. vi. l. viii. Ex quibus infertur Quod cum mortuo patre liberos relinquente Lex disponit et representat filium heredem. Et in eo non solū dominium bonorum parentum Sed etiam possessio continuatur. quod etiam si pater testamentum nō condidit Nō videtur decedere intestatus Quia pro eo lex testatur. Et hoc premaxime quia non videtur mortuus qui relinquid similem sibi post se. Et enim filius pars corporis patris. l. Cum scimus. C. De agrico. et cēsi. li. xi. Sic concludit Bal. in. l. Unica. C. Quando nō pe. pars petē. accres. xd. rollu. Corroboratur quod supradictum est per l. Si mater. C. De in offi. testa. Ibi dum dicitur Repentinus casus Iniquitas per coniecturam materne pietatis emendanda est. Ex quo tex. notat Bal. in recollectis Quod standum est coniecture legis. Et ideo tanquam institutus videtur filius ex beneficio legis ex presumptiua constitutione Que habetur loco scripti heredis. Quia lex scribit eum heredem. nec minus potest lex quam tabellio. ut ibi Bal. ¶ Item na. Quod si quis liberos non relinquat intestatus Videtur decedere si extremis laborat. et in momēto decedit. Quia in ultimo articulo vite Nec omnino uiuit Nec omnino mortuus ē. ff. De manu. testa. l. Qui duos. Et quilibet in ultimo articulo vite mutus efficitur. ut no. in li. Feu. ti. Episcopum uel Abbs. x. i. colla. x. ¶ Itē memoria mutilata tot languet intellectus. C. Qui testa facere possunt. l. Hac consultissima. § . Hac cum humana. ¶ Item lingua ingrossatur ut articulate loqui non posset. ut. C. De testa. l. Jubemus. Et omnis sic laborans in extremis Presumitur omnino nec consilium nec iudicium rationis habere Quia deficiente corpore deficit intellectus. Et intellectus sine corpore nichil agit. infra orbem lune.

ut dicit Aristotiles in primo de Anima. ut refert Bal. C. De boque. lib. e. l. Cū non solum. § .i. in fi. Alias ualet testamentum semimortui Dum tamē cōstet esse sanum mente. et aperte possit uerba proferre. ut. ff. De le. iii. l. Camphilo .§. Propositum. ff. Desideico. liber. l. Si pater. § .fi. et. C. De testa. mi. l. Miles. § . Proinde. ut refert Bal. in. l. Quē dignum. C. De testa. in fi. Itē no. Quod propre dicitur intestatus Qui cum testamentum facere possit Intestatus decessit. ut. ff. De suis et legi. heredi. l. i. in prin. no. glo. in. l. Cum antiquioribus. C. De jure. deli. Facit ordinatio quam fecit infans Henricus magister generalis. ordinis sancti Jacobi. anno. Mill. cccc. xl. Ordinatio l. iii. Et vide Bar. in. l. i. ff. De suis & legi. heredi. et Jo. faber Insti. De heredi. que ab intesta. de. in prin.

Item no. Quod priuilegium concedens alicui ad bona decedentium abintestato Non vendicat sibi locum Si moriens facit testamentum quod non ualet ex defectu solennitatis obmisse cum talis non dicatur quantū ad hoc decessisse intestatus no. De. et Abb. in. c. Cum tibi. De testa. Et est glo. Jo. calde. in suis consiliis. titu. De consti. consilio. vi. in fi.

Inuēta seu thesaurus inuētus sunt Regis. vide ifra. Rex.

Ispalen. ciuitaeis ciuiani equos et arma per annum et diem habentes Monetas nō soluant. nec sue uxores seu filii. Hoc itaque priuilegio post eorum mortē filii masculi usque ad. xvii. Et filie donec matrimonium contrahāt gaudent. Itē tales non possunt pro debitis incarcerari nec eorum equi et arma capi nisi pro redditibus et pectis Regalibus. Ordi. Regis Hen. Tauri. Peti. v.

Ispalensis ciuitatis ciuiani pro debetis ecclie uel clicorum capiendi seu incarcerandi nō sunt. Eadē Ordi. Peti. vi.

Ispalen. ciuitatis ciuiani decimas de carbonibus soluere nō artantur. Ea. Ordi. Peti. vii.

Ispalen. ciuitatis ciuiani pretextu debitorum per tenentes alcazares et tarazanas nō capiantur uel incarcerentur Sed per ciuitatis pretores iudicētur. et incarcerē ciuitatis si de iure fuerit ponantur. Ea. Ordi. Peti. viii.

Ispalen. ciuitatis ciuiani etiam generosi lites non moueant contra hereditaees habentes a parētibus uel cōsanguineis eorum permueationis seu donationis. uel alio quouis titulo nisi sine de patrimonio uel auolēgo. Tales enim hereditates possunt retrahere ab his qui a parentum uel suo

tum heredibus emerunt usque ad .ix. dies a die venditionis numerandos Si est in patria volens retrahere. nec potest ignorantiam si in patria fuerit pretendere. Ea. Ordi. pe ti. x.

¶ Ispalen. ciuitatis viciui a possessionibus rerum quas habēt non priuentur pretextu alicuius rescripti Regis. uel mā dati adelantati. uel alterius iudicis ante quā vocentur audi antur et cōuincantur. Et si cōtra hoc fiat Restituatur ta liter spoliatus usque ad triduum per alios ciuitatis preto res. quo termino transato per capituli seu concilii officia les Restituatur. Ea. Ordi. peti. xi.

¶ Ispalen. ciuitatis lites que per iudicem supplicatōnis fini untur amplius per alios iudices nec audiantur. nec deter minentur. Judex tamen supplicationis cum consilio litte ratorum ciuitatis uel maioris eorum partis sententiā pro ferat supplicationis. Ea. Ordi. l. xii.

Itinera publica seruētur. ut nullus guidagia nec alia accipiat Sed libere itinerātes de partibus ad partes vadāt. Contra faciens ut depredator et itinerum fractor punitur. Ordi. Regis. Al. Vallid. peti. xxxii.

Itinera. Iter uel via in quātum debet esse lata no. insti. De serui. rus. pre di. § . Via. glo. cōtinet et. ff. Quēadmodum serui. ami. l. Nam satis. § . De his in glo. ¶ Item si via sit distincta. et vicinus det suam terrā pro reficiē do An debet habere precium a pplō. no. ff. Quēadmodum serui. l. Si locus. § . fi. glo. Viam. ¶ Item an si sit via destructa āte domum locatam Teneatur inqui linus reficere et domino in expensis imputare. no. Jo. ā. in addici. Spec. ti. De causa posse. et proprie. § . Quia vero. V. Ut autem aliquid fiat. ¶ Item quando via sit publica uel priuata. no. ff. De locis publi. l. fi. in glo. i et. ff. Ne quid in lo co publi. l. i. § . Viarum. glo. Publicas. ¶ Item si quis nō habet viam ad fundū suum An potest eam petere a vicino. no ff. De religi. et sumpti. fu. l. Si quis se pulchrū. An si via debeatur vni fundo a pluribus socus. uel si debeatur pluribus sociis ab vno fundo An et quando amittatur et retineatur. no. ff. Quēadmodū serui. amit. l. Nam satis. § . i. in glo. ¶ Qua autem actione seu quo remedio a gatur pro via in ciuitate uel in villa. no. Spec. ti. De causa posse. et proprieta. § . Quia uero. V. Ad hoc si via. et ibi. Jo. an.

¶ Itinera que ad beatum Jacobum vadunt. et de vna ciuitate ad aliam et de villa ad villam. et ad foros. et ad ferias sint

secura et seruētur. Dein eis aliqua vis fiat mors nec rapi na. Contra faciens. dc. soluat moro. Regi. Foro nouo de Alcala. ti. xxxvij. l. iij.

Itinera per que bestie cum victualibus ambulare consueue runt seu mercancie portantur claudēs cētum soluat Regi moro. Expensisque propriis clausuram dirrumpat. Ordi nati. Regis Hen. ij. De penis. l. xxvi.

Itinera nauigiorum impediens seu claudēs punitur. ut su pra. Flumina. a.

Iter per quod greges ire consueuerunt sit apertum. Vi de infra. Locus.

Iudei defendantur a cōcilijs et officialibus ciuitatum et locorum Vt damna a xpianis non recipiāt. Ordi. Regis. Al. in Vallid. l. iij.

Iudei. Defendantur. Et hoc si quiete degūt et nichil temptauerint turbu lentum legibusque contrarium. ut. l. Xpianis. C. De paganis et sacrifi. Tollerantur enim judei propter memoriam mosayce legis Quam a domino susce perunt. ut no. in. l. ij. circa prin. C. De summa. trini. Nam cogimur ad hebreos recurrere. et sciencie ueritatem de fonte magis quam de riuulis querere. ut. c. Ie iunium. lxxvj. di. Et licet propria culpa judeos seruitute perpetue submisit Pi etas tamen xpiana eos receptat. et cohabitationem eorum substinet. ut. c. Et si judeos in prin in. ti. Perperam. Namque sine vlla ratione judei non sunt leden di. ut. l. iij. et. l. Nullus. C. eo. ti. Dum tamen judei nō superbiāt elatique sui securitate quicquam precipites in xpianam reuerentiam ultōnis admittāt. ut alle gata. l. Nullus. in fi. Tollerantur itaque judei ut tanquam captiui viuant Et sit memoria quod ex eorum linea venerint qui xpūm crucifixerunt. ut. vij. parti. titu. xxiiij. l. i. Damna ergo non recipiant. ut hic et Foro legum. ti ij. l. fi. Na agendum est cum eis ut potius ratione et mansuetudine prouocati. sequi nos be lint Non fugere. ut. c. Qui sincera. xlv. di. Sine judicio enim terrene potesta tis nullus xpianus eos debet occidere uulnerare seu pecunias suas auferre. uel bonas consuetudines mutare. ut. c. Sicut judei. eo. ti. Facit quod notat Jo. an. in addici. Spec. super rubrica De judeis. et. j. e. b. d. e. Concor. j. officialis. d.

Judei postquam ad xpi fidem cōuertuntur non debent cō tumelijs affici. Ideoque vocans eos marranos seu tornadi sos uel alia injuriosa uerba. ccc. soluat pro qualibet vice moro. Et si soluendo nō sit per. xv. dies iaceat in cathenis Ordi. Regis. Jo. i. Sorie. Peti. xxi.

Judei. Conuertuntur. Nouiter namque conuersi ad fidem christi qui sua sponte

paternam malitiam detestati sunt. et baptismi gratiam susceperunt Non solū saluantur Sed etiam honorādi sunt. et officiis et beneficiis sunt digni. ut. c. De iudeis. xlv. di. et c. Cam te. De rescriptis. et. vij. parti. ti. xxiiij. l. vi. De qua materia spālem tractatū de mandato domini Regis. Jo. ij. feci qui incipit Quoniam secundum hieronimum uetus oriens et cetera. ¶ Et eum ad egregium doctorem Fernan. didaci Tolleta illustrissimi dicti domini nostri Regis relatorē destinaui. Quem Foro legum li. iiij. ti. Delas iniurias apposui.

¶ Judei cum sint segregati in tributis et contributōnibus a xpianis non tenentur cum eis in salariis Judicum seu pretorum soluere. Ordi. Regis. Al. legionis. peti. xiiij.

¶ Judicum. Sed nec potest iudeus officium aduocationis exercere. ut. l. Nemo. C. De postulan.

¶ Judeos recepit Rex sub sua protectōne et defensione. et ab omibus cōtumeliis. et iniuriis precepit eos defēdi. Jusque eis a suis debitoribus sine dilatōne maliciosa et iudicij figura administrari Suaque confirmauit priuilegia preter illa que in fauorem sunt vsurarum. Ordi. peti. Regis. Al. de Alcala. l. por que se falla. circa fi.

¶ Judei quia secundum prophētias sunt ad xpi fidem conuertendi ut salui fiant. debent cum omni viuere securitate. Jdeoque permittitur eis ut possint hereditates habere pro se heredibusque suis in regno et dominio Regis. s. in Regalengo quilibet iudeorum usque ad quantitatem. xxx. mille mor. ultra duero si domum habeat iudeus pro se. Et intra duero usque ad. xx. mille mor. quantitatem. Etiā ultra quantitatē valoris domorum in quibus ipi iudei cōmorantur. et ultra domus sue iuderie. Jn dominio tamen de Abbadengo behetrias seu solariego possint iudei usque ad dictam quantitatē hereditates ut premittitur emere cum domini loci permissu et voluntate et non alias. Ordi. Fori noui Regis. Al. de Alcala. ti. xxiij. l. ij.

¶ Judei. Ut salui fiant. ut Ysaye. x Reliquie israhel in ueritate conuertētur. De qua prophēcia fit mentio. in glo. c. Judeorum xxviij. q. i. Hereditates habere. Nisi fuerint compareste de usuris quas vendere tenentur. et restituere pecuniā. ut in. c. Cum tu. De usuris.

Circa hanc materiam no. Quod lex mosayca siue iudayca est spālis iudeorum. et

go inter eos derogat legi generali et cōmuni Sicut spēs derogat generi. ut .l. In toto. ff. De re. iuris. et eo. ti. c. Generi. li. vi. Hinc est quod ut scribitur in euāgelio Quod iudei dicebant Pilato Nos habemus legem per quam debet mori et cetera. Quasi dicat. Lex nostra debet nobis seruari non ob. contraria Quia in his que spresse sunt contra legem eorum Sunt eis per legem cōmunem prohibita lex cōmunis debet seruari In his uero in quibus lex cōmunis legi iudayce spresse nō derogat. tunc inter xpianos et iudeos est lex cōmunis. Et sic seruare debēt legem iudaycam. ut eorum spālia Sicut inter xpianos seruanda sunt primo iura municipalia. lege uero iudayca deficiente Recurrendum est ad ius cōmune. Ita debet intelligi. lex Iudeos. C. De iude. in fi. Nā ex illa littera datur intelligi quod lex sua inter eos debet seruari Nisi in his que eis non sunt permissa Sed prohibita. Sicut inter xpianos iure municipali defficiente Recurrimus ad ius cōmune. l. Omēs populi. ff. De iusti. et iure. Hec concludit. Jo. calde. in suis consiliis. ti. De consti. Consilio. x. Et de hoc Innocen. et alii moderni in. c. Quod super his De uoto. Et idem. Jo. calde. in eisdem cōsiliis. ti. De loca. et condu. cōsilio. iii.

Judei possunt inter se executores hēre suorum debitorum Qui consueta iura leuent. Ordi. Regis. Johis. i. Vallid. peti. xv. vide supra. Executio. r.

Judei. Item no. Quod licet iudei non participent cum xpianis in rebus diuinis Tamen participāt in actibus humanis. Et ideo iudei possunt de iure esse procuratores christianorum. et interuenire pro christianis in iudicio et extra. notat Bal. ff. De excusa. tuto. l. Spadonem. §. Iam autem. Item immunitas concessa incolis certi loci comprehendit etiam iudeos quēadmodum grauamē includeret eos. ut ibi notat Bal. non enim sunt ita detestabiles iudei sicut et heretici Quia fides hebreorum habuit initium veritatis. notat Bal. in. l. Nullus. C. De summa. trini. et. c. Ut veterum. ix. di.

Judeus non incarceretur pro debito nec alicuius obligationis pretextu Nisi pro debitis et iuribus Regalibus. Nec etiā xpianus debet pro iudei uel mauri debito. nec alicuius pretextu obligationis incarcerari. Ordi. Regis. Al. Segobie. l. xv. et Ordi. Hen. i. Tauri. peti. xv.

Judei seu mauri non sint collectores. Arrendatores. inquisitores iurium et pectitorum seu Tributorum regalium. Ordi. Regis. Al. in Madrid. peti. xxxvii. Et Regis. Jo. i. in Vallid. peti. āno. Mill. ccc. lxxxv.

Judei. Arrendatores. Item non possunt cōducere predia. nec redditus ecclesiarū Ut in constitutione sacri consilii Basilen. que incipit Sacros canones renouantes. Quam non vidit dominus Abbas de cecillia in. c. Vestra. De locato. et in. c. Ex spāli. De iude. ubi tenet contra.

Tributorum regalium. no. Quod de iure in hoc casu cum Regales redditus ven

duntur judeis siue sarracenis non ipsi sed christianus non suspectus ad hoc deputatus tenetur jura illa colligere Per quem iudei siue sarraceni siue christianorum iniuria jura Regalis consequantur. ut est expressum in. c. Ex speciali. De jude. Illa nanque officia publica judeis non committantur Per que eis occasio tribuatur penam christianis inferre. ut. c. Nulla officia. liiij. di xvij. q. iiij. Constituit. Nā sacrilegij crimen incurrit Qui judeis supra christianos jurisdictionē tribuit. seu eos faciens collectores seu arrendatores exactionis christianorum. ut prima parti. titu. xviij. l. ij. et. l. xij. Omēs namque administrationes seu dignitates judeis interdicte sunt Itaque nec defensionis officio fungi possunt. nec etiam patrie honorū accipere possunt. ut est expressum in. l. fi. C. De judeis. Ideoque officiis publicis non preferūtur Quoniam sub tali pretextu xpianis plurimum sunt infesti. ut. c. Cum sit nimis. eo. ti. Et quia judei censentur infames Eo quia christi fidem aut christianam legem preuaricantur A legitimis actibus excluduntur. ut. c. Alieni. ij. q. vij. Idem. C. De diuersis offi. et apart. iudi. et cetera. l. Probatorias. li. xij. An autem judeorum collegio potest aliquid relinqui. no. Bar. in. l. Cū senatus. ff. De rebus dubiis. Item na. Quod esse judeum est delictum Licet non punibile per nos. ut no. Bar. in. l. Apud jullianum. § . fi. ff. De le. i. Hinc est quod dignitas uel honor non datur judeis Sed onus. ut hic. et. l. Omēs. C. De decurio. Item est notādum Quod judeus nullam temporalem jurisdictiō nē potest habere. nec potest esse pupillorum tutor seu curator. notat Bar. super rubrica. De iustitia et iure.

Judei tributa seu vectigalia Regis non arrendētur Si xpiani arrendatores etiā pro minori precio reperiuntur. vide supra. Arrendare. c.

Judeus uel maurus non sit almoraxife. nec maiordomus xpiani. nec alia officia in domibus habeāt dnōrum. nec sit recuperatores. collectores. nec computatores. Judeus autem uel maurus cōtra faciēs dona perdat Que Regi applicantur. et arbitrarie punitur. Ordi. Regis Hen. i. burgis peti. x. et Ordi. Regis. Jo. i. Sorie. peti. fi. et Ordi. Jo. i. vallis. peti. et Ordi. Regis. Jo. ij. burgis. peti. xxj. anno. xxx.

Judeus uel maurus non viuat cum xpiano. nec ab eo officium habeat. nec teneat in domo sua vt cum eo viuat christianum uel xpianam sub penis de quibus infra. xpianus.

Judei in Regis consilio non ponantur. nec eis detur potestas vt per eos patria damnificetur. Ordi. Regis Hen. i. burgis. peti. x.

Judeorum filij per xpianā nō nutriātur. vide infra xpiana.

Licet olim iudeis usuras exercere permittebatur. ut i Or
di. Regis. Al. de Madrid. pet. lii. cum sequētibus. hodie ta
men id reuocatur. ut supra. e. d. Et infra. Usuram. Et su
pra. Contractus. a.

Iudei confessiones seu iuramenta a xpianis non exhigant
pro soluendis debitis in fraudē usurarum. Vide supra. Cō
fessio. a.

Iudei et mauri tributa soluant pro hereditatibus quas a
xpianis emunt ut ipsi xpiani pro eis soluere cōsueuerunt
Ordi. Ren. i. Burgis. pet. xv.

Iudei. Soluant. Et hoc uerum secundum quod soluunt alie congregationes iu
deorum in ciuitatibus uel villis. no. in. l. Que sub pretextu. C. De sacro sanc.
ecclesiis.

Rex. Jo. ii. in Vallid. anno. domini. Mill. cccc. viii. sub tu
tella existens pramagticam edidit de cōsilio matris et pa
trui infantis Fernandi. et statuit necnon et precepit quod
nulli iudeorum cuiusque sit status non audeat arrendare.
seu conducere rentas. pectos. seu iura regni Regi pertinē
tia siue sit vectigalia. uel alcaualas. monetas. decimas seu
etiam portagia. nec alias quascunque rentas. nec sint fide
les. nec collectores. nec etiam recuperatores ipārum. nec
sint alicuius persone fideiussores in ipis rētis publice. nec
occulte. nec arrendent seu conducāt decimas. nec alia iura
ecclesie. nec quorumcunque dnōrum pro suis vassallis. seu
subdictis in temporali. uel spirituali. nec sint collectores.
seu recuperatores dictorum iurium et rentarum. Et si ar
rendauerint. collegerint. uel recuperauerint. seu in eis lo
cuti fuerint. seu tractauerint. uel i eis fideiusserint si pro
batum fuerit soluat in penam tantā quantitatem ut ren
ta valuit. et si minus bona sua valent perdat bona et den
tur publice sibi quinquaginta flagella. Et contra talem iu
deum fiat probatio cum duobus iudeis. uel cum vno xpia
no et alio iudeo. uel cum duobus christianis. uel per ipius
iudei confessionem. Item si christianus dederit partem

in tali renta iudeo. uel recuperatorem illius fecerit. seu in
cõsilio. dicto. uel facto fuerit quod cõtra supradicta iude
us faciat Soluat tantam quantitatem Sicut renta fuerit.
Et si soluendo non fuerit perdat bona. et per annum stet
in aliquo castro frõtario. et penarum de quibus supra ter
tia cuilibet de populo accusanti Alia iustitie. Et residua ca
mere Regis applicentur. et precepit istã. l. publicari per
ciuitates loca et cetera.

¶ Iudei cum Rex locum ingreditur. xii. mozo. pro qualibet a
ctora montatiis de spinosa soluere tenentur. Vide infra.
Officiales.

¶ Iudei nõ sint ausi facere seu procurare Vt aliqui mauri tar
tari seu alie persone cuiuscunque sit secte ad iudeorum fidẽ
conuertantur. nec circuncidentur. Iudei autem contra fa
cientes necnõ et taliter conuersi Regis sint captiui. ut de
eis ad libitum faciat. Ordi. Regis. Jo. i. Sorie. l. iii.

¶ Iudei. Contra facientes. Idem si forte volũt iudei lapidare. uel alio furoris gene
re percutere attentauerint eorum feralem sectam fugientes. et ad dei cultũ res
picientes debent. Namque tales iudei concremari. ut. l. ii. C. Co. ti. ¶ Itẽ iu
dei qui christianum circuncidisse constiterit bonorum proscriptione et perpetuo exi
lio damnantur. ut. l. Iudei. ii. C. Co. ti.

¶ Iudei seu mauri xpianorum nomina non habeant. nec per
xpianos taliter nominẽtur Sub pena mercedis Regis. Si
gnaque portent ut cognoscantur. et differant in habitu a
xpianis. Ordi. Regis Hen. i. Tauri. pet. ii.

¶ Iudeus In uestibus quas desuper tradit Signum pani ru
bei in humero dextro quantitatis trium digitorum per gi
rum apponat. ut manifeste et non occulte demostretur
et in habitu differat a xpianis. Si uero dictum signum iude
us non portauerit. seu deferendo occultauerit dextes quas
desuper tradit quandocunque repertus fuerit sine signo iã
dicto. uel occulte illud deferre perdat. Quarum uestium
Medietas accusatori. Alia uero medietas iudici hoc exequẽ
ti applicetur. ¶ Item iudeus caligis solatis seu uestibus

virgatis uel partitis non vtatur sub pena iā dicta. Reuocantur priuilegia et rescripta contra hoc concessa. Ordi. Regis Hen. ii. in Madrid. De iudeis. Pen. penult.

¶ Judeus. In uestibus. Et sic habitus diuersitas eosdē iudeos et sarracenos utriusque sexus distinguere debet a christianis Ne per velamen erroris cum christianis carnaliter commisceantur Quod esset nefandum. ut. c. In non nullis. De iudeis Concor. cum hac. l. vii. parti. ti. xxiiii. l. fi. Ubi maior imponitur pena.

¶ Judeus tamen in itinere potest impugne sine docto signo ambulare. Dum tamen cum ad locum accesserit signum illico ut premittitur ostendat et portet Alias dictā penā incurrit. ¶ Item nemo sua propria auctoritate vestes propter causas iam dictas auferat a iudeo Donec primo accusetur. et per secularem iudicem condemnetur. Eadem ordi. l. fi.

¶ Judeorum priuilegia Quibus cauetur quod suo iuramento credatur de quantitate pignorum que habent Etiam si nō dicant nec nominēt a quibus res in pignus habēt Et quod dominus rei tenetur soluere id quod iudeus iurauerit Reuocantur. Si tamē iudeus dat auctorem a quo rem que ab eo petitur accepit uel habuit ī pignus super quātitate credatur suo iuramēto. Ordi. Regis Hen. i. Tauri. Pen. xix. cum sequē. ¶ Item iudeorum priuilegia ut de rebus a xpianis subtractis et apud iudeos inuentis nō teneātur dare auctorem. et quod suo iuramento credatur Reuocantur. Vide infra. Priuilegia.

¶ Judeus tenetur xpiano restituere res apud eum inuentas Si xpianus probat suas esse. et dicit vi uel furto ab eo ablatas. uel tenetur iudeus auctorē dare. Vide ifra. Xpianus. Judei orationem nō dicant Per quam maledicere xpianos consueuerunt. et ecclesias. clericos. et defunctos. et a libris suis eas deleant Alias iudeus talē dicens maledictionē et ad eā respondens centum flagella patiatur. Si uero in libro aliquo iudeorum prescripta reperiatur maledictio Cuius esse liber tria millia soluat Regi moro. quos si soluendo nō

fuerit dicta patiatur flagella. Insuper vero grauiter Regis arbitrio punietur tanquã xpianorum legē maledicentes. Ordi. Jo.i. Sorie.l.i.

Judeus qui pignus negat Si contra probatur Qualiter puniatur. vide infra. pignus.

Judeus cuiuscunque sit status nō se intromittat ad cognoscēdum de criminalibus causis iudeorum Sicut mors et mēbri mutilatio seu exilium Sed vnus pretorum Loci quē ipsi iudei elegerint possunt de his criminibus cognoscere. Et si cōtigat ab eo appellari. vel ab alio quolibet alicuius dominij pretore appellatur ad Regis curiam. Processus autem super predictis criminalibus coram iudeis ut premittitur ventilari non ualent. nec per aliquem pretorem merinum seu alium debent executioni mandari Sub pena.vi. mille moro. nec etiā iudeorum statuta seu excōmunicationes contra hoc late valēt. Quia secundum prophetas Cum venerit ille sanctus sanctorum cessauit iudeorum iurisdictō unde tamen possunt iudei omēs causas Ciuiles inter se secundum suam legem determinare. Ordi. Regis. Jo. Sorie. .l.ii.

Judeus. De criminalibus. Et est huius legis ratō Quia cū venit ille scūs scōrū unctio et potestas eorum cessauit. ut. vii. parti. ti. xxiiii. l. iii.

Ciuiles. Concor. l. Judei. i. C. De iudeis. Causas tamen iudeorum et christianorum nō possunt determinare. in. l. Siqua. C. Eo. ti.

Judei testimonium non facit fidem contra xpianum. vide infra. Testimonium.

Judei et mauri cum eucharistia transit per calē seu vicum Tenentur fugere uel genua flectare. vide infra. xpianus.

Judeus condemnatur per testimonium xpianorum in omnibus causis tam ciuilibus quam criminalibus. vide infra. Testimonium.

Licet Rex Alfonsus in curiis de Segobia. et Rex Hen. ii. in curiis Tauri decreuerunt quod iudei et mauri nō possent incarcerari pro debitis. nec etiā pretextu cuiusque obliga

tionis domini tamē Rex fernādus et Regina reuocarunt dictas leges Et quod legum vigorem non habeant. Ea. or di. pecti. x.

¶ Rex fer. et Regina in dictis curijs de Madrigal pecti. xxxiij. confirmant leges que disponunt quod iudei tradant signum pāni Rubei in humero dextro et cetera. Et addunt quod iudei et mauri in sellis. et stribis. calcaribus. et ensibus. seu zonis. et cinctis aurum nec argētum nō tradāt. nec panum siricum. nec de grana in rupis. vestibus interius nec exterius. ¶ Item quod iudei continue tradant dictum signum rubeum. Et mauri capucium seu capellā viridum super vestibus Et ad minus lunetam. Et femine lunetā azul i humero dextro in vestibus desuper āplā quatuor digitorum in loco patenti. Et si cōtrarium iudeus uel maurus fecerit Eo ipso vestes perdat superiores. Et quicunque impugne eos exuat siue denudet. et dictos capiat arreos auri et argēti. necnō et vestes capiat Dum tamen sine mora ea tradat coram loci iudice vbi hoc contigerit. Et iudex medietatem capienti adiudicet. et aliam medietatē sibi aplicet. Si tamen capiens sine mora coram iudice ea nō tradiderit Raptoris penam incurrit. et vestes et iaez iudici aplicentur et cetera.

¶ Leges loquentes de iurisdictōne quam exercere possunt iudices iudeorum inter iudeos confirmāt Rex fer. et Regina in Madrigal pecti. xxiiij. Et addunt quod iudices iudeorum et sarracenorum cognoscant de causis ciuilibus dumtaxat in locis vbi hoc habent de cōsuetudine et nō alias. Et etiā i dictis causis ciuilibus possunt impugne iudeus et maurus trahere iudeum et maurum si maluerit corā xpiano iudice Et propter hoc nullam incurrit penam. Et etiā eo casu quo iudex iudeus uel maurus cognoscat inter suos libere potest ad cancellariam et audientiā Regis appellari. Cassarunt et reuocauerunt omia priuilegia cōtra hoc a Re

.l.iij.

gibus predecessoribus suis edita. et omia alia priuilegia quibus cauetur quod iudices xpiani non cognoscāt de litibus iudeorum et cetera.

Iudex cum salario alicui ciuitati seu loco non detur nisi per omēs vel maiorem partē loci petatur. uel quādo Rex viderit quod est necesse quod ponatur propter iustitie defectum. Ordi. Regis. Al. legionis. peti. viii. Et Ordi. Regis Hē. i. Tauri. peti. v. Et Regis. Jo. i. Burgis peti. xxx. Vide infra. Rex. et supra. Correctores. v.

Iudex. Cum salario. Et no. Quod talis iudex salariatus iurare debet id quod continetur infra. eo. f. Item debet iurare id quod cōtinetur in. l. Sācimus. ff. ad. l. Iuli. repe. canonizata. i. q. vii. Sancimus. Et inter alia iurat Quod exceptis salariis nichil penitus tam in administratione quam post depositū officium pro aliquo prestito beneficio tempore administratōnis quam gratuito me ruit accepturum. quod si fecerit non solum recipiens Sed etiam dans in quadruplum tenetur. ut ibi. et in auct. De manda. prin. §. Oportet. colla. iii.
Item no. Quod est diferentia inter ius dicentem et iudicantem. Nam ius dicēs proprie est habens merum imperium Iudicans id nō habet. no. glo. in. l. i. ff. De iuris. omni. iudi. Et sic est diferentia inter iudicare et ius dicere Quia iudicare proprie est dirimere questionem inter partes. Ius dicere est aliquid extra iudiciū statuere. ut ibi notat Bar.
An mortuo iudice salariato Debetur sibi salariū residui temporis. tāgit Spec. titu. Delegato. §. Finitur in fi.
Item no. Quod salarium a republica nulli debet solui Nisi cui spāliter a principe sit concessum. ut. l. Unica. C. De preben. salario. li. x. Nisi ob liberalem artem uel medicinam. ut ibi notat glo. Item no. Quod iudicibus negligentibus totum salarium auffertur. ut. l. Iudices. C. De ānonis et tributis. li. x.
Item no. Quod non debent cause cōmitti iuris ignaris. Nam tales recusari possūt Nisi princeps ex certa sciētia cōmittat. ut in auctē. De iudi. §. i. et. ff. De re iudi. Quidā consulebant sed iudices ordinarii possunt esse. ut. l. Certi. C. De iudicis. ut tenet Iaco. insti. De iustitia et iure circa prin. Licet ibi. Io. faber nō credit quod debeat recusari Si alias habeat factorum experientiam. ut allega. l. Certi. Nam potest habere assessorem. ut. c. Statutum. §. Assessorem. De rescriptis. li. vi. Que loquitur in delegato ignaro qui indiget assessore. Et in hac sententia est Spec. ti. Delegato. §. Excipitur. v. Item quod ē litteratus. Itē no. Quod si assessor est purus legista et causa ē mere canonica et spūalis Potest recusari. notat Dominicus in. c. Statutum post prin. De rescriptis. li. vi. Facit quod aduocatus grossus ingenio si causa ē subtilis Est suspectus propter ignorantiam iuris. notat Bal. in. l. fi. C. De heredi. instituen.

Item talis iudex cum salario detur bonus. prudēs. timēs deum Solum per ānum. Ordi. peti. Regis. Hē. ii. Tauri.

decti.vi. ¶ Item sit naturalis regni. ubi ē locus a quo pe
titur in alia ordi. Tauri eiusdem Regis decti.iii. ¶ Item
personaliter non per substitutum in officio resideat. nec
detur nisi informatione precedente. ut ordi. Regis. Jo. ii.
Zamore. decti. xi. vide supra. Corrector. b.

¶ Item talis. Prudens. Judex enim non debet esse illitteratus Sicut nec aduoca
tus. C. De postulan. l. ii. Licet ꝗ aliter illa. l. intelligi possit. Nec medicus sine
phisica. ff. De officio presidis. l. Illicitas. § . Sicuti. Nec cirurgicus sine cirugia.
. ff. Ad. l. acquilli. l. Qua actione. § . Si ut. ff. De edendo. l. Si quis ex argenta
riis. § . Pretor. Et sic cujus rei pericia ab aliquo exigitur Si non habeat est in
culpa. ut. ff. Quodcunque dni. l. ii. hoc not. glo. in auct. De iudicibus. § . i. col
lati. vi. Et ad id quod supra dicitur de salario no. incidenter Quod si ciuitas cō
cedit licētiam potestati uel capitaneo uel alteri officiali se absentādi usque ad cer
tum tempus Debet pro tempore absentie habere salarium Quia dicitur eē pre
sens qui licito comeatu est absens. ut. l. Hac lege. C. De proximis sacrorum scri
neorum. li. xii. et ibi. Jo. de pla. post glo.

¶ Judicem ordinarium nemo nisi Rex. uel Imperator. aut
ab eis potestatem habens constituere potest. uel si prescri
ptione quis iurisdictionem adquirat. ut foro nouo de Alca
la. ti. ix. l. i. Celeriter enim debent tales ordinari iudices
poni. Debet tamē ordinarius iudex esse fidelis bone oppini
onis sine cupidine periciam scientie uel Intellectus habēs
ad iudicandum māsuetus. boni sermonis erga veniētes co
ram eo. timensque deum. et eum qui in officio sublimauit.
Et in se habens Justitiam et pietatem. Foro nouo de Alca
la. ti. xxxv. l. i.

¶ Judicem ordinarium. Nisi Rex. Cōcor. Foro legū. li. i. ti. vii. l. i. Et vide quod
ibi scripsi Quod si quis ab alio deputatus ordinariam gerat iurisdictionem Quid
quid fecerit pro infecto debet haberi. nec necessitas imponitur ab eius sentētiis ap
pellari. ut. l. i. C. Qui pro sua iuris. ff. De iudi. l. Cum pretor. § . Judicis. Ce
concor. cum hac. l. C. Ut omnia tā ciui. quam crimi. iudi. l. i. et. iii. parti. ti. iiii.
. l. vi. ¶ Item crimē lese majestatis incurrit gerens se pro iudice cum non sit et
iurisdictionem exercens dolo malo sciens potestatem nō habere Incedit in crimē
lese majestatis. ut. l. xii. Tabularum in fi. ff. Ad. l. iulli. majes. Et crimine falsi
est reus. ut. l. Qui nomine. ff. De falsis. et no. C. De falsis. l. Maiorē. Sicut
incedens ut miles cum non sit. aut missam cum non sit clericus celebrans. uel ma
liciose sibi nomē mutans Incurrunt crimē falsi. ut. vii. parti. ti. De falsis. l. ii.
¶ Item no. Quod Vniuersitas. ciuitas. uel locus qui nemini subiacet Potest sibi
eligere rectorem temporalem seu perpetuum ex quo nulli alii paratur preiudicium

.l.iiii.

C. De iudi. l. Nemo. Unde populus ellegit sibi imperatorem. ff. De origi. iuris. l. ij. § . Nouissime. xciij. di. c. Legimus. Et in tali casu ille ellectus habet iurisdictionem Et non uniuersitas eligens eum. ut notat Innocē. in. c. Cum accessissent. De consti. et Bar. in l. i. ff. De damno infecto. Si autem locus eligens subiaceret alij et tunc nō licet sine ipsius consensu. ut notat plene Hosti. et De. in. c. Aduersus. extra De immunitate ecclesiarum.

Item no. Quod potestas cōstruendi magistratum ad iustitiam exercendam pertinet tātum ad principem. Concor. in ij. Feudorum. ti. Que sint regalie circa medium. et est tex. C. De offi. prefec. pretorio. l. i. § . Optamus. cum. l. sequēti circa prin. et. ff. Ad. l. iulli. ambi. l. i. in prin. Que iura de ordinaria iurisdictione loquuntur. Concor. iij. parti. ti. iiij. l. ij. Periciam scientie. No. etiam quod iudex non solum potestatem iudicandi Sed etiam periciam debet habere scientie ad minus mediocrē Sicut prelatus. ut notat glo. in. § . i. xx. di. Item no. Quod is qui fuit aduocatus in causa Nō potest esse iudex in illa causa. ut ē tex. in. l. Pretor. ff. De iuris. omni. iudi. et in. l. Quisquis. C. De postulan. et in. l. fi. C. De assessoribus et. iij. parti. ti. iiij. l. ix. cum. l. se. Et idem de procuratore cum causidici dicuntur omēs qui in iudiciis causas agūt. ut alle. l. Quisquis. Intellectus. no. Quod hec requirūtur in iudice. s. Intellectus ut discernat uerum et falsum. Ratio ut elligat bonum et reijciat malū. Memoria ut recenseat acta cause. Et uoluntas que debet esse cum libertate arbitrij. notat Bal. in. l. Volūtatis. C. De fidei comi. Iusticiam. Concor. iij. parti. ti. iiij. l. iij. Et pietatem. Nam per nimiam iudicis seuiciam priuatur iudex iurisdictione. ff. De his qui sunt sui uel alieni iuris. l. ij. Est tamē notandum Quod paciencia irrationabilis uicia seminat. et negligentias nutrit. ut non solum malos Sed etiam bonos inuitat ad malum. no. Archi. in. c. Sed causa. xj. q. iij. Debet etiam iudex esse diligens: Nam officialis per incuriam seu negligentiam officij punitur. ut. l. ij. C. De conducti. in publicū ordinandis. li. x.

Iudex nō potest constitui Insensatus. nec mutus. nec surdus. nec cecus. nec habens aliquam cōtinuam infirmitatē ob quam iudicare impeditur Et dubitatur an curabitur.

Itē infamis. religiosus. seu mulier Nisi sit Regina. uel Comitissa. uel heres existat alicuius Regni. domiij. uel patrie Nam tunc cum sapientum cōsilio iudicē cōstituere potest Ea. ordi. l. ij.

Iudex. Insēsatus. Habuit ortum a. iij. parti. ti. iiij. l. iiij. Sed hic additur unus casus de eo qui aliquid fecit Propter quod minus ualet.

Iudex Non potest seruus constitui Quia libero caret arbitrio. Si tamē creditur eum esse liberum acta per eum ut iudicem usque ad tēpus quo reuelatum fuerit seruum eē Valent cōmunis erroris excusatione. eiusdem ordi. l. iij.

Iudex. Non potest seruus. Cōcor. alle. l. iiij. iij. parti. ti. iiij. et. ff. De offi. pre

toris.l. Barbarius. cum ibi notatis.

¶ Judex Ordinarius debet esse maior etate .xx. annorum Sed si delegatus est minor. maior tamen .xviij. annis. potest iudicare. licet non potest ad hoc per delegantem sub cuius iurisdictione est cogi. Delegatus tamen .xviij. annorum seu illa etate minor non valet iudicare. Eius itaque iudicium est nullum nisi de partium consensu iudex fuerit deputatus. uel a Rege fuerit datus. Judex uero ante quam iurisdictionem exerceat Sex que sequuntur Jurare tenetur. Primo quod Regis mandatis Obediens erit. Secundo quod Regis dominium et honorē iuraque Regalia Obseruabit. Tertio quod Regis Secreta nō reuelabit. Quarto quod Regis dampnum diligēter et pro posse Euictabit. Et si euictare nō ualuerit id Regi illico certificabit. Quinto quod ut melius et citius poterit lites difiniet. et quod pro muneribus a iustitie tramite non deuiabit odio. timore. dono. uel promissione depositis. Sexto quod a litigantibus seu litigare uolentibus. aut ab aliis pro eis dona aut promissiones nō recipiet. Et hoc iuret iudex in manu Regis. uel supra sancta dei euangelia et cui Rex mandauerit iuramento recipiente. Insuper de stādo per quinquaginta dies post finitum officium in loco et querellantibus de eius administratione quotidie preconizatione facta satisfacere prestabit cautionem. Et de querellis istis eius successor cum aliquibus hominibus probis loci dicto iudici non suspectis. aut maliuolis cognoscat nisi ex hoc sequeretur mors. aut mēbri mutilatio. Tunc enim mittitur ad Regem cum expressiōe malefitii quod cōmisit eadem. Ordi. Fori noui de Alcala. ti. xxv. l. fi. Vide supra. Correctores. a.

¶ Judex. Ordinarius. Concor. iij. parti. ti. iiij. l. v. Decem et octo annis. Habuit ortum ista lex a lege Quidam consulebat. ff. De re iudi. Et quod ibi no. Bar. Ubi vide per eum quis potest cognoscere de hac exceptione Tu non potes esse iudex. et quando debeat ista exceptio opponi. Et an princeps eligendo scienter indignum iudicem Videtur cum eo dispensare. ibi per Bar. et per glo. et doctores .l. v.

in.l.fi.C. Si contra ius uel utili.pu.et per Innocē.in.c.Veniens. De filiis pres bite. Et concor.c.Cum dilectissimum. De offi.delega.li.vi. Et.iii.parti.ti.iiii..l.v. Iurare tenetur. Concordat.l.Rem non nouam.C. De iudi. Et melius.iii.parti.ti.iiii.l.vi.Obediens erit. De qua obedientia uide quod scripsi Foro le gum li.i.ti.iiii.l.Unica. Obseruabit. Est simile quod iurat uassallus dnō suo.ut.c. De forma.xxii.q.v.Et in li.Feudorum.ti.De forma fidelitatis.cum.ti.sequenti. Quod iuramentum his uerbis continetur incolumē tutum.honestum.utile.facile.possibile.quod ibi tex.declarat. Et sic iudex incolumē Regem serua bit si iura regalis obseruet. Secreta. Et sic tutum seruabit Regē.ut ibi. Euitabit. Et sic ne sit Regi in damnum de sua iustitia.uel de aliis causis que ad honestatem eius pertinere uidentur.ut ibi in textu.Certificabit.Hoc idem ponitur in li.Feu.ti.De noua fidelitatis forma circa medium. Lites diffiniet.Quod pertinet bono et equo iudici Ne partes ultra modum grauentur laboribus et expensis.ut.c.Finē litibus.De dolo et contu.Et.iii.parti.ti.e.li.xii. Item iudex debet pro sua fide et industria contemptiones dirimere Sic ut nec fallat nec falatur.ut.l.fi.C.De ponderationibus.li.x.Non recipiet. Facit.c.Quatuor modis.xi.q.iii.Et concor.infra.eo.ti.i.Et quod ibi no. Et uide supra.eo.a.Et quia de secreto Regi obseruando Ista lex loquitur no. Quod illi qui secreta Regis produnt capite puniuntur.ut.C.De mer.et mer.l.ii.Et no.in alle.c.De forma. Item qui munitiones cedit hostibus uel litteras uel nuntium seu aliud signum eis mittit Incidit in crimē lese maiestatis.ut.ff.Ad.l.iulli.maies.l.i.et.ii.et.iii.

Per quinquaginta dies. Ortum habuit a lege codicis. Ut omnes tā ciuiles quam mili.in rubro et in nigro.Et alle.l.vi.ti.iiii.iii.parti.no.tamē Quod licet iudex non tenetur ultra hos quinquaginta dies in loco expectare.ubi officium exercuit Poterit tamē in patria perpetuo conueniri.ut in.l.ii.ff.Ad.l.iulli.repe.et ibi Bar. Item lex ista et l.C.supra allegatis intelliguntur de iudice qui non in prouintia officium exercuit.de eo autem qui in patria iudicauit habet locum quod no.in alle.l.ii.et ibi per Bar. Item no. Quod tales iudices compelluntur ad loca ire Alias redire ad faciendum residentiam Si infra annum requisiti fuerint alias nō.ut supra.Correctores.a. Item no. Quod iudex minor coram maiore potest etiā durante officio conueniri.ut.ff.De iniuriis l.Nec magistratibus.Si autem est maior iudex et temporalis tunc non tenetur. Nisi deposito officio respondere.ut alle.l.Nec magistratibus. Cauebit tamen quod stabit iuri finito officio.ut.ff.De adulte.l.Si adulterum.§.fi.et De iudi.l.Pars litterarum. Si uero est iudex perpetuus tunc statim poterit conueniri.ut.ff.Si certū petatur.l.Presidis.et.c.Conquerente.De resti.spoli. Idem si est dubiū an sit perpetuus.Ut cum iurisdictio eius non est certo tempore limitata. Quia tūc reputatur perpetuus.ut.ff.De excusa.tu.l.Iurisperitos.et De condi.inde.l. Sufficit cum se.no.tamen Quod temporalis iudex potest conueniri etiam officio durāte si opprimit subditos.ut.C.Ad.l.iulli.repe.l.Iubemus. Et auct.Ut iudi.sine quo.su.§.Necessitatē. Et uide quod no. De epāli audientia.l.Si quis pre ses.Hec enim in effectu notat Hen.in.c.Legebatur. De maio.et obe.Cōcor.cum hac.l.auct.Ut iudi.sine quo.su.§.Necessitatem.

¶ Judices et iustitie regni Justitiam faciant et exequātur cō tra culpabiles alias Rex iudices puniet negligētes tāquā de lite aliena suam propriam faciens ordi. Regis Hen. i. Tauri. l. xxvi.

¶ Moneta. Mutata. Cuius erit periculum monete quando mutatur uel reprobatur An debitoris Vel creditoris Vide Ven. et doctores alios in. c. Quāto. De iure iuran. et in cle. Vnica. De decimis. ¶ Item no. Quod minuta stimatione floreni minuitur stimatio rerum que venduntur ad florenum. ut. l. ij. C. De ueteris numis potestate li. xi. notat Hosti. in summa. ti. De censibus. §. Ex quibus causis. ¶ Item no. Quod potest solutio fieri in materia et in forma eiusdem spēi methalice. Dum tamen tantum valeat in materia Quātū in forma. ut. l. i. . C. De ponderatoribus et auri illatione. li. x. et plene per Bar. in. l. Paulus. . ff. De solutio. et. Jo. de platea. C. De vellatoris heris. l. Vnica.

¶ Monetam falsam cudens ese aleuosus. Itaque medietatē bonorum perdit. et Regis camere applicatur. Ordi. Regis. Ven. ij. De penis. l. xxj.

Monetarij debent assummi incole ciuitatis ubi domus ē monete. Et quod sit de mediocribus uel minoribus et non de maioribus pectarijs seu tributarijs hominibus qui periciam habeant monetam cudendi. Ordi. Regis. Jo. . ij. Madrid. peti. vj. Et idem de mōtarijs. ut ibi. peti. vij. alias. peti. xiiij. cum se. anno. xxx. confirmatur per eundem Regem Vallid. anno. lj.

¶ Monetarij. Periciam. Ideo est notandū Quod Vniuersitatis priuilegio nō gaudent etiam matriculati Nisi artem et professionem vniuersitatis exerceant actu notat Bar. in. l. Qui sub pretextu. C. De sacro san. ecclesijs. Facit optime lex generaliter. C. De episcopis et clericis. et De aduo. diuer. iudi. l. Per hāc. Bar. in. l. pe. ff. De testa. mili. Et De penis. l. Aut facta. §. Tempus. et Bar. in aucten. Habita.

¶ Monetarij monetam continue non laborantes a pectis et tributis. necnō et a vigilijs et rōdis minime excusantur. Ordi. Regis Ven. ij. Tauri. peti. vij. Et i alia ordinatione eiusdem Regis Tauri. peti. xvj. vide īfra. Tabelliones. l.

¶ Monetarum et vectigallium lites pretores dirimant ordinarij. Ordi. Regis. Jo. i. Sorie. peti. xij.

¶ Monetas generosi minime soluere tenentur. vide supra. Generosus. c.

¶ Monetarij seu montarij An gaudebunt priuilegijs officiorum suorum. et quando. vide infra. Tabellio.

Monetarij qui carcerē non bene custodiunt puniuntur ut supra. custodes. b.

b Montarii de spinosa cum Rex locum ingreditur habent a iudeis. xii. moro. pro quacunque a tora. Vide infra. Officiales. v.

Montarii de spinosa. Isti possunt dici cubicularii principis qui habēt priuilegium ut coram principe conueniantur. ut. l. Cubicularios. C. De propositis sacri cubicularii.

c Montarii qui pretextu officii cōtendunt a pectis et cōtributionibus excusari debēt habitare in locis in quibus Rex consueuit montis venationē exercere. Et debent esse de minoribus pectariis uel parum plus. et nō de maioribus. Et debent in dicto officio esse experti et cōsueti. Et nō sint cerdones nec sutores nec alia similia officia exerceāt. Nec sint laboratores seu agricultores in terris seu locis in quibus Rex non consueuit talem venationē exercere. Ordi. Regis Jo. ii. Madrid. anno. Mill. cccc. xxxv. peti. xi.

Montarii Regis excusantur a pectis. Vide infra. Tabellio. l.

Mors omnis dicitur secura nisi que probata fuerit in bellis vel i rixa facta. Ordi. Foru noui de Alcala. ti. xxvii. l. i. Et Regis. Al. Segobie. l. xxi.

Mors. Vel in rixa. Ex qualitate enim percutientis probatur animus. Nam debemus primo inspicere propositū Utrum hoc fiat ex proposito An fiat ex rixa. uel ex quodam impectu. ut. l. i. §. Diuus. ff. Ad. l. corneliam. De sicariis. Item si fuerit in rixa debemus inspicere cum quo percusserit An cum gladio. uel cum bastone. uel cum lancea. An cum ferro. uel cum asta ut ibi no. glo. Et sic poterit deprehendi An mors sit secura uel ex impectu. ut notat Bar. in alle. §. Diuus. et in. l. fi. eo. ti. Item no. ex hac lege Quod ex rei euidentia et facti atrocitate est intentio actoris fundata. s. de morte secura Nisi probetur facta in rixa. Facit. l. Dolus. ff. De dolo. Et quod notat Cy. C. Ad. l. corne. De sicariis. l. l. q. fi.

Qualiter autem probatur mors alicuius. et cui incumbat illius probatio Vide per Bar. in. l. Si quidem. C. Solu. matri. et in. l. ii. §. Si dubitetur. ff. Que ad. testa. ape. et idem Bar. in tractatu. De teste. §. Mortuum hominē. et Anto. in. c. In presentia. De spon. Item no. Quod quando quis fundat intentionem suam ex vita alicuius Tunc debet probare vitam illius. nec sufficit probare ipsum iam fuisse. ut. l. Spadones. §. Qui absolutos. ff. De excu. tu. Sed quādo quis fundat intentōnem suam ex morte alterius Ille debet probare ipsum mortuum. ut est casus in alle. l. Si quidem. C. Solu. matri. et ibi hoc notat Bar. et in alle. l. ii. §. Si dubitetur. ff. Que ad. testa. ape.

Pro morte Regis uel Regine seu infātis. parētum uel cō

sanguineorum permissum est lutum tradere. vide supra. lutum.a.

¶ Mortui nõ plangãtur. vide infra. planctus.

¶ Mortem quis subire debet pro lege. pro Rege. pro patria pro seipõ. Ordi. Regis. Jo.i. De linea delos inglesses.l.i.

¶ Mortem defuncti heres non vendicans punitur. ut supra heres.a.

¶ Moriens non cõmunicans nec cõfessus punitur. ut supra defunctus.a.

Morobetini de iuro collocẽtur per computatores maiores Etiã sine littera uel iussu Regis eis quibus re nunciantur per parentes. seu per alias quascunque personas Aliis legibus super hoc editis in sua firmitate manẽtibus. Ordi. vẽ. iiii. Tolleti. ãno. Mill. cccc. lxii. peti. xxx. Morobetinorum omium qui in libris Regis vacauerit medietas consumatur. et lucro cedat Regi. Exceptis morobetinis vacantibus in terris de patre in filium. et de his qui in seruicio dei et Regis i guerra infidelium moriuntur. Et exceptis tenenciis ratõnibus et quitationibus maiorumofficiorum De quibus nõ ẽ nisi vnum officium uel duo in domu Regis. et exceptis renunciatõnibus quas quilibet uult de morobetinis quos i libris Regis habet facere. Nec de tali medietate sic consumata Rex de nouo mercedẽ faciat. Et ut hoc conseruetur computatores Regis maiores iurẽt in presentia procuratorum Regni. sub pena periurii et officiorum priuationis quod hactenus nõ liberabunt nec transibunt rescripta seu litteras Que cõtra hoc fuerint cõcessa. Licet in eis expressa fiat huius legis mentiõ. uel etiam sit inserta in eis. Et licet Rex vellit eosdẽ computatores a iuramento absoluere et a penis in hac lege cõtẽtis. et etiam si procedat ex certa sciencia et motu proprio et absoluta potestate et cum aliis quibusuis derogationibus et abrogationibus et non obstan. ¶ Item et Regis secretarii iurent

in dicto cōsilio quod nullum rescriptum seu litteras cōtra ea que dicta sunt. expedient. Ordi. Regis Den. iiij. Tolleti anno. Mill. cccc. lxij. peti. xvij.

¶ Morobecini quos in libris Regis habēt prelati seu milites habentes vassallos per Regis computatores non liberētur donec liberetur omne quod habent in villis seu locis suis. Et super hoc iurent cōputatores in consilio. Et si cōtrarium fecerint sint periurij. Et soluāt Regi quod iurauerint cum quadruplo non obstantibus litteris celulis Etiam motu proprio. et ex certa sciencia concessis. Rex Den. in dicta ordinatione peti. xliij.

¶ Facultas concessa a Rege Den. iiij. quibuscumque personis ut diuidere seu repartere i quocunque āno possint morobetinos quos de iuro obtinent et hereditaee in rētis partiti seu loca quem ipi elegissent fuit reuocata per eundem Regē in curtis de Toleta. et addidit quod hij qui habebāt morobetinos situatos cum dicta facultate in initio āni preceriti de lxxiiij. elegissent rētam uel rentas in quibus essent situati. et exinde perpetuo ibi remanerent situati. nec possent amplius mutari. Et hāc. l. Rex fer. et Re. approbauerunt et confirmauerunt in Madrigal. āno. lxxvj. Et addunt quod si dominus situati cōtrarium fecerit perdat talē mercedē et cetera.

¶ Mostrenco cui applicatur. vide infra. Res inuente. et vide infra. Manigum.

Mulier filiique eius de fideiussione viri qualitercunque fiae minime tenentur. Ordi. Regis. Al. legionis. pe ti. xv. vide infra. Uxor.

¶ Mulier vidua infra annum luctus nubēs nullam penā incurrit. vide infra. Uidua.

¶ Mulier que post mortem parētum in fratris remanet potestate. si nubat per se sine fratris voluntate parentum perdit hereditatem. Ordi. Regis. Jo. ij. in Occanā. peti.

.ii.anno.xxii.

¶ Mulier per uerba desp̄osata de presenti si adulteretur potest ab sponso occidi. vide supra. Adulterium.a.

¶ Mulier generosa cum homine nō generoso matrimonium contrahens libertate non gaudet. vide infra. Uxor.

¶ Mulieres tertie regule bti Francisci non excusantur a pectis et contributionibus. vide supra. Fratres.

¶ Mulier. A pectis. Est tamē notandum Quod etiam pro debitis fiscalibus mulier non debet incarcerari. ut auct. Sed hodie. C. De officio diuersi.iudi.

Muri et turres ciuitatum et locorum Reparātur per habitatores eorum. vide supra. Castrum.c.

Muri Reparātur. De iure au⁊em si villa habet redditus de illis est facienda refectio murorum. C. De ope. publi.l. Si splendidissime. Si autem nō habet redditus debet fieri ex cōmuni collecta incolarum ut.eo.ti.l. Omēs. Et hoc verum est ubi est magna refectio Sed si est modica tunc est reficienda per illos qui sunt ibi uel habent ibi domos uel terras. s. per illos qui habēt vsum muri. et gaudēt vsu muri. C. De ope.pu.l. Turres ad instar vsufructuarii l. Hactenus.ff. De usufruc. notat Bar. in.l. Sacra.§. Muros. ff. De rerū diuisi.

¶ Murorum reparatōnem seu cauarum quis soluet. vide supra. Impositio.a.

¶ Rex precipere debet ut muri ciuitatum villarum et castrorum et fortaliciorum videantur et reparentur Signāter in locis in quibus multum expedit talis reparatio. Ordi. Jo.ii. Burgis. pecti.xiii. āno.xxix. vide supra. Castra.c.

Mutans nomen suum quando res debitas coram pretore uel tabellione scribit Seu tabellio hoc cōsulēs decipitur. Ordi. Regis. Jo.i. Guadalfa.l.xiii.

Mutuum quod Rex Johis.i. recepit a vassallis sui Regni ad bellādum contra Regnum Portugalie. et contra Ingleses qualiter illud distribuit. vide in ordinatione quam ipse super hoc fecit in Briuiesca. anno dni. Mill. ccc. lxxxvii.

Nauigium si ad locum deueniat nullum de eo Jus ad locum seu ad Regem pertinet Sed omia que habet sunt dni sui. Si tamen nauigii dominus

non apparet per biēnium erit sub secresto. Extunc autē si dominus nō venerit erit Regis. uel eius ad quem de iure pertinet. Foro nouo de Alcala. ti. xxxvij. l. iiij. vide infra Res inuente.

Nauigium. Ius. Gratia cuius no. Quod si per tempestatem maris aliqua nauis venit ad portum Non debet soluere gabellam Quia violēter venit. Idem si propter timorem hostium uel piratarum ut. l. i. C. De naufragio. li. xi. ubi notat Bar. ar. Quod si tempore famis homines vicini territorij venerūt ad emendum frumentum in territorio nro Quod possunt illud portare sine gabella Quia propter necessitatem famis venerunt Que est magna necessitas ut. l. i. C. De patri. qui fi. distra. Per biēnium. Et no. Quod cū de naufragio queritur sumatim examinatur. et ex eo quod in illa cognitōne reperitur Potest per inquisitionem procedi. Et causa debet infra biēnium terminari Alias nauicularius absoluitur. et iudex tenetur. ut tex. in. l. De submersis. C. De professoribus et medicis. li. x.

¶ Nauigia que ab aliis Regnis seu prouitiis ad Regnum veniunt Castelle cum mercanciis seu victualibus per portanticum uel aliorum pretextu aliquorum debitorum pignorari nō debēt. eodē Foro no. de Alcala. ti. xxxvij. l. fi.

¶ Nauigia non dentur nisi ubi hoc priuilegium dicat uel cōsuetudo. Ordi. Regis. Al. in Madrid. peti. lj.

¶ Nauigiorum vie seu itinera nemo impediat. vide supra. Flumen.

Negligentiam iudicis pro debitis Regis in bonis arrēdatorum non exequentis Regis Suplet balistarius. vide supra. Iudex. f.

¶ Nobilis vide supra. Generosus per totum.

¶ Nomen suum mutans quādo res veritas scribit. occiditur vide supra. Mutans.

Notarij maiores Castelle. et Regni Tolleti. et Legionis ratōne registri seu prothocoli nichil accipiāt seu exigant. Ordi. Regis. Al. Vallid. peti. v.

¶ Notarij ecclesiarum in cōtractibus inter laicos fidem nō faciunt. Eadem ordi. peti. xxvj.

¶ Notarij uel publici tabelliones a prelatis ecclesiarum deputati in cathedralibus ecclijs. uel aliis locis ab usu officij abs

tinere debent nisi per Regem ad hoc prestitus fuerit consensus. vide infra. prelati.

¶ Notarii maiores Castelle legionis Tolleti. et Andaluzie sint homines fideles et scientes. Et non arrendent officia. quod si fecerint perdunt ea. Et quilibet notariorum maiorum tres habeat tabelliones et tres libros. Hi autē substituti loco maiorum officium non exerceant donec cancellarius ab eis iuramētum exigat quod bene et fideliter officium exercebunt. Et quod illud non conduxerunt. nec etiā imposterum cōducēt. Ordi. Regis. Al. Madrid. peti. xxvi Et Ordi. Regis Hen. i. Tauri. l. xiii. Et in alia ordi. Tauri eiusdem Regis. l. xiiii.

¶ Notarii priuilegiorum rodatorum. necnon et alii notarii Castelle legionis Tolleti. et Andaluzie non nisi cētum et sexsagita modo. pro marcho priuilegiorum uel rescriptorum exigere valent. Ordi. Hen. i. Tauri. l. xv.

¶ Notarii maiores et iudex supplicatōnis possint singulos habere tabelliones qui coram eis acta scripturas et sententias in iudicio scribant que debēt iudicum nominibus rubricari Eadem ordi. Tauri. l. xix.

¶ Notarii ecclesiarum et aplicales contractus seu alias litteras in temporalibus. seu in his que secularibus pertinent Minime facere presumant Sed tantum fidem in rebus faciant ecclie. nisi Rex eis ad hoc auctoritatē prebuerit. Ordi. peti. Regis Hen. Tauri. peti. xxv.

¶ Non enim tales ecclastici notarii fidē iter laicos super cōtractibus et scripturis que iter ipōs celebrata faciunt. nec talis contractus fidē facit. nec executōnē habere meretur Nec per eum ius adquiritur parti insuper penā incurrit. .x. mille modo. Cuius medietas carceri Regis. Residua uero pro ābitu ciuitatis uel loci applicatur. Perdunt etiā tales ecclesiastici notarii contrarium faciētes Regni naturalitatem et temporalitatē. Et alieni extraneique a Regno

habeantur. Eribunt etiam a Regno et in eo non ingrediā tur tanquam suo Regi rebelles. Ordi. Regis Hen. iii. Cor dube. anno. Mill. cccc. lv. peti. xxix.

Notarii qui in tabulis sunt sigilli que iura debeāt p ro res criptis litteris et scripturis leuare. et quis ē modus sigil lādi i cancellaria vide. ordi. Regis. Hen. i. Burgis. per to tum.

Notarii maiores curie debēt tales loco suo ponere Qui ad officia sint ydonei et habiles. ordi. peti. Regis Johānis. i. Burgis. peti. xxviii.

Notarii palencie non alibi quam in diocesis. palen. officia possunt exercere. Episcopus autem palencie certum faci at cum Regis licentia notariorum numerum. et nō alias Ordi. Regis. Jo. i. Sorie. peti. xvi.

Notarii maiores ipsorum loco sine Regis mandato alios nō ponāt. Itaque notarii maiorum loco positi alios non substituāt. in officiis uero resideāt sub pena contra audito res posita que ē supra. Auditores. h. B. Ordi. peti. Regis. .A. Briuiesca. l. xiii.

Notarii camere Regis sine ratione seu salario priuilegiis non gaudent officii. vide. infra. Tabellio.

Notarii causarum a guerra excusātur. vide supra. Aduo catus. b.

Notarii qui scripturas nō ostendunt Regis recuperatori bus coram Rege nō citantur sui rescripti pretextu. vide supra. Citatio. g.

Notificari debent Regis recuperatori per arrēdatorē pecuniam Regis per aliquem vi ablatam. vide infra Regis pecunias.

Nuncii qui litteras tēpore impacato uel suspecto per loca portās nisi sint Regis per duos ciuitatis seu lo ci officiales appetiantur. Et si littere contra Regis seruiti um reperiuntur nunc incarcerentur. Ordi. Regis. Jo. i.

.O.i.

Segobie.l.xi.

¶ Enunaus auitatis uel ville Regis mandato ad curiam veniens non pignoretur preterqu debiti alicuius conalij. vide infra. procurator.

Nullitas usque ad .lx. dies a die pronunciationis sententie cõnumerandos potest allegari. vide infra. Sententia.

¶ Nullitas que contra processum qui fit inquisitionis virtute super terminis uel glande colligenda allegatur non obest vide supra. Inquisitio.b.

Numerus p rectorum rectorum seu tabellionum auitatum uel locorum per Reges limieatus augendus nõ est. Rescripta autẽ seu littere Regis cõtra hoc cõcesse licet obediantur non tamẽ debẽe adimpleri. officia uero taliter augmentata cõsumãtur cum vacauerint donec ad numerum reducãtur limitatum. Cum itaque quisquam ad dicta officia ultra limitatum numerum a pretoribus. algazelis seu rectoribus locorum reapieur Etiam preterqu rescripta seu littere Regis de nouo concesse. seu in locum cõsumendi officij assumantur ipõ facto officia perdant recipiẽtes. Et extunc officijs suis minime vtantur. Rex autem etiã ad cõalij auitatis uel ville supplicationem dictum numerum augere non debet. Ord. Regis. Jo.ij. Zamore. peti.ij. vide infra. Officia.b.i.B.

¶ Confirmatur ista lex per Regem. Jo.ij. Madrid. anno domini. Mill.cccc.xxxv. peti.ij. Et addit ibi Rex quod et si ipẽ contra huiusmodi.l. tenorem primam secundã seu terciam concesserit iussionem Etiam si in eis hec.l. includatur Et quecunque alia lex seu exorbitantia quacunque firmitate vallata et sub quibusuis penis non valeat. nec adimpleatur .alias adimplentes nõ excusantur a pena huius legis Rex Hen.iiij. in curtis de Nieua reuocauit omia priuilegia et rescripta naturalitatis que extraneis a Regno Castelle

concesserat .et in futurum concessisset cuiuscunque conditio
nis seu status fuissent. Illud idem promiserunt Rex fer .et
Regina in curiis de Madrigal Excepto tamē si pro aliqua
persona extranea pretextu magnorum seruiciorum procu
ratores ciuitatum et locorum Regni i curiis supplicauerit
et non alias. Et preceperunt omibus ecclesiis nec hoc con
senciāt nec permittāt quod pretextu talium rescripcorum
possessiones aprehendant beneficiorum nec dignitatum. Et
super hoc cōcessit rescripta et litteras ut pape et cardina
libus ne contra hoc prouideant. Ea. ordi. deti. xi.

Obligatio cum cōstat per aliquem facta per cō
tractum uel promissionem seu alias quomodo
cunque obligatus eis quibus obligatur tene
tur nō obstante quod opponatur stipulacio
nem cum certa Solennitate nō esse factam. uel etiam quod
contractus inter absentes fuit celebratus. uel quod obliga
tio fuit tabellioni facta. uel alie priuate persone nomine a
liorum inter absentes. seu quod ese obligatus uni dare. uel
alteri facere. Foro nouo Regis. Al. de Alcala. ti. xvi. l. i.

Obligatio. No. ex hac. l. Quod quotiens ad actum perficiēdum concurrunt
causa materialis. efficiēs. formalis. et finalis Actus dicitur perfectus. et per
consequens suum habere effectum. De electi. c. Cum in cunctis. et. c. Quia pro
pter in matrimonio spūali. In carnali. De spō. c. Cum locum. et. c. Cum apud.
De causa formali. xxx. q. v. Aliter. De electi. c. Congregato. De causa effici
ente. De iudici. c. At si clerici. C. Si a non competen. iu. per totum. De causa
finali. De bigamis. c. Debitum. Omēs autem iste cause concurrunt in eo qui s
bi obligatur. ut hic. ergo et ceters. ¶ Item no. circa hanc materiā Quod ille qui
promittit aliquid facere debet illud facere suo sumptu. notat Dor. post glo. in. l.
Quo uictu. ff. De operis liber. Quod est verum secundum eum Nisi cōsuetu
do aliter se habeat. ut no. in. l. Exceptio. C. Loca. Et si hēt aliter unde se alat.
ut Dor. ubi supra. ¶ Item no. Quod obligatus ad rem tradendam debet eam
tradere liberam ab omnibus creditoribus. et sic liberam et expeditā. ff. De acti.
et empti. et ven. l. i. et. ii. notatur in. c. Ecclesia in. ii. Ut lite pen. De hac ma
teria vide supra. Executio.
¶ Quomodocunque. s. per Epistolam uel cirographum seu per testatorem in testa
mento. ut. l. Assignare. ff. De assignandis. liber. Et no. glo. fi. in. l. Heredes palā
. ff. De testa. Nam cum constat seu apparet per uerba contractus uel promissi
onis contrahentem obligari dele sufficit. ut. l. Ex ea scriptura. ff. De testa. Et

sic hodie iura Regni volunt tantum veritatem ampleti non iuris subtilitatem sequi. ut eodem Foro nouo. l. Muchas vezes. que est infra. Processus. a. b. Et vide quod ibi dixi. Nõ obstante. No. ex hac. l. Quod in obligatõne seu promissione et si solennitas iuris deficiat que in talibus de iure antiquo consueuit apponi ut no. insti. De uerbo. obli. §. In hac re. et. C. De contrahen. et cõmi. stipu. l. Omẽs. Sufficit hodie uerba consensu contrahentium composita apponere. ut hic Nec etiam requiritur hodie utriusque partis cõsensus. ut in dicta. l. Omẽs. Sed obligantis tantum. ut hic. Unum tamen no. Quod et si hodie per hanc. l. ãtiqua solemnitas tollatur Non tamen tolluntur obligationis substantialia. Nã si per uerba solum enunciatiua non dispositiua Que nullam habent dispositionem ãnexam fiat confessio extra iudicialiter Non videtur quis obligatus. iuxta notata eleganter per Cy et Bar in. l. Generaliter. C. De non nu. pecu. et per Hen. in. c. Ex parte. De confes. i. di. et Bar. in. l. Lucius. §. Quisquis. ff. De le. ij. et De libe. le. l. Aurellius. § .fi. Et in alle. l. Ex ea scriptura. Et in. l. Cum quis decedẽs. §. Conditio. et. l. Unum ex familia. §. fi. ff. De le. ij. ubi tractat de cõfessione emissa in ultima voluntate. Nam licet talis cõfessio per uerba enunciatiua sit sufficiens ad probandum Non tamen ad obligandum. Nec etiam ista lex approbat inutiles stipulationes seu obligationes propter inhabilitatem persone. ut si est minor. uel furiosus. uel ratione impossibilitatis rerum. ut si ẽ res sacra. uel non est in hominum comercõ. uel ratione inutilis adiectionis. ut insti. et. C. De in uti. stipu. per totum. Inepta tamen uerborum conceptio nõ viciat obligationẽ ut hic Si constat de mente obligantis. Et in hoc solum corrigũtur iura ãtiqua. Ex quibus no. etiam quod et si non dicam Obligo me. uel Promitto Sed tãtũ dicam uel Scribã me tibi debere. c. Ex aliqua causa Videor illa promittere. ut no. Bar. in. l. Ex sententia in fi. ff. De testa. tutel. Sufficit enim quo ad obligationem uerborum colligi consensum ex uerbis per interpretatõnem. ut est tex. in. l. i. §. Si quis ita. Et ibi per Bar. ff. De uerbo. obli. Et idem in legatis uel testamentis. ut ibi per Pe. et Bar. Solennitate. Et sic no. Quod si non valet quod ago ut ago valet ut valere potest. de quo brocardico vide quod elegãter no. Bar. in allegato. §. Si quis ita. Est tamen notãdum Quod hec. l. loquitur de solennitate instrumenti intrinseca formali Que uerificatur uel ẽ apta comprehẽdi ex uerborum prolatione. ut in casu. l. Sciendum. ff. De uerbo. obli. ut puta de fideiussore qui non potest intelligi Nisi cum stipulatione. ut. l. Stipulationum alliẽ. §. Satis accepto. eo. ti. Secus enim de extrinseca solennitate que uerborũ prolatione nõ comprehenditur. ut videlicet tutoris auctoritas Sine qua emptio nõ ualet. uel renunciatio vellepani sine qua mulier non obligatur. ut. l. Quicumque. §. fi. ff. De publici. Et sic lex ista loquitur de his qui efficaciter sine aliqua solẽnitate extrinseca possunt obligari. ut notat glo. et Bar. in dicta. l. Sciendũ.

¶ Item no. Quod tenetur quis ex professione quam facit corã iudice que habet vim stipulationis. ut. l. Cum ostẽdamus. §. i. ff. De fideiussi. tu. no. Bar. in. l. Cum quis decedens. ff. De le. iij. ¶ Item no. Quod si obligo me quod obligabo me tibi in futurum ad. x. non requiritur noua promissio quia statim sum obligatus. ut ẽ dictum singulare. Jo. ã. in addici. Sper. in. ti. De obligati. et soluti. super rubrica. ¶ Item no. Quod potest quis obligari sub amissione cause. uel sub priuatõne

beneficij. ut. c.fi. De crimi. fal.i. q. vij. Quotiens. De conse. di. ij. Ego berengarius cum liberū sit cuicunque iuri suo renunciare. ut alle. x. fi. ¶ Itē no. Quod portator litterarum credentie que sunt generales et informes Non potest obligare mittentem. Nam ex ipsis litteris hoc non potest intelligi Quia propter nimiā obscuritatem tales littere non ualent. ar. ff. De iure fisci. l. Ita fidei. secūdum Bal. in. l. Dominum. C. Quod cum eo. et Bar. ff. De fideiuss. l. Lucius.

¶ Et super hac. l. Rex Ven. iiij. in ordinatione de Madrid. anno. Mill. cccc. lviij. Decli. xxiiij. Statuit quod contra tales obligationes. cōtractus. compromissos. atque sentētias. et alias quascunque scripturas que paratam tradunt executionē nulla alia exceptio seu defensio potest allegari nisi solum solutio debiti uel pactum de nō petendo. uel exceptio falsitatis vsure vis seu timoris talis qui de iure permittitur. Et si alia quecunque exceptio allegetur non recipiatur. nec excipiens audiatur. Et alijs quibuscunque exceptionibus non obstantibus Iudex ad executionē procedat. et ad effectum eam producat. ¶ Item quicunque faciens celebrans contractus emptionis venditionis. seu permutationis. uel cuiuscumque alterius forme seu qualitatis si maior fuerit. xxv. annorum etiam si decipiatur uel damnum patiatur. dum tamen deceptio nō contingat ultra dimidiam iusti precij Tales contractus pro celebratis censentur sine dolo et bona fide. Et obligati illos tenentur adimplere. ¶ Item si duo obligantur simpliciter per contractum vel alias ad aliquid faciendum uel implendum Ipo facto obligati cēsentur quilibet pro medietate nisi in contractibus apponatur quod quilibet isolidum sit obligatus. uel aliter inter se parciatur. Et hoc nō obstantibus iuris cōmunis legibus que in contrarium disponunt. Et obseruentur hec in preteritis cōtractibus sicut in futuris.

¶ Et super hac. l. Rex Ven. et cetera. Et in hac noua lege Regis Ven. notatur primo quod si contractus fiat contra legem Potest exceptio contra eum opponi Quia instrumentum contra legem conceptum non valet. nec id quod sequitur ex eo. uel ob id. ut. l. Non dubium. C. De legi. et. l. Iubemus. C. De sacro san. ecclesiis. Idem si promissio sit inutilis. quod euenit multis modis et causis. insti. De in uti. stipu. per totum. Et si principale nō ualet Nec accessoriū valere potest.

ut.l.Cum principalis.ff. De regu.iuris. ¶ Preterea ista nõ est exceptio Cum exceptio sit actionis exclusio.ut.l.ii.ff. De excepti.et.l.i.C. De iuris et fac. igno. Licet potest dici exceptio illa ꝛ etiam que est intẽtionis exclusio.ut.l.Qui se debere.ff. De condi.ob causam. Sed circa hoc est distinguẽdum An est inutilis stipulatio De qua sententia uel promissio nil valeret Quia est impossibilis nature.uel ẽ minor qui promissit sine auctoritate tutoris Et tũc potest opponi per iura supra allegata. Idem tu non es procurator. Idem quando est talis exceptio que reddit iudicium nullum.l.i.C. De iuris et fac.igno. Et idem dico si alie legitime exceptiones opponantur.ut tu non habes personam standi in iudicio. uel tu es bãnitus.uel excõmunicatus. uel similes exceptiones que nõ opponuntur cõtra id quod promissum est Sed contra id quomodo fit.ar.C. De testi.l.i.ꝛ.ii. Et idem si opponatur quod nõ fuit seruatus ordo statutorũ ciuitatis.ar. ff. De iu di.l.Si pretor.C.Si cõtra ius.uel utili.pu.l.fi.et.l.Nõ ignorat. ¶ Sed quid si pater fami.promissit per instrumentum gerenticiũ renunciando omnibus exceptionibus dare.c.filie ꝛ Titio suo sponso pro ea maritanda.Ticius iste maritus futurus.petit executionem dicti instrumenti. opponit pater matrimonium nullum fuisse secutum.ut.l.Stipulatio.ff. De iure doti.Et qui per condictionẽ aliquid promittit non videtur obligatus ea pendente ut.l.Non omẽs.ff. Si certum petatur.insti. De uerbo.obli.§.Sub conditione. Et debitum solutum per errorem repetitur conditione pendente per quod patet nõ esse debitum interim. ut.l. Sub conditione.ff. De conditione indebiti. ¶ Contrariũ tamen senciunt doctores quod per uerba istius legis Regis.Nẽ. uel per uerba statuta si id cõtineretur in instrumento quod est lex municipalis nullas exceptiones admittentes nisi hic exceptas Debeat ista lex ad vnguem seruari ut iacet.ut.l.Prohibere.§.Nõ tantum.ff. Quod vi.aut clam. ¶ Item nulla potest opponi exceptio.ergo nec ista Quia verbum generaliter prolatum generaliter est intelligendum.c. Si romanorum.xix.di. ¶ Preterea ista satis est exceptio intẽtionis.s.exclusio.ut dici consueuit in eo qui cõuenitur postquam soluit.ut alle.l.Qui se debere. Casus enim uenientes non faciũt conditionalia legata in conditionibus extrinsecis.ut.l. Conditiones.§.Extrinsecus.ff. De condi.et demo. ¶ Item quia creditor conditionalis mittitur in possessionem.ut.l.In possessionem.ff. Ex quibus causis maio. Et ista.l.debet aliquid operari ultra id quod est de iure cõmuni permissum. .ff. De iure doti.l.Sic stipulatus. ¶ Item no. Quod licet secundum formã huius legis non debeat admitti libellus sed per executiõnem procedi. Moritur creditor herede relicto.et agit heres ut instrumentum garẽticium mandetur executõni contra debitorem uel eius heredem. opponitur ab heredibus debitoris uel cõtra heredes creditoris quod proponatur actõ sine qua nemo debet experiri ꝛ seruetur auct.Offeratur.C. De litis contes.Et si agit creditor contra heredes debitoris debet ante litem contestatam interrogationes facere de quibus.ff. De interro. acti.l. De etate.§.i.et.ii. Alii dicunt quod executio habet locum in heredibus et cõtra heredes cum persona patris et filii est una.C. De impu.et aliis substi. l.fi. Et silentium heredis est defuncti.l.Posts.ff. De his quibus ut indig.Et ex persona heredis conditio ac status legis seu statuti non mutatur.l.ii.§. Ex his.ff. De uerbo.obli.facit.l.Heredes.ff. De iudi. Et.l.Ex cõtractu.ff. De

re iudi. Facit quia iste contractus garenticius et ipsius potētia est statuta a lege diuētē. Et ideo tenētur heredes. ff. Quod quisque iuris. l. Quod quis. § . Quod autem. Quidam tamen famosus doctor Bonarius de urbe veteri tenet contrarium Quod sit dandus libellus et lis contestanda Quia lex non debet extendi ultra personas principales. allegat. l. Qui liberum. ff. De uul. et pu. De condici. et de. l. Quod odis. et. l. Qui heredem. et. l. Si pater. et. ff. De in offi. do. l. i. in prin. ff. De his qui in testa. delen. Cum autem lex ista seu statutum sit contra ius cōmune tanquam ambiciosum est restringendum potius quam laxandum. ut . l. Quod non. ff. De legi. et. C. De mino. l. Denique in prin. Et ideo debet iuris ordo seruari. Vide tamen conclusionem infra in fi.

An autem possum petere executionē in debitorē debitoris mei Aliqui dicūt quod possum. ut. l. Cum notissimi. § . Cum illud. C. De prescripti. xxx. uel. xl. annorum. Item actiones quas debitor habet directas cōtra suum debitorē eius creditor habet utiles. ut. l. Nomen. Quecres pigno. obli. po. Et sic una et eadē persona censetur debitor et creditor eius in petendo. Utilis enim et directa eiusdem potentie sunt. et eundem effectum habent. ut. l. Actio. ff. De nego. ges. Et per consequens eadem priuilegia debent habere. ff. De priuile. credi. l. Priuilegium. Alii dicunt quod requiritur libellus et actio cum res inter alios acta et cetera. Idem etiam dicitur de eo qui habet iura concessa quod non possit sine libello et actione debitum consequi. Et quia lex uel statutum loquitur inter contrahētes nec debet extendi Sed stricte intelligi. ut. l. Prospexit. ff. Qui. et a qui. Veritas tamen est in contrariū Quia ubi lex non distinguit nec nos. in. l. Quos prohibet . De postu. Et si lex voluerat quod haberet tantum locū inter cōtrahētes illud dixisset. ut. l. Item apud labeonem. § . Hoc editum. De iniuriis. quod probatur Nam in confessum nulle sunt partes iudicis. in. l. Proinde. ff. Ad. l. aequi. Videntur namque debitores iam cōuicti. et confessi per talem contractum. Et sic cum hic cessionarius in locum creditoris succedat Poterit sicut creditor executionē petere. ut. l. fi. C. De execu. rei iudi. Et cessionarius debet uti iure cedentis. C. De heredi. uel acti. ve. l. Emptor. Et si quis in alterius iure succedit et cetera . c. Si quis. De regu. iuris. li. vi. Sit ergo conclusio Quod filius et heres creditoris et extraneus heres possunt sine oblatione libelli contractum garenticium petere executioni mandari. Quia sicut patris et filii una consequuntur persona Sic et heredis et defuncti. ut. l. fi. C. De impu. et aliis substi. Et idem est de toto quo ad totum quod est de parte quo ad partem. ut. l. Si quis. § . Tertio. ff. Si quis cauti. Transit namque obligatio cum sua causa. ff. De pigno. acti. l. Si eō uenerit. § . Si fundus.

Item no. circa hanc. l. Quod non solum loquitur de contractu inter uiuos Sed etiam si quis in ultima uoluntate cōtrahat Nam et hoc fieri potest. ut. l. Ex sententia. ff. De testi. Et no. glo. et Dy. in. l. Heredes palam. § . fi. ff. De testa. et Dy. in regula Quod semel. De regu. iuris. li. vi. et. Io. de ymo. in rubrica. De testa. Et tales contractus in ultima uoluntate celebrati sunt irreuocabiles Etiam in conualescentia. ut no. per docto. ubi supra.

Item no. Quod licet de iure ciuili adquiratur actio stipulatori et non adiecto in stipulatione cui licet solui potest. non tamen ipē agere potest sine mādato. l. Sed

et si filio in fi. Et. l. Si uero. ff. De consti. pec. Nam talis nō habet mandatum
nec est procurator. ut. l. Vero procurari. ff. De soluti. ubi hoc tenet Bar. et ip
se notat in. l. Jullianus. § .i. ff. De uerbo. obli. Sed per hanc. l. videtur quod a
gere possit adiectus. Nam ex obligatione oritur actō Sicut ex cōtractu ipā obli
gatio. ut. l. Licet. ff. De procura. Sed hic constat de animo obligandi. ergo ex is
ta obligatione dicimus istum adiectum habere actōnem contra promittentē ut si
bi soluatur. Nec obstant iura supra allegata. Quia ibi obligatio non adquireba
tur isti adiecto Sed tātum stipulatori. Sed eum hodie per legem istam adquira
tur ei stipulatio. ergo idem in actione cum de animo obligandi cōstat. quod est no
tandum. Et sic iura illa sunt hodie per hanc. l. correcta. ¶ Item no. circa hunc
passum Anto. et Abb. in. c. Dilecti. De iudi. tenent quod nō valet statutum
approbans rigorem iuris ciuilis Quod ex nudo pacto non detur actis cum sit con
tra naturalem equitatem.

¶ Item no. Quod prescriptio decēnij de qua in. l. ista nō currit Si debitor iurauit
Nam tunc non potest aliquo spacio prescribi. ut. c. Si dilligenti. De prescripti.
et ibi. Jo. an. et Anto. quod habet locum viuente iurante eo autem defuncto a
morte eius seu abbadita hereditate potest heres prescribere secūdum formā huius
legis Et est ratio Quia heres solum remanet obligatus ad soluendum nō tamē
ad iuramentum implendum quod defunctus fecit. eum iuramētum sit personale
ut. c. Veritatis. De iure iuran. Et non extenditur ad heredes. no. Jo. an. et
Hen. in. c. fi. De sepul. et docto. in. c. Cum. c. laicus. De foro cōpe. li. vi.

¶ Item no. Quod exceptio ista prescriptionis decēnii non potest debitor renūciare
ut tenet Bar. in. l. Nemo. ff. De legi. et Abb. in rubrica. De prescripti. Est
tamen notanda cautella de qua supra ut. s. debitor promittat quod totiēs promit
tit soluere quotiens prescriptum fuerit decēnio et cetera. ut. l. Quotiēs. ff. Quē
admodū usufructu. amit. Et glo. insti. De heredi. insti. § .ii. ¶ Itē no. Quod
obligationis nouatio Si fiat durante tempore obligationis per principalem Fide
jussor est liber ab obligatione. Ange. et Bal. in. l. Si unus circa fi. De pactis. et
docto. in. c. Preterea. De appe. et in. c. Constitutus. De fideiusf. Foro legum
li. Delos fiadores. l. x. Et vide quod ibi scripsi.

¶ Nulla alia exceptio. Nisi sint exceptiones que detrahunt iuri agēdi. ut exempli
ficat. Jo. an. in. c. Item cum quis. De resti. spoli. sicut si statutum diceret quod
contra instrumentum publicum non admittitur aliqua exceptio. certe possum ex
cipere quod illud instrumentum non est publicum Tunc enim non venio contra
statutum Sed tollo illam qualitatem super qua se fundat statutum ad tollēdā
illam exceptionem Sicut in simili no. in cle. i. De sequestra. posse. in glo. Et sic
no. Quod si dicatur contra sententiā quod non admittatur aliqua exceptō Pos
sum excipere quod non fuit lata a iudice suo Quia tunc non est sentētia. Ex qui
bus collige quod ubicunque in statuto uel in alia dispositione tolluntur exceptio
nes certo casu Non videntur ille fore sublate que veniūt ad detrahēdum illam
qualitatē super qua se fūdat dispositio in tollēdis exceptōnibus. Ideo dicit Bar.
in. l. i. § . Denique. ff. Quod vi aut clam Si statutum dicit quod contra instru
mentum confessionatum non admittatur exceptio potest opponi quod non sit con
fessionatum. facit. l. Non ignorat. C. Que accu. non po. Secus dicit Bar. in vi

cto. §. Denique si instrumentum est simulatum. Quia simulatio non facit contractum desinere esse publicum. ut. C. Si quis alias uel si. l. i. et. l. Quauis Abbas de cecillia cum alle. c. Item eum quis post Wal. in. l. i. C. Plus ua. quod agitur. Distinguit quod aut simulatio probatur presumptione iuris et de iure et potest opponi. ut in auct. Sed iam necesse. C. De donati. ante nupti. Aut uenit simulatio probanda. et tunc aut obicitur contractui et non potest opponi. et est ratio quia simulatio bene facit desinere contractum Quia non est contractus qui simulatur Sed ille qui uere agitur. C. Plus ua. per totum. Sed tamen bene est instrumentum publicum licet confectum super debito simulato. ut. l. i. C. Si quis alias uel sibi. Aut obicitur simulato rogationi tabellionis Quia dicitur quod rogatus fuerit simulate. et testes simulate adhibiti. et tunc poterit opponi quod illud instrumentum non est uere instrumentum Quia deficit in eo solenitas instrumentaria. i. rogatio. ut auct. De tabelli. §. Nos autem. Et de hac materia per Wal. in. l. Reffert. De sal. cau. adiec. ¶ Sed quid si statutum dicat nulla exceptio qualiscunque sit admittatur dicit Wal. in dicta. l. i. §. Alteri. Quod debet implorari officium iudicis ex quo equitas suggerit. ut possit agi uel excipi. ar. in. l. Plane. ff. De petiti. heredi. Secus si dicat nulla defensio admittatur Quia tunc excluditur remedium officii iudicis. et in tali casu est remedium. ut prius soluat Et postea repetat. ut no. in. c. Ex parte. De offi. dele. Et hec no. Abb. de cecillia in allega. c. Item cum quis.

¶ Est tamen notandum ad hanc materiam Quod si statuto caueatur quod contra instrumentum confessionatum non possit opponi nisi exceptio solutionis Quod nichillominus poterit opponi exceptio liberationis quocunque modo procurata. Et sic poterit opponi exceptio compensationis. ut est tex. in. l. Si debitor. §. Nichil interest. ff. Qui poti. in pigno. ha. Si tamen statutum proferret uerbum solutionis cum adiuncta Puta quia diceret contra instrumentum publicum nulla exceptio possit opponi Nisi exceptio pecunie solute Tunc non admittitur exceptio liberationis uel compensationis. ut notat Barba. super rubrica. De solu. De hac materia vide Ange. de aretio. insti. De acti. §. i. b. Tertio. ex his etiam infertur cum vbe. sequenti.

¶ Obligatio per laicum facta per quam ecclesiastico iudici subicitur non valet. vide supra. Citatio. a.

¶ Obligatio xpiani que iudeo uel mauro fit non valet. vide supra. Contractus. a.

¶ Obligari debet extrahens res vectitas a Regno. vide supra Extrahens. e. vide supra. Contractus per totum. et supra Instrumentum per totum. et infra. Rescriptum per totum.

¶ Obiectio contra testes Qualiter. et quando. et quomodo fiat. vide infra. Testes.

Occidens uel etiam percutiens aliquem in Regis curia seu in castro moriatur Nisi hoc in sui defensionem uel in

a casibus a iure permissis fecerit. Idẽ de illo qui conuincatur
fur latro seu depredator in dicta curia. uel si cum furto uel
preda deprehensus fuerit. Si uero quis cultellum uel ensẽ
ad rixandum extrahat amputetur ei manus. Ordi. Regis
Al. in Madrid. Pet. xi. et Regis Hen. i. Tauri. l. i. Et in a
lia ordinatione Tauri. l. xix.

¶ Occidens tenentes loca consiliariorum pretorum adelanta
b torum maiorum seu algazeli maioris Regis de quibus su
pra. Eodẽ consilium. i. uel occidẽs pretores maiores Tolle
ti. Hispalen. Cordubẽ. occidatur et bona perdat. nõ tamẽ
sit alleuosus. percutiens uero perdat bona et perpetuo ex
tra Regnum exilio tradatur. Horum autem minores uel
loca tenentes occidens uel capiẽs moriatur. Percutiẽs ve
ro licet nõ occidat bonorum perdat medietatem. et per de
cẽnium a Regno exulet. Ordi. fori noui de Alcala. ti. xx. l.
Tenemos por biẽ. Et Regis. Al. Segobie. l. xi. Coadunãs
autem gentes contra supradictos uel eorum aliquẽ per de
cẽnium extra Regnum exulet. Auxilium vero ei prebẽtes
per annum Regnum exeant. dc. insuper soluant morobe.
bone monete. Iniurians autem duos mille soluat moro. et
per duos mẽses i cathenis detineatur. foro nouo Regis Al.
de Alcala. l. Si algunos. ti. xx. Et eiusdem Regis Segobie
. l. xii. ¶ Item cõmittens uel aggrediens contra aliquem
de dictis officialibus cum intentione eos occidendi seu iniu
riandi cum armis uel sine armis licet propositum ad effec
tum nõ perducat propter ausum temerarium Si genero
sus seu honorabilis homo fuerit per biennium extra Reg
num maneat. et sexmille insuper soluat moro. Et si homo
de minoribus fuerit domum substinens in cathenis per an
num iaceat. anno vero transacto per biẽnium a Regno e
xulet. Si autem homo vilis fuerit domum non habens qui
quaginta flagella patiatur. et per annum in carcerem ma
neat. eodẽ foro nouo de Alcala. et eo. ti. xx. l. Mandamos

et Rex. Al. Segobie. l. xiii. et de aliā legē huius. ti. supra. Judex. t.

¶ Occidens per insidias seu insidiose colloquio seu consilio facto ad percutiendum uel occidēdum aliquem expectet et percutiat licet non occidat morte moriatur. Foro nouo Regis. Al. de Alcala. ti. xxii. l. i. Et eiusdem Regis. Segobie. l. xviii.

Occidens. Seu insidiose. No. quod accipiens pecuniā ut cōmittat delictum illa applicatur parti non fisco. ut est tex. in. l. Elegāter. §. Illud. et. l. Si quis a b alio. §. Sint filii. ff. De calum. Et hoc tenet Ludouicus in. l. i. ff. De his qui pene nomi. et glo. ibi vide. l. Lucius. C. De iure fisci. et. l. Claudius. ff. De his qui. ut indig. ¶ Item no. Quod preparamenta que fiunt ad guerrā ostēdunt animum preparātis. ut. ff. De condici ob causam. l. Si pecuniam in prin. ¶ Item no. Quod idem est de eo qui venenis hominem occidit. etiā si dolo hoc non faciat. ut insti. De publi. iudi. §. Eadem lege. Nam etiā talia medicamenta nobis vendi non debent. ut ibi notat glo. Sed est notandū Quod venena que nil ualent nisi ad nocendum Non debēt vendi. Si tamē sint ma'a mixta tamē cum bonis prosunt debent vendi. ff. De contrahen. empti. l. Quod sepe. §. Veneno. De uerbo. signi. l. Qui venena. Est tamen notandum Quod nullum tale medicamentum nociuum debet publice vendi. cuicunque uolenti emere nisi personis notis et fidelibus, de quibus verisimile est quod indigent pro bono. ut medicis Et sic debet intelligi tex. in dicto. §. Eadem lege. ut ibi no. Jo. faber. Et sic no. quod nō punitur qui vendit Sed qui publice vendit et cetera.

¶ Consilio. Circa hoc no. Quod si sit fama contra aliquem de homicidio de quo probatur fama et qu'a accusetur quod prestitit consiliū homicidio Et probatur quod fuit locutus ad aures homicide. Et nesciebatur quid ei dixerat ꝛ statim iuit ꝛ occidit. certe ex breuitate spacii presumitur consilium ei dedisse. ut no. Bar. post glo. in. l. Si uencci. §. eorum. ff. De priuile. credito.

¶ Licet non occidat. Et circa hanc materiam no. Quod si aliquis uulnerauit aliū Judex ad petitionem ipsius uel forte ex suo officio mittat medicos ad infirmū qui si referunt iudici non esse uulnus mortale licet infirmus postea moriatur censetur mortuus ex mala custodia quam ex uulnere ideo uulnerās condēnabitur de uulnerato et nō de occiso. ut. l. Semel. C. De re mili. creditur enim medicis in arte sua de sanitate et infirmitate ꝛ uulnere mortali uel non mortali uel de cicatrice remansura. uel non remansura et similibus. ut ibi. et. c. Significasti. ii. De omici. ubi est tex. facit glo. in. l. Vnica. De emendā. secus. ꝛ Bar. in. l. Si in rixa. ff. Desicaris. et. Jo. de pla. plene in allē. l. Semel. ꝛ conclude quod si medici retulerunt aliquem mortal ter uulneratum · ui tamē postea sanatus est et curatus Condemnabitur uulnerās de letali uulnere. ut dicunt docto. ar. dicte. l. Semel disponentis standum esse iudicio medicorum. ¶ Item quia habuit animū occidēdi quod patet Quia fuit iudicatum uulnus letale. ergo erit idem ac si occidisset. ar. l. Is qui cum tello. C. Desicaris. magis enim videtur casu fortuitu cura

.o. vi.

tus quam alias. Ideo tanquam de letali uulnere est puniendus. ff. De adulte. l. Nichil. et. l. ii. ff. De condi. et de. et. Jo. de pla. in alle. l. Semel.

d ¶ Occidens alium Etiā in rixa nisi se defendendo. uel nisi iustam causam de iure habuerit occidendi moriatur. Eadē ordi. Fori noui. et. eo. ti. xxii. l. ii. Et eadem ordi. Segobie. l. xix.

¶ Occidens. Etiam in rixa. Et si plures sint conuocati seu pulsati ad iniuriam faciendam Omēs tenentur licet unus iniuriam inferat. ut. l. iii. ff. Ad. l. iulli. De ui. priuata Nam cum omēs constat percuciendi animo arma assumpsisse Omnes tenentur. l. fi. ff. Ad. l. corneli. De sicaris. Et qui occidendi animo uel dolo malo homicidium faciendi ambulauerint omēs. l. Cornelia. ff. De sicaris. tenentur. ut. l. i. § . i. et. § . Diuus. ff. Ad. l. cor. De sicaris. Nam cum plures animum habēt offendendi Non est inconueniens quod plures ex eodem delicto teneātur. notat Cy. in. l. Quoniam multa. Ad. l. iulli. De ui. pu. uel prius. q. i. Et omēs equaliter puniuntur. quando omēs ex proposito uenerunt. l. Item mella. § . Sed si plures. ff. Ad. l. Acqui. nec obstat. l. Si in rixa. ff. De sicaris. nec. l. Absentē. De penis Que loquuntur quando ex impectu in rixa et sine proposito occiderunt. ut ibi glo. ¶ Item facti atrocitas amouet interpretationem animi nō presumendi. notat Dy. in regula In obscuris. Et quia omēs deprehendūtur in actu delinquendi Omēs puniuntur. Et si unum tantum uulnus appareat ne delicta remaneāt impunita. ut ibi Dy. Idem si quis non occidat Sed mortis causam prebuit. ut Bar. in. l. i. § . Diuus. De sicaris. Et probatur animus ex qualitate percuciendi. ut ibi Bar. Et qui diu facere temptauerit Et alterutri parti curam malorum prebuit capitali pena plectetur. ut allegata. l. Quoniā multa. Et uide De ci. in. c. Significasti. De homicidio. licet contra tenet glo. in. c. fi. xxiii. q. fi. Et glo. in. c. Nollite. xi. q. iii. Et glo. in. c. Cupientes. § . Ceterū. De electi. li. ui. Quia omnia ista iura intelliguntur quando in rixa et non ex proposito quis delinquid. An autem si factū sit notoriū requiratur quod pars audiatur. uide Spec. titu. De homici. § Pone quod quatuor. Est tamen notandum Quod non hēt locum materia notorii Nisi iudex informetur quis notorie delictum cōmisit. no. Jo. an. et Anto. in. c. i. De offi. lega. li. ui. Et circa hoc uide ad plenum Salice. in. l. Ea quidem. C. De accusa. et Anto. notabiliter in. c. Uestra. De cohabi. cle. et mulie. et. Jo. de millas. super parte Notorum per totum. ubi recitat conclusiones Anto.

e ¶ Occidens seu percutiens alium cum sagitta in ciuitate uel uilla. seu Regis curia post huius legis publicationem Etiā si percussus non moriatur. ultra corporalem penam medietatem perdit bonorum. et Regis camere applicatur. Ordi. Regis Hen. ii. De penis. l. xxii.

f ¶ Occidens seu percutiens alium in itinere eum depredando ultra corporales penas medietatem perdat bonorum. que

Regis camere applicatur. Si autē in itinere ultra centum modo. depredauerit medietatem etiam perdit bonorum. Medietas quorum Regi. Residua depredato applicatur. Eadem ordi. De penis. l. xxv.

g Occidens pretorem iudicē uel merinum Regis ciuitatis uel ville. seu officialem Regis cum salario omia bona perdit. et Regis camere applicantur. Eadem ordi. l. xxvi.

h Occidēs alium per industriam tregua uel securitate data. uel alio quocunque casu ob quem condemnatus est ad mortem Si post condemnationem curiam temeratie ingrediatur. uel per quique leucuas per curie girum. ultra corporis penā Medietas suorum bonorum Regis camere applicatur. Eadem ordi. De penis. l. xxviii.

y Occidi potest impugne cum armis se defēdēs a pretore de las sacas. uel a custodibus rerum vetitarum ne capiatur. Vide supra. Custodes. e.

n Occidēs alium Secure ē aleuosus. Vide supra. Aleuosus. e.

Occidens. Secure. Et nota incidenter quod delinquens cum ducitur ad supplicium non potest in itinere ab alio occidi. nec etiam a ducentibus eum. licet timeāt ne ab eis auferatur Nisi ad hoc habuerint spāle mandatum Alioquīn capitaliter punitur occidens eum. Quia facit ut persona priuata nō ut publica. notat Bal. in. l. Aditos. C. De epis. audi. Item an occidēs alium potest ei succedere. uel heredi suo. Vide quod no. supra. Heres.

l Occidens Se ipsum omia bona perdit. et Regis camere applicantur. Ordi. Regis Hen. De penis. l. xvii.

Occidens. Se ipsum. Lex tamen partite. vii. partita. ti. xxvii. l. i. nullam penā imponit. Idem auct. Bona damnatorum. C. De bonis prescriptorum. cum qua concordat. l. i. et. ii. C. De bonis eorum qui mortē sibi consti. et. ff. Eo. l. fi. Habet ergo locum de iure bonorum publicatio illius Qui se occidit quoniā cōmisit tale crimen quod si sententia sequeretur publicarentur eius bona. ergo in casibus in quibus per sententiam non publicarentur eius bona etiam si se occidat nō priuātur heredes a successione. ut notat Bar. in dicta. l. fi. ff. De bonis eorū qui mor. sibi consti. Hodie autem Reges extendunt hanc penam per hāc. l. Ut uolunt.

m Occiduntur vendentes alienantes uel extrahētes a Regno res vetitas. Vide supra. Extrahēs. a. b. c. Cum sequētibus et. c. Equus per totum. et infra. c. Venditio.

Occidens uel percutiēs Regis hospitionarium punitur. ut

n supra. Hospitionarius. a.

¶ Occidere potest sponsus de presenti sponsam adulterãtem
o vide supra. Adulterans. a.

¶ Occidẽs uel mutilãs cõsiliarios pretores algazelum. seu a
p delãtatos uel presides punitur. ut supra. Cõsilium. p.

¶ Occidens uulnerans seu impediens iudices uel officiales ciui
q tatum uel locorum punitur. ut supra. Judex. t.

¶ Occisio secura dicitur que in rixa uel in bello facta nõ pro batur. Vide supra. Mors. a.

Odii seu inimicitie pretextu nemo dominorum alterius domini vassallos seu familiares damnificet. Vide supra. Inimicitia.

Officiales Regis cõsiliarii et priuati sint Regni naturales. Ordi. Regis. Al. Madrid. decr. xxxvi.

Officiales. Cõsiliarii. Nec pati debet Rex quẽquam celsiorem gradum obtinere Nisi cui et laborum assiduitas. et stipẽdiorum prolixitas suffragatur. l. fi. C. De tironibus. li. xii.

¶ Et circa officiales no. Quod officiales et omẽs de sua familia donec durat officium dicuntur ciues illius loci. vnde si ex forma statuti imponitur maior pena forensi quam homicidium comittenti et potestas. uel alii de sua familia homicidium perpetret Punietur illa pena qua ciues puniuntur. notat Bal. ff. De offi. proconsul. et le. l. Obseruare. § . Proficisci. b. viii. Queritur. Adde quod si officialis tempore offẽditur sindicatus perinde punitur Ac si tempore sui officii fuisset ofensus. quod est verum quando offenditur ratione preteriti officii alias secus. ut notat Bal. in dicto. § . Proficisci. b. viii. Queritur.

¶ Item no. Quod hi quibus administratio reipublice cõmittitur ut anciani priores et similes Possunt accipere et dare pecuniam mutuo pro ciuitate. ut. l. Gayus. ff. De usuris. Alii vero officiales quibus sola executio iurisdictionis cõmittitur ut potestas capitanei hoc non possunt. ut. l. Prohibere. § . Plane. ff. Quod vi. aut clam. et quod no. per glo. in. l. Magistris. ff. De pactis. et per Cy. C. De transacti. l. Si preses. Officiales vero nostri temporis cum sint cõstituti quãdiu nře placuerit voluntati Reputãtur perpetui. ar. ff. De condi. inde. l. Sufficit. Et de excussati. tu. l. Jurisperitos. Et Bar. in. l. In fraudem. § . Quod a preside. ff. De iure fisci. notat Bar. in. l. Principalibus. ff. Si cer. peta.

¶ Officiales Regis victualia non accipiant Nisi prius precium soluerint. Ordi. eadem. decr. xxix.

¶ Officiales. Sic no. Quod de iure officialis non potest contrahere per se nec per alium in loco ubi administrationem gerit. ff. De contrahen. empti. l. Nõ licet. nisi in casu. ut. l. Qui officii. eo. ti. alibi dicit Bal. quod officialis perpetuus pot

contrahere et negociari cum subditis Sed officialis temporalis non potest nomine suo contrahere Nisi propter imminentem necessitatē. Et ille censetur officialis perpetuus non solum cui datum est officium ad vitam Sed etiam quādo est cōstitutus absque aliqua temporis prefinitione. Et officiales perpetui presumuntur habere proprium. nō autem presumuntur subtraxisse. notat Bal. ff. Si certum peta. l. Principalibus. Item no. Quod officialis uel administrator expendens pecuniam deputatam ad aliquod certum opus in aliud opus de suis facultatibus eandem summam soluere tenetur. ut l. Bac. l. C. De aque ducta. li. xi. Et circa supradicta no. Quod officialis non potest contrahere cum subditis Nisi sit perpetuus uel ad eius necessitatem. est casus in. l. Principalibus cū se. ff. Si certum peta. Et est ratio illius tex. secundum Pe. et Bar. ibi quod in perpetuis officialibus censetur esse fides approbata. ex quo perpetuo sunt ellecti. sed in tēporalibus non ita censetur approbata fides. Nec est dicendum quod tales officiales perpetui inferrent subiectis compulsionem siue terrorem. ar. C. De contrahen. empti. l. i. Item est alia ratio Quia iniquum esset quod officiales perpetui abstinerēt perpetuo a comodo faciendo. ar. l. Si quis ex signatoribus. ff. Quēadmodum testa. ape. In temporalibus vero non est illa iniquitas. quia in mora modici temporis et cetera. ar. ff. De conditi. inde. l. Si debitor. Et sic no. secūdū Bar. in dicta. l. Principalibus. Et conclude quod officialis temporalis potest contrahere cum non subditis. ut. l. Presides. ff. Si cer. peta. Item potest contrahere cum subditis pecuniam recipiendo uel aliter contrahēdo ad eorum necessitatē. ut dicta. l. Presides in fi. Non tamen potest cum subdito cōtrahere causa lucri. ut alle. l. Principalibus. et. C. Si cer. peta. l. Eos. et. l. Quisquis. et ibi. Cy. et .l. l. De contrahen. empti. Et est ratio quia in tali cōtractu semper presumitur violentia. Item distin. aut iudex seu officialis contrahit in alio cōtractu quam mutui. Et tunc aut talis iudex habet proprietates in illo castro uel loco seu res immobiles et tunc potest. Et est ratio Quia presumitur subiectos diligere et eos nolle opprimere. ut in auct. Vt iudi. si quoque sufra. §. Si cogitatio. et §. Necessitatem. et. §. Eos. colla. ii. Aut loquimur in alio iudice. Et tunc aut in alio contractu quam mutui. Et si querimus an possit emere res paternas Et potest propter affectionem specialem. ff. De contrahen. empti. qui officij aut in aliis quā paternis. Et tunc in victualibus potest autē in aliis et nō potest. Et in mutuo est ratio Quia sub cōtractu mutui multa illicita possunt cōmitti. C. De sacro san. ecclesiis. l. Qui sub pretextu. Item est ratio quia tales officiales sūt terribiles aduersariis suis. Ideo mutuum inter ipōs prohibetur. ut. C. De contractu iudi. l. i. et. C. Si res. prouin. l. l.

Officialis concilii qui ad administrandum concilii bona est deputatus aliud pretorie seu iudicature officium non habeat in loco. nec etiam concilii redditus arrendet. Contra faciens officium perdit. et ad aliud officium inhabilis efficiatur. Redditus autem Regis concilii officiales cōducere seu arrēdare possunt preter pretores algazelos et merinos

Qui nec possunt arrēdare nec pro alijs fideiubere. Ordina. Regis Hen. i. Burgis. peti. xvi.

Officialis. Concilij. No. quod ad probandum quem esse offialem Probatur per matriculam regestri in quo regestro sunt nomina officialium. notat Bar. in. l. Matriculam. C. De agentibus in rebus. li. xii.

Item no. Quod ellectores officialium publicorum non tenentur pro ellecti. licet pro eis fideiussores non receperunt Si tempore deposite administrationis soluēdo fuerint. est casus in. l. i. C. De periculo nominatorū. li. xi. Item no. Quod si vnus ex officialibus ellectus expensam totius muneris supportauerit pro rata eam repetit a collegijs ut. l. Vnica. C. sumptus cōiuncti muneris et cetera. li. xi.

Addit Rex. Jo. ij. in curijs Guadal. ãno. xxxvi. l. pe. quod pretores. algazeli. rectores. maiordomus. seu tabelliones concilij per se seu per alios non possunt arrēdare redditus seu propria bona cōcilij ubi sunt officiales. Nec in eis partem aliquam possunt hēre nec possunt esse fideiussores. Nec securitatē prestare pro his qui dictos redditus uel propria concilij arrendauerint alias ipō facto officia perdunt.

Officiales domus Regis debent semel habere pro iuuamine nuptiarum. Vide infra. Rex.

Officiales Regis a loco in quo Rex ingreditur Nil accipiāt pretextu iurium que sibi pertinere dicuntur. preter hoc quod iudei dare tenentur mōtarijs de Spinosa. quādo Rex locum ingreditur semel tātum in ãno. xij. mord. pro qualibet actora. ipi tamē montarij tenentur iudeos a damnis et contumelijs defendere. Item cōcilium loci tenetur vexillum Regis portāti dum ipsum portat. xij. mord. soluere semel tantum in anno. ut premittitur. Ordi. Regis. Jo. Burgis. l. fi.

Nil accipiant. An licet officiali a sponte dante aliquid accipere ultra iura sua. vide infra. Tabellio. n. Est tamē notandum Quod vorax ardor lucri officialium est reprimendus. ut. l. Vorax. C. De munerariis et actuariis. li. xii.

Officiales a Rege deputati per vacationem in curia sua seu in alijs ciuitatibus villis uel locis sui Regni non possunt alios officiales loco eorum sine spāli Regis littera ponere. Officiales autem curie Regi tenētur substitutum presentare quem in officio uule ponere. contra vero faciens ipō facto

salarium uel quitationem quam officii pretextu habet per annum perdat. Substitutus autem officio non utatur. sub .dc. moro. pena Regis camere applicanda. Ordi. Regis. Jo. i. Briuiesca. l. xvi.

¶ Officiales. Ponere. Nam ex qualitate officii presumitur qualitas beneficii. Unde beneficium quod conceditur custodi videtur concessum causa custodie. et vilico causa vilicationis et cetera. Id enim est in dubiis presumendum quod verisimile est. ar. ff. De donatio. in ter vi. et uxo. l. Quintus. et no. C. De episcopis et clericis. auten. Licetiam. et in auct. De ecclesiasticis titulis. §. Interdicimus. et De in iusto testa. l. Si quis ex hereditate. notat Bal. in li. Feudorum. ti. De feu. gardie. §. Si uero.

¶ Officialis seu pretor mandata seu rescripta auditorum nō adimplens captus ad audientiam Regis tradatur. Ordi. peti. Regis. Jo. Briuiesca. peti. xvii.

¶ Officiales domus Regis in ciuitatibus. uel villis habitātes tenentur soluere et contribuere in omnibus que contribuunt milites. et scutiferi. dnē. ac domicelle. et generosi. ut in murorum Reparatione et loci ābitus et fontium et pōtium. Et hoc cum propria deffiaunt. et cum est cōmunis omnium utilitas. Ordi. Regis. Jo. ii. Zamore. peti. xliiii. alias. xviii. Vide supra. Impositiones. et supra. Clericus. .h. Et officiales Regis non sint arrēdatores et cetera. Vide infra. Redditus.

¶ Officiales. Reparatione. Ad instructiones enim et reparationes itinerum et pōtium nullum genus hominum cessare oportet. l. Absit. C. De priuilegiis domus auguste. li. xi. ¶ Item no. Quod consules clarissima dignitate perfruuntur. ut. l. i. C. De dignitatibus. li. xii. Imo sunt illustres. ut. C. Ubi senato. uel clari. l. Quotiens. Ideo nec ipsi. nec senatores aliquibus prestationibus grauari possūt ut. l. Senatorum. et. l. Nemo. et. l. Precipimus. C. De dignitatibus. li. xii. Sunt enim pars corporis Regis. ut. l. Quisquis. C. Ad. l. iulii. maies. ¶ Item ē notanda regula Quod id quod in cōmune omnibus est proficuum Nullus debet excusari. ut. l. i. C. De collati. fundorum patri. li. xi. An autem iura que debentur officiali antiquo possit nouus habere. Vide supra. Gabella. in glo.

¶ Officiales Regis nisi sint arrendatores libramētos nō barratent. alias quidquid dederint perdant. et illis applicetur cum quibus fit baratus. Insuper autem septēnas baratus soluant. Et cōtractus super hoc factus nō valeat. ¶ Item

maiores Regis computatores a recuperatoribus iuramen tum exigant ante quam eis potestas detur redditus rega les recipiēdi. quod ea que dicta sunt obseruēt. Pragma. sā ci. Regis. Jo. ii. Zamore. āno. dni. Mill. cccc. xxvii.

¶ Officiales domus Regis in vita sua exēptione et priuilegio domus gaudent. et post eorum mortē eorum vxores dum ad. ii. vota nō cōuolauerint et caste vixerint. filii vero mi nime gaudebunt nō obstāte quocunque patrum priuilegio Ordi. Regis. Jo. ii. Zamore. Peti. xiiii. alias. xxxviii. āno .xxxii.

¶ Officiales domus Regis ab eo salarium seu ratōnem haben tes possunt aduersarios suos citare et eos ad curiā Regis trahere. vide supra. Citatio. B. Et vide supra. Exēptus. D.

¶ Officiales. Citare. Et circa hoc est notandū Quod nō valēt littere impetracte contra eum qui est in curia si non est citatus. quia videntur clandestine. licet In nocen. contra in. c. Cum dillecta. De rescriptis. facit. ff. De bono. posse. l. iii. ,§ .pe. ¶ Item no. Quod continuantes in seruicio Regis et signa eius cōcomitā tes retinent eadem priuilegia circa adquisitionem castrensis pecculii. Sicut si in castris sub duce belli debellarent. ut. l. Unica. C. De castrē. pecculio omnium palatinorum. li. xii. ¶ Item no. Quod priuilegium concessum ratione officii non competit ei qui officium non exercet. ut. l. Que sub pretextu. C. De sacro san. ecclesiis.

¶ Officiales Regis qui salarium ab eo nō tenēt. seu rationem non gaudent exemptione. Vide infra. Tabellio.

¶ Officiales Regis certos habeāt familiares in curia V. de in fra. Rex.

¶ Officiales Regis nō permittantur arrendare. Ordi. Regis Al. Madrid. Peti. xxv.

¶ Officiales Regis deum et Regem diligere tenentur. Vide supra consilium. c.

¶ Officiales ciuitatum uel locorum occidens. percutiens. seu impediens punitur. ut. supra. Judex. c.

¶ Officialis qui animalia uel res agriculture secrestat seu ca pit punitur. ut infra Pignus.

¶ Officiales Regis seu ciuitatum uel locorum dona uel pecuni

as a uenientibus corã eis nõ recipiãt. vide supra. Iudex. f. h.

¶ Officiales ciuitatum et locorum excusantur a guerra. vide supra. Aduocatus. b.

Officia iudicature uel alia que ciuitates. seu alia loca de priuilegio habent. seu de foro eisdem seruãda sunt. ¶ Item Rex iudices non deputet nisi ciuitatis uel loci vi cinos. nisi a toto concilio uel maiori loci parte petatur. Tunc vero Rex iudicem de prouincia nõ extraneum a Re gno dare tenetur. Ordi. Regis. Al. Vallid. peti. xi. Et eius dẽ Regis Madrid. peti. lxvi. vide supra. Correctores. b. Et supra. Iudex. a. Et infra. Rex.

¶ Officia tabellionatus seu notariatus que ciuitates uel loca de foro uel priuilegio seu de consuetudine que. xl. excedat ã nos habent seruãda sunt. ¶ Item nullus tabellionum ali um loco sui ponat Etiam pretextu littere Regis. Eadẽ or di. de Vallid. peti. xii. Et ordi. de Madrid. peti. xli. Et or di. peti. de Alcala. peti. xxxiiii. Et ordi. peti. Ven. i. Tau ri. peti. xxviii. vide supra. Ciuitas.

¶ Officia tabellionatus. Est tamen notandum Quod officialis temporalis nõ ha bet ius in officio Nisi sit perpetuus. no' ãt docto I cle. i. extra De excessi prela.

¶ Officia domus Regis per ambitionem seu venalitatem ha bere procurantes arbitrarie a Rege puniuntur. Et ultra infamiam quam ipõ facto incurrunt officiorum domus Re gis ihabiles se redunt perpetuo. Ordi. Regis. Al. Madrid. peti. xxxii.

¶ Officia. Per ambitionem. No. ex hac. l. Quod multa sunt que licite concedun tur et accipiuntur. iniuste tamen et improbe petuntur concor. ff. De variis et extra ordi. cogni. l. i. incurrit etiam talis penam legis iullie de ambitu. ut. ff. eo. titu. l. i. et per totum. ¶ Item est notandum Quod officiũ quantuncumque vi le si conferatur a principe nobile Reputatur. ut. l. Nemo in fi. C. De dignita. et. Io. de platea in. l. Hac nostra. C. De prepositis sacri cubicularii.

¶ Officium vnum vnus habeat officialis Regis et nõ plura. e adem Ordi. peti. xxxv. vide infra. Officium.

¶ Officia iudicandi. seu algazelorum hominibus nequaquam cõmittatur potẽtibus seu Regis priuatis. Itẽ talia offi

cia arrēdari nō valēt. Ordi. Regis dñ. Durgis peti. xiiii. Reuocauit Rex. Jo. ii. in curtis de Vallid. āno. Mill. cccc. xlii. peti. xiiii. omēs litteras seu rescripta impetrata ad officia rectorie. pretorie. tabellionatus. et alia officia vacatura. Et reuocat impetranda. Exceptis expectatiuis litteris officiorum de patre in filium. nō obstātibus quibuscunque penis abrogatōnibus. dispēsatōnibus. et clausulis quacunque firmitate roboratis. etiam si detur ad hoc secunda iussio et alia rescripta et super rescripta.

¶ Officia pretorum uel alia vacatura officia per expectatiuā dari nō possint donec persone talia habētes officia moriantur. ne detur occassio captāde mortis aliene. Ordi. Regis. Jo. i. Sorie. peti. ix.

¶ Vacantibus Officiis auditorum uel pretorum curie Regis seu adelātatorum. iudicum. pretorum. merinorum. seu rectorum ciuitatum et aliorum locorum per mortem uel renunciationem seu alias debent per consilium Regis tres. et per audientiam Regis alii tres homines noīari Si sint in curia officia vacantia. et Rex eligat quem ex noīatis maluerit. i aliis autem locorum et ciuitatum officiis idem modus per eorum cōcilia ē obseruādus. Ordi. peti. Jo. i. Briuiesca. peti. xix. et. xx.

¶ Vacantibus. Officiis. Et no. circa hanc materiam incidenter Quod si est cōtētio de officio quod per tres duntaxat menses. seu per annum durat & pendet causa debet expediri ita cito quod tempus nō incipiat trāsire. quia dilatio esset causa qua periret res de qua contenditur. ideo citius debet expediri. notat Bar. in. l. i. ff. De glande. legenda. Et in. l. Si prius. De noui operis nuncia.

¶ Officia prelatorum. algazelorum. et merinorum. rectorumque locorum. et alia officia ad vitam non dentur nisi naturalibus qui domos habeāt in talibus locis. et per decēnium ante sint ciuiani. ¶ Item dicta officia nō excedant numerum antiquum in locis ordinatum Etiā si littere Regis in contrarium dentur. et de hac lege mentōnē fecerint nō adimpleantur. et si alias contineant clausulas derogatori

as. ¶ Itē talia officia publica locorum clicis nō dētur nisi sint coniugati tōsuram et vestes clicales minime defferētes. Ordi. Regis. Jo. ii. Vallid. peti. iii. et peti. iiii. Et eiusdem Regis in Tordesillas. peti. i. Et in alia ordinatōne palencuela eiusdem Regis. peti. i. et peti. ii. Vide supra numerus. a. Et supra. Clicus. l. Et eiusdē Regis Burgis peti. xxviii. cum se. anno. xxx. Confirmatur ista lex per Regem. Jo. ii. Madrid. āno. xxxiii. peti. iii. Et Rex idem. Jo. ii. Zamore. peti. ii.

¶ Officia vacatura data per Regem ī ciuitatibus uel villis ut cōsumantur in proximis vacaturis cum vacant aliis non dentur. ut ātiquus numerus restituatur. Et hoc habet verum cum talia officia per mortem uel alias vacant non tamen per renunciationē. Ordi. Regis. Jo. ii. in palencuela. peti. x. et peti. xiiii. Vide supra. h. et vide supra. numerus.

¶ Item rectorum officia cum per mortem uel renunciatōnē seu alias vacauerint cōsumātur in illis pro quibus vacauerint donec reducantur ad numerum qui erat tempore Regis Henrici. ii. quando diem clausit extremum.

¶ Item quicunque de quibuscunque officiis rectorie pretorie merinatum et algazelorum fuerint prouissi ad officia huiusmodi minime recipiantur donec in forma debita iurēt in concilio ciuitatis uel loci. ubi prouidētur coram publico tabellione. quod non dederunt nec promiserunt. nec dabunt seu promittēt aliquid pro dictis officiis. Ordi. Jo. ii. Guadal. anno. xxxvi. l. xii.

¶ Renunciationes officiorum. pretorum. rectorum. algazelorum. merinitatum. et iuratorum. et tabellionum minime fiāt nec trāseāt nisi de patre in filium. quādo Regi placuerit de quocunque illorum officiorum filiis prouidere cum fuerit idoneus et antiquum numerum non excedat. ea. Ordi. l. xiii. infra. Renunciatio.

¶ Item statuit Rex. Jo. ii. ordi. Vallis. ãno. Mill. cccc. xlii. peti. xlvii. quod si a Rege ipetrentur rescripta seu littere ad aliqua officia tabellionatus vltra numerum limitatum in ciuitatibus vel locis si detur. ii. iussio cum quibusuis clausulis derogatoriis. et quod tales littere seu rescripta licet obediantur nõ tamen adimpleãt. nec nouiter creati dictis vtantur officiis. Et recipientes ipõ facto perdant officia.

¶ Officia rectorum. iuratorum. vel tabellionum. et alia officia publica ciuitatum et locorum nõ nisi ad petitõnẽ officialium ciuitatum vel locorum vel maioris partis sunt prouidenda. vbi hec habet cõsuetudo vel priuilegium. Ordi. Regis. Jo. burgis. peti. iii. et peti. xxviii. cum se. anno. xxx. Et ea. ordi. peti. xxxvii. Confirmatur per Regẽ Hẽ. iiii. Tolleti. ãno. Mill. cccc. lxii. peti. xx. vide infra. priuilegia. v. Et ordi. eiusdem Regis. zamore. peti. vi alias. xxii.

¶ Officia rectorum. Et circa hoc no. Quod creatões officiorum nõ ex inimicicia fieri debent Sed existimatione vera et cõmode reipublice. alias potest appellari ut. l. Vnica. C. Si propter inimicitias creatio facta sit. li. x. ¶ Item no. Quod non debet quis in officio confiemari. Nisi primi officii rationes rediderit. ¶ Itẽ ratio singulis annis debet reddi & officiales non debent esse perpetui Sed ãnales et adminus biẽnales. ut est tex. in. l. Nemine. C. De susceptoribus et archadis. li. x. ¶ Item no. Quod iusta causa est appellandi Si alter prius debet nominari. ut. l. Vnica. C. De potioribus ad munera. nominãdis. li. x. ¶ Itẽ no. Quod diuites sufficientes sunt eligendi ad officia. ut. l. Adsubeunda. C. De decurio. ¶ Item no. Quod pendente processu criminali Non potest quis ad honores vocari. ut. l. Vnica. C. De reis postulati. li. x. hec tamen prohibitio ultra annum non extenditur Nisi steterit per accusatum quominus procedatur. ut ibi notat glo. ¶ Item no. Quod nominatores indigni tenentur tãquam fideiussores. l. i. et. ii. C. De periculo nominatorum. li. xi.

¶ Officia pretorum et rectorum et tabellionum usque ad certum numerum in ciuitatibus uel aliis locis limieata nõ augeantur. nec vacãtia dentur Donec ad ãtiquum numerum reducantur. Officiales vero ultra numerum aliquem recipientes perdunt officia Et hoc nisi cõcorditer petatur Regi. sed nec tunc Rex prouideat. Ordi. Regis. Jo. ii. Zamore. peti. i. Et ordi. eiusdem Regis. Madrid. peti. i; vide su

pra. numerus. et vide supra. h. B.

¶ Confirmantur per Regem. Jo. ij. ordinationes et leges cō dite per eundem Regē in curiis. çamore. anno. Mill. cccc. xxxij. Et in vallid. anno. Mill. cccc. xlij. Et insuper iura uit dictas leges obseruare. Et hoc per suam pragmaticam sanctionem ad petitionem procuratorum Regni cōcessam in Regali super olmedo. anno. Mill. cccc. xlv.

¶ Confirmatur per Regem Hen. iiij. Cordube anno. Mill. cc cc. lv. Et addit quod rectores ciuitatum uel locorum ultra antiquum numerum aliquem recipientes etiam preter tu rescripti Regis eo ipō officia perdunt. Et de talibus offici js rectorum contra facientium Rex ad libitum facere pōt. Nec amplius dicti rectores officiis iam dictis vtantur. Ju rare etiā tenentur rectores ciuitatum et locorum hoc ob seruare. ¶ Et confirmatur per eundem Regem Hen. iiij. Tolleti. anno. Mill. cccc. lxij. peti. vj.

¶ Officia pretorum. medicorum. cirurgicorum. et aliorum spālium iudicum cum in preiudicium tēdunt ordinarie iu risdictōnis ciuitatum et locorum sunt reuocata. Et prohi betur ne tales pretores sine spāli Regis mandato dictis v tantur officiis. Eadē ordi. çamore. peti. vij. alias. xxviij.

¶ Officium vnum rectorie vnus tātum debet habere non plu ra. Et eligat quod maluerit. Eadem ordi. peti. xxiij. alias. lij. vide supra. d. Confirmatur per Regē Hen. iiij. Tol leti. anno. Mill. cccc. lxij. peti. xxxij.

¶ Officia iudei non habeant in domibus xpianorum. vide su pra. Judeus. B.

¶ Cum a Rege de officio rectorie alicui prouidetur debent i littera prouissionis clausule poni. de quibus vide infra. Re ctoria.

¶ Officia custodis rerum vetitarum nemini vē licet nisi pre tori delas sacas. uel ei qui a Rege vel ab eo potestatem ha bet. vide supra. custodes. e.

¶ Officia domus Regum. necnõ officia iudicum pretorum al gazelorum et merinorum ciuitatum et locorum que a Re gibus fuerunt ad vitam officialium concessa nõ vacarunt per mortem Regis cõcedentis sed firma manent. De officiis tamen domus et curie principis postquã regnauerit po test ad libitum facere. Officia tamen cancellarie debent fir ma manere Sicut officia ciuitatum et locorum et cetera. Reuocauerunt omẽs titulos per Regem Hen. iiij. cõcessos quibuscunque personis de consilio et audiẽtia. et omẽs pre tores audiẽtie domus Regis exceptis duobus pretoribus castri et. ix. pretoribus prouinciarum in cãcellaria. et qua tuor pretoribus cancellarie quos ipsi Reges elegerint. et promiserunt alios nõ deputare nisi per vacationẽ. Sed si pro aliqua causa voluerint dare titulum de consilio alicui persone quod fiat cum cõsilio residentium in suo cõsilio et in spatulis de cõsiliariis signata. ca. Ordi. xiij.

Omicidium nõ exigatur a concilio in cuius territorio iudeus mortuus reperitur cum nõ inuenitur homici da certus fiat tamen super hoc inquisitio per iudicem loci alias de negligentia tenetur. Ordi. Regis Hen. i. Burgis. Peti. ix. Vide supra. Occidens per totum.

¶ Omicidium securum quod dicatur. Vide supra. Mors. a.

Ordo iuris et si obmittatur super iure terminorum. uel super pascuis. vel glãdium collectione processus non irritatur. Vide supra. Inquisitio. b.

¶ Ordo iudiciarius et si non seruetur dum tamen veritas sit probata processus nõ ãnullatur. Vide infra. Processus.

¶ Ordo. Est enim ordo modus cuiusque rei agende. quo pretermisso nil geritur ri te. ff. De regu. iuris. l. Si cum nulla. C. De sen. & inter. l. Prolatam. De res criptis. c. Cum dilecta. De resti. spo. c. Pisanis.

¶ Ordinum priuilegia circa morientes abintestato reuocan tur. Vide infra. Rescriptum.

Ornamẽta auri et argẽti et pellium necnõ et alia que permittuntur militibus. proceribus. scutiferis. ius

tias. et uxoribus eorum portari. Vide supra. Miles. a. et infra. Vestes.

Orrea debent per concilia locorum dari ubi panis tertiatum et decimatum reponatur. Arrẽdatores tamẽ seu collectores. uel alij quibus tertie pertinẽt debent orreorum locationẽ soluere. pro quolibet corbe seu caffitio panis unum mo[r]o. Et pro qualibet uini amphora duos denarios ãnuatim. Et nisi dicta locatio sic soluatur possunt custodes tertiarum se integrare in dicto pane et uino ante quã a sua extrahatur potestate. Ordi. Regis. Jo. i. Sorie. peti. xviij.

Panis et uinum et alia uictuallia libere in toto Regno tradantur et extrahantur de uno loco in alium. Vide infra. Victuallia. i. Confirmatur ista. l. per Regem Hen. iiij. Cordube. anno. Mill. ccc c. lv. peti. xxviij. ¶ Item confirmatur per eundem Regẽ Hen. Tolleti. anno. Mill. cccc. lxij. peti. xxvj. Et addit quod in nullo loco siue regali. siue de abadẽgo. uel dominio uetetur seu prohibeatur saca panis. Quod si iustitia rectores seu officiales cuiusque loci contrarium fecerint ipsõ facto officia que a Rege tenent perdant. quod si dicta prohibitio in alijs quibusuis locis dominij seu abadengo facta fuerit concilium iustitia et rectores talium locorum eo ipsõ penam quinquaginta mille mo[r]o. incurrant. et camere Regis applicantur. Dominus autem uel prelatus iurisdictiõnẽ in tali loco habens dictam prohibitionem consentiens quoscunque perdat ipsõ facto mo[r]o. tam de iuro et hereditate quam alias. seu mercedes que a Rege tenet. nec ei amplius liberentur. Sed in libris Regis consumantur. Rex autem promisit quod hactenus rescripta seu litteras nullatenus ad extrahẽdum panem extra Regnum concedat. nec dabit et cetera. Vide supra. Extrahẽs.

¶ Panem extrahẽs a Regno punitur. ut supra. Extrahẽs. h.

¶ Parentes iniurians punitur. ut supra. Filius. b.

¶ Passajes. et pedagia. et guidagia. rõde. ginete. et castellerie

in toto Regno nullatenus leuentur. seu exigantur. Ordi. Regis. Al. Madrid. Peti. lxiii.

Patronus ecclesie uel monasterii si unam pensionem uel unum prandium secundum ecclesie uel monasterii fundationem accipere consueuit Etiam si plures heredes relinquat Non nisi unam pensionem uel prãdium omẽs exigant prout eorum pater exigebat. ¶ Si uero aliquis plurium heredum et patronorum maiorem partem quam ut sic debetur petat. et huiusmodi pretextu pignora uel alias res ecclesiis monasteriis seu beneficiatis pertinẽtes accipiat. ultra alias penas a iure statutas. ccc. soluat moro. huiusmodi itaque pene Tertia pars Regis camere. Alia uero clias beneficiatis. Residua iustitie penã ut premittitur exequenti applicentur. Contractus tamen seu conditiones in fundatione apposite sunt usquequaque seruãde. Ordi. Regis. Jo. i. Guadal. l. vii.

Paupertas excusat appellantes si cum processu nõ se presentent coram appellationis iudice. vide supra Appellatio. e.

Paupertas. Et ille dicitur pauper qui non potest viuere nisi de suo quotidiano labore no. Bal. ff. De excu. tu. l. Paupertas. alias est lex. achelere. § . Paupertas. ¶ Item dicitur pauper quis ex qualitate persone uel ex onere expensarum. Ideo nobilis qui habet alimenta videtur secundum suã dignitatem uel statum viuere non potest inter pauperes cõnumerabitur. no. Bal. in l. Si quis ad declinandam. C. De episcopis et cleri. ii. colum. § . Quero super quo priuilegia et incõmoda paupertatis. notat Archi. in. l. Pauper. xi. q. iii. De priuilegiis diuiciarum. notat idem Archi. xxx. di. c. Hoc autem. Et vide eundem Archi. in. c. Quo iure. viii. di.

¶ Paupertas. No. quod omẽs leges tribuentes beneficium alicui propter paupertatem. ut si propter paupertatem non possit cõueniri nisi inquantũ facere potest ut. l. Si maritus. ff. Solu. matri. et is qui propter paupertatem grauari non potest ad munera. ut. l. iii. et. l. fi. ad fi. C. Qui. nume. libe. et is qui propter paupertatem cedit bonis. ut. l. i. et. iii. C. Qui bo. ce. possunt. et in casu istius legis intelliguntur de paupertate non calide nec fraudulenter procurata. ut. l. Quia quis. C. De censibus censitoribus et perequatoribus. li. xi. et ibi notabiliter per Jo. de platea.

¶ Pax debet inter generosos seruari. vide supra. Amicitia.

.a.b.et Merinus.m.

¶ Pax. No. quod non est heres ex testamento christi qui pacem non seruat. Cum testamentum eius fuerit Pacem meam do uobis et cetera. Et principes maxime ad pacem seruandam tenentur. ut. l. Conuentionũ. ff. De pactis. notat Innocẽ. in. c. Ad aplice. De re iudi. ubi vide glo. ¶ Item no. Quod pro bono pacis minores puberes possunt obligari. quod alias non esset. no. extra. De spon. impu. c. ij. Et si adultus ponit se in necessitate imputet sibi. quia in delictis non datur adulto venia. ff. De mino. l. Auxilium. ut refert Val. in h. Feu. rubrica. De pace iuramento firman. et seruan. § .i.

Pecunias redditutuum seu iurium regalium capiens seu impediens qualiter punitur. et Regis arrendator quid est tunc facturus vide infra. Rex. x.

¶ Pecunias Regis non soluens usque ad terminum recuperatori punitur. ut supra. Arrendator. m. et supra. Conalium. c.

¶ Pecuniarum librorum Regis medietas cum vacauerit consumatur. vide supra. Morobetini.

¶ Pedagia de nouo non imponãtur uel antiqua augmẽtetur. vide supra. Impositiones.

¶ Pedagia sic dicta sunt Quia a pedibus dantis soluunt cum ipa et equites in multis locis. de quibus plene notat Hosti. in summa. ti. De censi. § . Ex quibus causis. Vide supra. Guias.

Pena seu etiam calonia non petatur nec pro ea fit executio donec prius per Regis pretores in eius curia iudicialiter fuerit per sentẽtiam diffinitiua et adiudicata. Si vero per iudices uel pretores aliorum locorum super pena sententia lata fuerit ante quam executioni tradatur Regi ostẽdatur Foro nouo de Alcala. ti. xxv. l. i. Et ordi. Regis Pe. .i. Burgis. peti. xix. vide supra. Executio. h. Ista. l. approbatur per ordinatõnẽ Regis. Jo. ij. Segobie. ãno. Mill. cccc. xxxiij. Et addit quod ipẽ Rex nõ possit talem penã dare seu donare donec prius iudicio sit terminata per sentẽtiam diffinitiuam Que in rem transeat iudicatam. Et si forte de facto per quodcunque rescriptum uel litteram Rex talem penã uel primittitur cuicunque donauerit persone cuiuscunque sit status uel conditionis non valet tale rescriptum seu littera. nec obediatur seu adimpleatur Quibuscunque clausulis derogato

.p.ij.

tus firmitatibus seu derogatõnibus nõ obstantibus. tabellio autẽ camere Regis seu cancellarius qui tale expedierit res criptum ipõ facto officium perdat. Impetrans vero seu v tens ipõ rescripto ipõ facto officium perdat. Impetrans vero seu vtens ipõ rescripto Eo ipso ius quod per eum ad quisiuit perdat. et habeatur pro non parte. Et insuper tã tundem pro Regis camera soluat. Nõ tamen propter hoc prohibetur nequis possit accusare denunciare delicta seu maleficia. et petere penas in casibus a lege Regni permis sis.

Pena. Per sententiam. Et hoc etiam habet locum si ipõ iure bona alicuius sint confiscata requiritur semper declaratoria sententia. ut hic. et supra. Executio. h. Concor. c. Cum secundum leges. De hereticis. li. vi. in fi. No num tamen no. Quod alienatio facta per delinquentem in tali casu etiam ãte dã nationem non tenet. licet dominium bonorum non pertineat ad fiscum Nisi tũc demum damnatione secuta super crimine tamen quia talis alienatio post crimen cõmissum videtur facta in fraudem. ut plene per Bar. in. l. Post contractum. . ff. De donati. Tum etiam quia ex quo secuta est damnatio effectus huiusmodi condemnationis trahitur retro ad diem cõmissi criminis. Et ex tali die videtur si bi administratio interdicta. ut C. Ad. l. iulli. maies. l. Quisquis. § . Emãcipatio Facit quod notat glo. ij. in. c. Tanta. De symo. et. ff. De accu. l. Iudicio. Et de hoc plene per Archi. in. c. Cum secundum supra alle. Bar. tamen in. l. Athe letas in fi. ff. Ad. l. corne. De fal. tenet quod si dicit statutum Qui nõ probaue rit actõnem puniatur in. x. libris. quod in eadem sententia qua iudex reum absol uit potest accusatorem in dictis. x libris cõdemnare Etiam si de nouo non petã tur. ad quod facit. l. Prima. C. De calum. Sed illud habet locum quando pene condemnatio venit in consequentiam. de hoc per Archi notabiliter in. c. Pro hu mani. De homicidio. l. ij. vi. glo. fi. Et concordat quod ipẽ Archi. notat in. c. Feli cis. super parte Infamis. De pe. li. vi. Officiũ perdat. Itẽ no. Quod licet actus non teneat. uel nec effectum habeat tamen habet locũ pena. de quo dic per Bar. in. l. Si quis legatum. ff. De fal. et per Cy. in. l. Si quis non dicam rapere. no. Io. de pla. in. l. Etsquidem. C. Qui mili. possunt. li. xii.

Item no. Quod si potestas dedit alicui licentiã cõtra statuta Talis licenciatus non excusatur a pena Sicut nec potestas. ut. l. i. C. De comeatu. li. xij. Potes tas tamen debet illi restituere omẽ damnum. ut. l. Per hanc. § . Non danda et . § . Sciant vero. C. De eroga. mili. ãno. Impetrãs vero. Ad hoc no. Quod eo ipõ quod imponitur pena emptori Videtur imposita venditori et econtra. ut in casu isto. Nam in correlatiuis idem est iudicium. et quod statuitur in vno intel ligitur statutum et in alio. ut. l. i. C. De cupresis. li. xi. et l. fi. C. De iudic. vidu. tol. et adde Bar. in. l. Bona fides. ff. De acti. emp. vbi liberato vno ex cõ trahentibus ex dispositione legali alter intelligitur effectualiter liberatus. facit

l. Cum emptor. ff. De rescin. vendi. ¶ Item no. Quod tres sunt iuste cause sub leuationis pene delinquentis. Prima quādo delictum nō est reiterabile. nec deducitur in consuetudinem. Secunda quando iam est multum tempus quod delictū est cōmissum. et sic longinquitate accusationis releuatur. Tertia si reus diu extiterit in carcere his casibus mitius punitur delinquens. ut. l. Si quis. C. De custodia reorum. l. ij. xij. et ibi. Jo. de pla.

¶ Circa materiam penarū no. Quod in penalibus proceditur de similibus ad similia et maiora Quia potius attenditur ratio lex uel consuetudo Quā gramatica uerborum. Et dicit Bar. quod hoc est verum ubi in statuto inest ratio naturalis uel ciuilis. ff. De uerbo. obli. l. Eandem. § . Cato. et. ff. Uti possidetis. l. i. per Bar. et. C. De incer. l. i. per glo. et docto. et ē tex. in ij. Feu. rubrica. Que fuerit prima causa beneficii amit. c. Porro si dnō. qui nō ē melior tex. in iure. quod in penalibus statutis et consuetudinibus procedatur de similibus ad similia. de hoc no. C. De furtis. l. Si seruus seruo. hoc tamen non habet locum secūdum docto. quando pene imponuntur habito respectu ad preiudicium alicuius persone Quia tunc nulla potest fieri extensio de similibus ad similia. De casibus ad casus. ista est glo ordinaria singularis insti. De acti. § . Itē mixta. hec ē nota Bal. in alle. c. Porro si dnō. ¶ Item no. ad hāc materiam Quod si ex nobilitate augetur delictum magis punitur nobilis quam alius. Sic et familiaris principis magis punitur ex transgressione mandati quam alii. ut. C. De condUC. et procura. domus augus. l. i. li. x. Sed si ex nobilitate non augetur qualitas delicti tunc pena pecuniaria magis punitur nobilis Sed in corpore magis punitur innobilis. hoc nota. per Cy. C. De summa trini. l. Nemo. uel dic secundum Bal. in li. Feu. ti. De pace iura. firman. et seruanda. § . Si quis vero temerario. Quod quando cōtēnitur mandatum principis semper est magis puniendus nobilis Secus in aliis delictis.

¶ Item circa istam materiam penarum vide quod scripsi Foro legum. li. iiij. ti. De las penas. l. ¶ Itē no. Quod ubi lex punit factū simpliciter intelligitur quādo quis fecit scienter uel cum dolo Secus si fecit contra ius Quia tunc non punitur nisi sit iurisperitus. Et sic in factis contra ius positiuū dolus non presumitur Nisi imperito iuris. ut no. glo. in. l. § . Qui iuramēto. et in. l. ij. ff. Quod quisque iuris. ¶ Item no. Quod si factum simpliciter punitur a lege municipali intelligitur si dolo fecit. non si culpa. ff. Quod quisque iuris. l. Hoc edito. ¶ Itē no. Quod ubi lex punit factum cum dolo rusticitas et casus necnon et impericia excusat a delicto. ut. ff. De iuris. omni. iudi. l. Si quis. ¶ Item no. Quod omē delictum dolo cōmissum dicitur atrox. et reputatur graue ex quantitate damni illati ut. ff. De offi. prefec. vigi. l. iij. et. l. fi. et. ff. De offi. presi. l. fi. et ibi Butri. et De noxa. l. ii. ¶ Item no. Quod pena debet temperari. ubicunque iusto dolore quis motus cōmittit delictum. ut. l. Si adulterium. § . Imperatores. ff. De adulte. et. c. Si uero. De senten. excō. Nam si quis lacessitus iniuria prorumpit in iuriam contra iniuriantem Debet pena mittigari Quia iusto dolore motus. Ab bas in. c. Olim. De rescriptis. ¶ Itē no. Quod pena delicti potest minui propter merita precedentia. iuxta illud psalmiste Si ceciderit iustus nō collidetur Quia dominus supponit manum suam. Et sic minus venit puniendus regulariter religiosus. seu clericus quam laicus. quia alleuiatur pena propter merita precedētia. ut

latius notat. Jo. A. post beatum Thomam in. c. accusatus. De here. li. vi. ut refert Abb. in. c. Nisi spālis. De offi. lega. circa prin. Nam penam et eius executionem potest iudex minuere ex causa. habēdo respectum ad metum. uel in alio casu. ubi in delinquente reperitur aliqua qualitas per quam debeat minus puniri. no. Bar. in. l. ii. ff. De recepta. et Abb. in. c. Sacris. Quod metus causa.

¶ Pena sub qua fideiussor obligatur coram iudice presētare uel in certo loco potest usque ad annum peti a die qua fideiussor in eadem penam inciderit. et non ultra ānum. Ordi. peti. Regis. Al. de Alcala. peti. xxxiii.

¶ Pena portantium vestes. uel ornamenta deaurata siue auri preter illos qui continentur supra. Miles. a. et infra. Uxor. Est quod pro prima vice vestes seu alia ornamēta ¶ perdant. Tertia pars Regis camere. Tertia vero algazello curie uel alterius loci ubi hoc contigerit. Residua vero accusatori applicātur. Ordi. Regis. Jo. i. Burgis. peti. tertia.

¶ Pena. Perdant. Juxta quod no. Quod quando quis cōmittit delictum cōmissionis non requiritur monitio Sed quando quis cōmittit culpam obmissionis tūc requiritur monitio. ut notat Innocen. De preben. Extirpāde. et Bal. in li. Feu. ti. De pace tenen. et eius vio. l. Publici latrones. ¶ Item no. Quod in delictis negatiuis videtur fundata intentio iudicis punientis Nisi probetur per eū esse factum. ut. l. Desertorem. § Si ad diem. ff. De re mili. et ibi Car. in fi. Et plenT per Bar. in. l. Doe iure. ff. De uerbo. obliga. ¶ Item no. Quod ad defensionem et publice et priuate utilitatis pene impom possunt Que tamē nō sunt sententie iudiciales. De sen. excō. c. Dillecto. et. c. Venerabilibus. li. vi. tales autem pene sicut ex arrupto suadente publica utilitate inducuntur Sic et tolluntur. ff. De decre. ab ordi. faci. l. Quod semel. et extra De iure iurā. c. In nostra. ¶ Item no. circa hāc materiam Quod iudex potest imponere penam nō soluenti legatum infra quatuor menses. et est ratio Quia testator hoc potest cuius voluntas reputatur sentētia. ff. De testa. l. c. fortius iudex hoc poterit cuius vera est sententia. ar. ff. Si quis ius di. non ob. l. i. Ad. l. iulli. peccu. l. Cum eo in prin. C. De modo mul. per totū. ff. De uerbo. signi. l. Aliū. Nec obstat quod hoc non fuit petitum. nec de hoc iudex cognouit. ergo nec est locus condēnationis ut. c. Cum dillectus. De ordi. cogni. ff Cōmu. diui. l. Ut fundus. De exceptō. rei iudi. l. Aegentum. § . i. Quia illud habet verum quando iudex in forma iudicii cepit cognoscere. ut. ff. De iudi. Non potest. tunc enim nō iudicat nisi de dictis in iudiciū. uel de accessoriis. ff. De re iudi. l. Paulus. De edilic. edic. l. Ediles. § . Item sciendum. et. ff. De frue. et bt iee x. l. Terminatō. uel nisi agatur actione bone fidei in qua multa veniunt in quibus nec actum nec cogitatum est. C. De acti. emp. et ven. l. ii. et. iii. ubi uero iudex ex officio uel extra ordinarie processit potest multam imponere et leuare. ut in primis cōeor. Nam in hoc colu

Iudex est liber. Et potest gratificare.ut.e. Consuluit. De offi.dele.x.ff. De lib.e.ag.l. Siquis a liberis.§ .i.notat Hosti.et. Jo.an.in.c. Raynaldus. De testamentis super glo.

¶ Pena excōmunicati in excōmunicatione persistentis. Vide supra. Excōmunicatus.a.b.c.

¶ Pena eorum qui occidunt.furantur. uel depredantur in regis curia. Vide supra. Curia.a.et supra. Occidens.a.

¶ Pena occidentis capientis seu inuitantis Regis consiliarios pretores.uel algazelum. Vide supra. Consilium.p.et.c. Occidens.b.

¶ Pena concubinam.uel domicellam.cōsanguineam. uel seruitricem. seu nutricem domini cognoscentis. Vide supra. Fornicatio.a.

¶ Pena maliciose citantis. Vide supra. Citatio.d.e.

¶ Pena contumacis. Vide supra. Contumax.a.b.

¶ Pena proditoris. Vide infra. Proditor.

¶ Pena alleuosi treguam uel securitatem frāgētis. Vide supra Alleuosus.c.

¶ Pena heretici. Vide supra. Hereticus.a.

¶ Pena usurarii. Vide infra. Usura.

¶ Pena euntis ad adeuinos uel eis credentis. Vide supra. Hereticus.b.

¶ Pena heredis necem defuncti non vendicātis. Vide supra. Heres.a.

¶ Pena carcerem frangentis. Vide supra. Incarceratus.a.

¶ Pena incestuosi. Vide supra. Incestuosus.a.

¶ Pena matrimonium cum duplici muliere contrahentis. Vide supra. Alleuosus.et supra. Coniugatus.a.

¶ Pena falsum iurantis. Vide supra. Falsum.a.et supra. Iuramentum.b.

¶ Pena morientis sine confessione. Vide supra. Defunctus.a.

¶ Pena vidue infra ānum luctus nubētis. Vide infra. Vidua.

¶ Pena tutoris uel administratoris bona que gerit emētis. Vide infra. Tutor.

¶ Pena imponentis de nouo portaticum. uel pedagium. et alia vide infra. Portaticum.
¶ Pena occidentis morte secuta. vide supra. Alleuosus. c.
¶ Pena citati coram Rege non comparentis. vide supra. Citatus. c.
¶ Pena occidentis se ipsum. vide supra. Occidens. l.
¶ Pena intestati decedentis. vide supra. Intestati. a.
¶ Pena falsantis sigillum Regis. vide supra. Falsum. b.
¶ Pena iudicis non deferentis appellationi. vide supra. Appellatio. l.
¶ Pena falsi ponderis uel mensure. vide infra. Pondera.
¶ Pena eorum qui in assonata damna faciunt. vide supra. Assonata. c.
¶ Pena iniuriantis parentes. vide supra. Filius. b.
¶ Pena iudei pignus negantis. vide infra. Pignus.
¶ Pena que Regi pertinet nō prius soluatur quā dānum dānificati. vide supra. Assonata. c.
¶ Pena frangentis treguam. vide infra. Tregua.
¶ Pena excōmunicatorum qui ab ecclesia collerantur nō exigatur. vide supra. Excōmunicatio. d.
¶ Pena plāgentium defunctum inordinate. vide infra. Plātus.
¶ Pena bagabundi. vide infra. Vagabundus.
¶ Pena occupantis bona bacantia defuncti in preiudicium heredum. vide infra. Possessio.
¶ Pena xpiani eucharistiam non assonātis. et pena iudei uel mauri qui non discedit dum eransit. vide infra. Xpianus.
¶ Pena diminuentis uel impedientis Regales redditus. vide infra. Redditus.
¶ Pena arrendatoris pecunias Regis usque ad terminum nō soluentis recuperatori. vide supra. Arrendator. m.
pena recuperatoris Regis pecunias in termino nō soluētis. vide infra. Recuperator.

¶ Pena recuperatoris Regis nõ notificãtis Regi pecunias que apud eum remanẽt. uel illas nõ tradẽtis usque ad termi num destinatum vide infra. Recuperator.

¶ Pena coniugati publicam hẽtis cõcubinam. vide supra. Cõ cubina. b.

¶ Pena concubine publice clerici. vide supra. Concubina. c.

¶ Pena ludentis ad taxillos. vide supra. Ludens per totum.

¶ Pena extrahẽtium a Regno vendẽtium seu alienantium res vetitas. vide supra. Extrahens. per totum. et supra. Equus . b. c. et per totum. et infra. Venditio.

¶ Pena exemptum se a pectis et contributionibus facientis cõ tra legum dispositionẽ. vide supra. Exemptus.

¶ Pena de deo seu de virgine blasfemãtis. vide supra. blasfemia.

¶ Pena male citantis uel citationem non prosequentis. vide su pra. Citatio. c. d.

¶ Pena auditorum in audientia nõ residẽtium. vide supra Au ditor. h.

¶ Pena cõtra delinquentes circa res vetitas disponuntur preto ris arbitrio. vide infra. Pretor.

¶ Pena prelati generosi seu militis pretextu inimicitie uel odij alterius domini vassallos. seu homines dãnificãtis vide. supra Inimicitia. a.

¶ Pena computatorum seu recuperatorum Regis qui certa de bita impositionibus seu libramentis non liberant propter hoc bo na arrendatorum venduntur. vide supra. Arrendator. n.

¶ Pena iudicis executionem in bonis arrendatoris nõ facientis vide supra. Iudex. t.

¶ Pena domini impedientis vassallos ad Regem appellari. vide supra Appellacio. f.

¶ Pena male supplicãtis ab auditoribus. vide supra. Auditores

¶ Pena alium uerbo iniuriantis. vide supra. Iniuria. a.   . g

¶ Pena itinera publica claudentis. vide supra. Itinera. a.

¶ Pena domum alterius perforantis ad delinquendum. vide su

¶ Pena nõ publicãtis testamẽtum usque ad   pra. domus. c. xxx. dies. vide infra. Testamentarius.

¶ Pena percutiẽtis alium cum sagitta. vide supra. Occidẽs. e. . p. b.

¶ Pena domum alterius incēdētis. vide supra. Incēdium. a.

¶ Pena receptantis in domu sua proditorem alleuosum seu occidentem secure vide infra. Receptans.

¶ Pena solidorum quid sit vide infra. Solidus.

¶ Pena depredantis uel alium depredādo occidentis. vide su

¶ Pena occidentis pretores. iudices meri | pra Occidens. f. nos. uel Regis offitiales vide. supra. Occidens. b.

¶ Pena venantis tenpore niuium perdices seu lepores vide supra. Lepores. a.

¶ Pena condemnati ad mortem curiam Regis ingredientis vide supra. Occidens. h.

¶ Pena alterius hospicium impunātis vide infra. e. Punās

¶ Pena contra executionem sententie armis defendentem vide supra. Executio. f.

¶ Pena alienam uxorem im cōcubinam habentis. vide infra

¶ Pena habentis asinum emissarium ad equas. vide vxor. supra. Asinum. a.

¶ Pena iudei signum in vestibus non portantis. vide supra Judeus. b.

¶ Pena vassalli alarde pro duobus facientis. vide infra Vassa

¶ Pena mediatoris baratus Et eorum qui baratant llus vide supra. Baratus. a.

Pensio auditorum Regis soluitur eis per modum tract tum supra. auditores. a. h.

¶ Percutiens in curia Regis punitur. ut supra. Occidēs. a.

¶ Percutiēs alium cum sagitta punitur. ut supra. Occidēs. Percutiens alium insidiose punitur. ut supra. Occi .e. dens. e.

¶ Perdices uel lepores tempore niuium interficiēs punitur ut supra. Lepores. a. Perdices vide ifra. Venatio.

Peregrini possint libere ad Regnum mittere et a Regno extrahere equos qui parafregni vocātur Si ē magnifestum equos illos non esse de Regno. Et propter hoc aliquid ab eis nō aufertur. Ordi. Regis Pen. i. Burgis. l. r. vide supra. Equos. h.

Periurus punitur. ut supra. Falsum iurans. a. et vide su

pra. Juramentum. b.

¶ Permutare dare seu vēdere nemo audeat bestias bestitas ex
traneis a Regno. Vide infra. Venditio.

¶ Personaliter comparere per litteras Regis nemo compella
tur. Vide supra. Citare.

Pignus de vno loco in alium minime fiat pretextu actio
nis seu querelle alicuius viani. Contra faciens autē ut
notus depredator puniatur. Judex tamen loci tenetur
iustitiā extraneo sine dillatōne malicie administrare. alias Ip
se iudex de dāno propter hoc contingente tenetur. Ordi. Re
gis. Al. Madrid. peti. lxxxiij.

¶ Pignus. Ipse iudex. Nam ipē iudex dāno cōsentire videtur. ideo tenetur de ne
gligentia. ut. ij. q. vij. Negligere. lxxxv. di. facientis et iurisdictione priuari me
retur. ut. c. Significauit. De offi. ordi. Auferri nāque debet Regnū a Rege ne
gligente iustitiam administrare et debet dari genti iustitiam facienti. ecclesiast.
.x. in prin. et Mathei. xxi. in fi. et. xxiij. q. vij. c. ij. Et notat optime. Jo. an. in
mercurialibus in. c. Non debet. De regu. iuris. li. vj.

¶ Pignorari non possunt pretextu debitorum concilia seu alia
rum personarum priuilegia super hoc optinētes. Vide infra
priuilegium.

¶ Pignus si iudeus negauerit sibi pignoratum. et per debitorē
probatum fuerit contrarium perdat iudeus debitum pigno
ris Et insuper decēmille soluat modo. Quorum medietas re
parationi murorum loci. ubi hoc contingerit applicetur. Et
alia medietas accusatoris seu querellantis lucro cedat. Ordi.
Regis Dē. iiij. Madrid. āno. mill. cccc. lviij. peti. xx.

¶ Pignorentur loca que pectum seu tributum Regale debēt si
habēt caput pecti. loca autē que caput pecti nō habent pigno
rari nō valēt. Alia uero loca pro aliorum locorum debitis mi
nime pignorētur. Ordi. Regis. Al. Vallid. peti. xxxiij.

¶ Pignori capi nō possunt. nec alias testari seu secrestari boues
seu alia aialia agriculture. nec res ad hoc deputate. Nisi pro
pectis et iuribus Regalibus uel dni loci. seu pro debitis dni he
reditatis dumtaxat. et hoc cum alia bona agricultor non pos
sidet. pro alieno autē debito concilij uel alterius persone hoc
fieri nō valet. Excepto quod naturalis in behetria potest res
supradictas pro deuissa pignori capere. Officialis vero uel qui

libet alius cōtra faciens id quod cepit restituit seu pignorauit querelosō cum dāno quod hac occasione ei aduenit restituat Et quadruplum in penā medietatē querelosō. Residuum uero Regis camere soluat. Si autē talis captio. testatō. seu pignus. seu protestatō ad petitionē pro debito uel fideiussione fiat persone priuate Illā fideiussionē uel debitum talis persona perdat Reuocātur itaque priuilegia. usus. et cōsuetudo contraria. nec ualet rescriptum desaforatum. Renunciatio seu pactum cōtra hoc factum. Si uero quisquā rapinā uel furtum in supradictis cōmiserit rebus cum decuplo restituat. Pena itaque huiusmodi. ut supra dictum est diuidatur. Foro nouo de Alcala. ti. xviij. l. ij. Et eiusdē Regis Segobie. l. xxvj. Vide supra. Agricultor. b.

subuertitur ordo judiciarius. ut offeratur libellus. et lis contestetur et juretur de calumnia. Et depositiones testium scribantur. publicentur et c. tunc si hoc per uertitur Non ualet processus. ut notat glo. in dictu. l. Prolatam. Aut subuertitur ordo causarum uel actionum. Et tunc sententia ualet. licet ab ea sit appellandum. ut l. i. C. De appe. ubi na. Aut subuertitur justitia. et tunc si sententia e lata contra jus legis uel contra jus litigatoris Secus quod no. in. l. ii. C. Quando prouo. non est nece. Et in. c. Cum inter. De re judi. de hoc no. in. c. Exhibita. De judici. Est etiam notandum Quod licet per hanc. l. nõ seruentur juris ciuilis solemnitates Eu tamen que sunt de jure naturali et gentium remanent. ut exemplificat War. in. l. Filius fami. ff. De donaci. Et no. glo. in cle. Sepe. De uerbo signi. Que incipit Defensiones. Quando autem sententia est nulla ratione processus Vide ad plenum Spec. ti. De sententia. §. Juxta. b. Item est nulla ratione processus. Est tamen notandum Quod istu l. duplicem habet intellectum. ut praticatur. Primus quod habeat locum quando pars non opposuit nulitatem cõtra processum Sed judex ex officio procedit examinando. Quia tunc non debet annullari processus Probata ueritate. Qui intellectus fundatur per l. Quamuis. Et ibi per Cy. C. ad. l. Julli. De adulte. ubi post conclusionem cause. et renuntiationem per partes Totum pendet ex officio judicis. quod fiendum restat. Secundus intellectus est Quando defectus apparens non est de substãtia libelli. uel ordinis substantialis judicii. Nam quando ad esse alicujus actus requiritur aliquu de necessitate substantialia Si defficiant non ualet actus. ut. l. Formu. ff. De censi. et. l. Si in rem. ff. De rei uendi. et. l. fi. ff. De liberi. ag. Si tamen pars petat ut juris ordo seruetur et non fiat Non ualet processus. ut infra. l. Proximu.

Item non obstat quod notat Innocẽ. in c. Examinata. De judi. ubi sufficit intentio apta et cetera. Quia illud nõ intelligitur de formula que est actio Sed de superuacua solennitate. de qua ista. l. intelligitur. hoc notat Wal. in. l. Et sine scriptura. C. Ad trebelli. Item est hujusmodi ratio quia in his que judici constat tanquam judici potest supplere. et eius officium conquiescit. ut no. in. c. Wone. i. De electi. Et suplet Ea quibus obmissis non ualet processus. De libelli obla. c. .i. De liti. cõtesta. c. i. Cauere etiam debet judex Ne sibi illudatur. ff. De judi. l. Si pretor. Et ne in uanum partes uexentur. De offi. dele. c. Super questionum. §. Porro ad fi. no. glo. in. c. Cupientes. §. Ceterum in fi. De electi. li. .vi. uide infra. Sententia:

Processus tire uel membrane. cccc. partes adminus cõtineãt Vide infra. Tabellio. h.

Processus relatio in regis audientia qualiter fiat. Vide infra Relatio.

Processio clicorum qualiter fiat in receptione Regis uel regine Vide supra. Clericus. g.

Procurator Fiscalis per Regem in sua curia deputetur talis Qui suo expediat seruicio. Ordi. pecti. Jo. i. Diuiesca pecti. xv.

¶ Procurator. Fiscalis. No. quod Castaldus est is cui res domini gubernanda mādatur. ut. l. Jubemus in prin. C. De sacro sanc. ecclīis. Uillicus autem dicitur custos uille. s. Qui fructibus percipiendis custos imponitur. ff. De instr. l. Sicut uillico. notat Bal. in. ii. Feu. ti. De feudo. gardie. §. Si uero.

¶ Item no. Quod si populus cōstituit procuratorē ad utilitatem potestatis Quod non ualet constitutio. ut. l. Et quia. ff. De iuri. omnium iudi. allegat Bal. l. i. §. Non solum. ff. Quando appellandum sit.

¶ Procurator fiscalis loco sui nō potest plures quam unum deputare qui officij non habet exercitium Donec coram auditoribus presētetur et recipiatur et iuret. Pragma. san. Regis Jo. ii.

¶ Procurator fiscalis non accuset nec denunciet Nisi prius delatorem dederit. Uide supra. Fiscalis procurator. a.

¶ Procuratore litem pro domino Non contestante Dominus non restituitur. Uide supra. Contestatio. a.

¶ Procurator. Non contestante. Et circa hoc no. Quod si procurator generalis egit calumniosam litem. et succubuit et sic delinquit Ipse condemnabitur in expē. non dominus Quia dominus hoc mandasse non uidetur Nisi spāliter mandasset. ut. l. Si procurator. ff. De condi. inde. Et est casus in. l. Non est ignotum. C. De admi. tu. et uide late Jo. de pla. in. l. fi. C. De exact. et translati. militaris ano. in fi.

¶ Procuratoribus ciuitatum et uillarum cum congregantur in curijs Dētur hospicia. Uide supra. Hospicia. c.

¶ Procurator. uel nuntius ciuitatis. uel uille qui Regis mādato ad curiam pergit pro concilij debito In curia pignorari non ualet. pro suo autem proprio debito pignorari potest. Ordi. Regis Hen. ii. Tordesyllas. peti. uiij. Cōfirmatur per Regē Hen. iij. Tolleti anno. lxij. peti. xij.

¶ Procuratores qui mittendi sunt ad curias quas Rex celebrauerit Non sint laboratores nec sermeti Sed sint honorabiles et idonei. quos quelibet ciuitas et uilla libere nominet et elligat. Et duos dumtaxat procuratores quelibet ciuitas seu uilla mittat. Ordi. Jo. ii. Burgis peti. xiij. anno. xxix.

¶ Ciuitates uille seu alia loca Regni hēant liberam facultatem eligendi. et mittendi procuratores ad curiam Cum uocantur per Regem ad curias. Rex autē Regina seu alius quicunque

non se intromittat ad uocandum nominādo certas personas ut elligantur procuratores et mittantur. Et si aliquis tales litteras Regis duxerit Ipso facto perdat officium quod in ciuitate villa vel loco habuerit. Et perpetuo priuetur ab officio talis procurationis. ut dicte ciuitates seu loca libere mittāt suos procuratores. Si tamen aliqua procuratō uenerit in discordiam cognitō huiusmodi pertinet ad Regem. Ordi. Regis Jo. ij. Vallid. anno. Mill. cccclxij. peti. xiij. Confirmatur ista. l. per Regem Hen. iiij. in curiis Cordube. ãno. Mill. cccc. lv. peti. xj.

Confirmatur per eundem Regem Henri. iiij. Tolleti. anno. Mill. cccclxij. peti. xxvij.

Item confirmatur per dictum Regem Hen. iiij. Madrid ãno Mill. cccclviij. peti. xj. Et addit quod si Rex in contrarium rescriptum seu litteram mittat non adimpleatur. Et cum dicti procuratores uenerint procurationem suam coram Rege ostendant. Et postea coram aliis Regni procuratoribus. ut cognoscatur et notum sit omnibus et cetera.

Proditoris omnia bona Regis camere applicātur. suum quoque corpus sit ad Regis libitum. Ordi. Regis. de penis. Segobie. l. ij.

Proditionis maior casus est qui personam Regis tangit. ut si quis laboret Regē capere. vel eum percutiat. uel incarceret. seu grauiter de honestet cum Regis vxore. seu filia nō coniugata carnaliter cōmiscendo. Idem si laborat ut Rex honorem sue regalis dignitatis perdat. Hoc idem si quis ut pri mittitur delinquerit cōtra infantem Regni heredem nisi forte ipse infans vellit Regē percutere. incarcerare. uel a regno exheredare. Tunc enim quicquid cōtra eum Regis vassallus fecerit erit impugnibile. quia Regis dominium super omnia cōseruari debet. Secundus casus est Si quis ad inimicos Regis se transferat ad bellandum. vel alia damna faciendum contra Regem vel regnum. seu Regis inimicis auxilium de facto. uel

consilio impendat .uel eos in Regis seu patrie dampnum Auis set. Tertio Si quis faciat .uel cōsulat quod aliqua gens uel patria contra suum Regem rebellis existat. ¶ Quarto Si quis impedit ne alius Rex. uel dominus tributum Regi soluat seu det. ¶ Quinto Si tenens pro Rege villam. uel fortalicium se cum illo rebellat .uel inimicis illud tradit .uel fraude. seu culpa eum perdidit. ¶ Sexto Si tenēs castrum uel villā a Rege vel alio domino cum omagio vel fidelitate nō tradit illam domino Quandocunque dominus eam petit .uel si in eius defensione non moritur seu nō tenet castrum fulcitum. Et si alia nō faciat pro eius defensione que requiruntur secundum forum et consuetudinem hispanie. Idem si tradat ciuitatem. villam vel castrum Regis. Etiam si pro Rege illud non teneat. ¶ Septimo Si quis Regem in prelio deserat .uel si fugiat .uel ad inimicos se trāsferat .uel qualitercunque a prelio sine Regis mādato ante tempus seruicij recedat. Idem si quis reuelauerit inimicis Regis eius secreta in ipsius dānum. ¶ Octauo Si quis in Regno scandalum. seu tumultum faciat iuramenta et colligatōnes prestando .seu confraternitates militum .uel villatum contra Regem faciendo .ut Regi .uel Regno dānum oriri posset. ¶ Nono Si quis sine Regis mādato Castrum uetus uel rupem fortem populet et reedificat ad Regis damnum .uel si usque ad .xxx .dies a die populationis numerandos id Regi non notificet .ut de eo ad libitum faciat. Nam quicunque tale fecerit .uel populauerit fortalicium Etiam si non sit populatum tenetur Regi respondere Sicut si pro eo omagium fecisset. quod si nō faceret prodictionis maculam incurreret. Idē si quis occideret .uel liberaret. seu fugere faceret ab obstagio in eo existentes Qui dicuntur arrehenes qui stant ob causam ut Regis corpus .uel status se tuetur. uel ut recuperet villā vel castrum. dnium. vel vassallicium ī alio Regno. Idē si Rex tenet aliquem captum Cuius liberatio impericulum corporis vel exheredationis Regis redundare possit. et aliquis liberat

eum a captione. uel cum eo fugit. Quicunque autem talia que supradicta sunt cōmitteret contra quēcunque dominum cum quo uiueret Alleuosiam faceret magnifestam. Si tamen eum occideret. percusserit. cepetit. seu zelotipauerit. uel castrum suum et nō tradiderit. uel suam ciuitatē seu castrum alij tra dat licet pro domino nō teneat proditōnem cōmittit. et ta lis mortis sicut proditor pena pletendus est. Et omnia bona perdit. Non tamen hic error tam grauis reputatur Sicut prodictō que contra Regem uel suum dnium seu contra rem publicam fit. Nec in tali casu prodictionis macula ad lineam venit prodictoris Sicut in Regis vel Regni proditōne. Foro nouo. Regis. Al. de Alcala. ti. xxxiij. l. ij. Traicion.

Prodictionis. ista. l. habet ortum a. vij. parti. ti. ij. l. i. Ubi ponuntur hi casus et alij. Et uide quod ego scripsi. Foro legū. ti. i. li. i. l. ij. Et. li. iiij. ti. iiij. l. xxi. Et. ti. xix. per totum. Et uide specialia in hoc crimine in dicta. l. ij. li. i. ti. i. Foro legum. Et adde causam Eodem foro. li. iiij. ti. xxi. l. penulti. Quando autem dicatur maleficium proditorie perpetratum. vide Bar. in. l. Respiciendum. §. Delinquunt. ff. De penis Et uide. xlvi. di. Clicus. glo. ij. et. c. Nolite. Et glo. vi. xi. q. iij. Tangit. ut in exemplis hic positis. Idem si scienter quis fecit aliquid et consuluit ex quibus poterat Rex mori uel infamari Occidēdus est et bona perdit. ii. parti. ti. xiij. l. x. Incarceret. Incarceratus enim dicitur cum detinetur Ita quod uolens recedere no potest siue in domu. siue in uilla. siue in compedibus siue in uinculis. siue sit ligatus. siue non uidetur captus. seu incarceratus. et capiens Nisi potestatem habeat in tali casu priuatum carcerem cōmittit. ut notat Salice. in. l. i. C. De priua. carce. Et in. l. Sucurritur ff. Ex qui. cau. ma. Et notat glo. Et doc. in. l. iij. C. Ad. l. iulli. de vi publi. Regem autem capiens Punitur ac si eum occidisset. Quia per captionem eum uult diffamare. ij. parti. ti. xiij. l. xi. Patrie damnum. Idem si opera eius et dolo malo aduersus regni securitatem cōmisit. et procurauit Ut aduersus rempublicam loca occuparentur et templa et homines ad seditionem cōuocauit. Et si hostibus regni nūtios uel litteras missit signumue dedit. fecitque ut hostes regni consilio aduersus rempublicam iuuarētur. uel milites cōcitauit seu solicitauit. ut sedicio seu tumultus aduersus rempublicam fieret. ut hec omnia in. l. i. ff. Ad. l. iullia. majes. Et tallis capite punitur. ff. De re. milli. l. Desertorem. Item proditionem cōmittit qui sui Regis animā non custodit uel in sui dedecoris et generis labem uel regni damnum tam consilijs quam factis non obuiat. nec ei sagaciter pro ut tenetur suggerit. nec ab istis Regem cum potest eripere nolit proditionem cōmittit non minorem quā Regem iniurians penam substinebit. ii. parti. ti. xiij. l. xxv. Item no. Quod proditor debet esse allienus ab omni facie dnōrum et principum. et nō potest stare in curia pricipis. Et qualitas prodietionis aggrauat omne delictum. no. Bal. in.

.ii. Feu. ti. An ille qui inter fra. domi. sui. c. i. Castrū uetus. Vide quod scripsi. supra. Castrum. a. ¶ Alleuosiam. no. Quod alleuosia multipliciter cōsideratur quo ad penam infligendam. Nam quandoque alleuosus perdit omnia bona in ca su legis. ii. Foro legum. ti. xix. l. iiii. Et corpus perdit. ut ibi. Quandoque medietatem cū corpore perdit. ut. Co. Foro. le. li. iiii. ti. xvii. l. ii. et. vii. parti. ti. viii. .l. iii. Regulariter tamen proditoris omnia bona et alleuosi medietas bonorum applicantur Fisco. ut allegata. l. ii. Foro. le. li. iiii. ti. xvii. De quo uide quod notat Cy. in. l. Quisquis. C. Ad. l. iulii. majes. Proditōne. no. Quod mitius agitur circa proditionem contra alium cōmissam Quam contra Regem. uel Regnum. Contra. l. fi. ff. De penis. Et quod. no. glo. et Bar. in. l. diui. ff. De jure patro. et Cy. in. l. Quisquis. iii. op. et. ii. q. C. Ad. l. julii majes.

¶ Item no. circa istam materiam Quod si miles fuit contra Regem transferendo se forte ad hostes Regis amittit omnia priuilegia sibi a Rege concessa. ut. l. Iudeos. C. De iude. in fi. et. C. De aque ductu. l. Cos. Ideo licet sit recōciliatus Regi nullo modo recuperabit dicta priuilegia. ut. ff. De jure au. anu. l. i. et. ii. Et est conclusio. Io. de pla. in. l. Cum allegati. C. De re milli li. xii. circa fi. De hac materia quis dicatur proditor et in quibus casibus cōmittatur proditio Vide elleganter per Bal. in. li. Feudorum. ti. Quibus mo. feudum. ami. c. i. § .i.

¶ Proditionem uel alleuosiam contra alium reptādo intendēs Qualiter hoc sibi permittatur. Vide infra. Reptare. a.

¶ Proditor reptare alium non potest. Vide infra. Reptare. b.

¶ Proditor uel alleuosus nemo potest per sententiam dari seu pronunciari nisi per Regem. Vide infra. Reptare. b.

Prohibitiones facte per laicos ne iussa prelatorum adimpleantur sunt nulle. Vide infra. Statuta. b.

Promissio ex qua quis alteri obligatur etiam si non fiat cum solennitate stipulationis valet. Vide supra. Obligatio. a.

¶ Propinquior in genere potest rem patrimonii vel auolengi per heredem venditam Retrahere. Vide supra. Hispalen. e. Et vide infra. Venditio. g.

¶ Publicatis attestationibus nō possunt ultra testes produci. Vide infra. Testes. a.

¶ Publicatis attestationibus An potest noua exceptio que requirit probationem admitti. Vide supra. Auditores. n.

¶ Pugnans cum armis cōtra alterius hospicium seu domum. ultra corporalem penam Medietatē perdit bonorum Regis camere applicandum. Ordi. Ven. ii. De penis. l. xxx.

Questores elemosinatum An possunt exigere testamẽta seu compellere gentes ad audiendum sermones suos. Vide infra. Rescriptum. e. f.

Rapiens aliquid. contra domini voluntatem cum triplo restituat. Vide supra. Milles. c.

Rapiens boues aratorum vel alia ad agriculturã deputata punitur. vt supra. Pignus. c.

¶ Rebellis qui trina citatione uocatus coram iudice comparere renuit punitur. ut supra. Contumax. a.

Recuperator Regis non soluens pecunias quas debet eis qui Regis mandato eas habere debent usque ad mẽsem post tempus quo eidem recuperatori collectores seu arrendatores soluere tenentur. ut dicitur supra. Arrẽdator. m. Soluat pro quacunque die qua extunc transierit quinque moro. pro mille. Item talis morosus recuperator iura sui officii leuare non poterit pro pecuniis quas in termino ut premittitur non soluerit. Ordi. Regis Jo. i. Briuiesca. l. xiii. Recuperatores Regis deputentur tales Qui sint boni. idonei et pertinentes et diligentes ad Regis seruicium publicumque regni cõmune. taliter quod Regis subditi et naturales bene et sine aliqua exactione seu fatigatione liberentur. Ordi. Jo. .ii. Burgis. peti. xix. anno. xxix.

¶ Item recuperatores pro datõnibus seu pro precio minime dẽtur. Nam ex tali emptione officiorum multa prouenium dãna. Ga. ordi. peti. xx.

¶ Recuperatores nõ sint iudei. nec mauri. vide supra. Judeus.

¶ Recuperator Regis pecunias reddituum uel iurium regalium recuperãs pro quolibet tertio ãni Si apud eundem recuperatorem alique manent pecunie ultra illas quas Regis mãdato soluit Jd Regi notificare tenetur Vsque ad decẽnium. Si Rex itra portos fuerit. uel usque ad. xx. dies. Si rex ultra portos steterit. Contra faciens decem moro. pro mille de his pecuniis quas recuperauit pro qualibet die que post termi

num notificatõnis ut premittitur effluxerit Soluat hanc eandem penam. Recuperator incurrit si postquam Regi id notificatum fuerit. Et Rex usque ad certum terminum iusserit pecuniam tradi. Et recuperator non adimpleuerit. Si uero soluendo non est arbitrarie corporaliter punitur. excepta morte et membri mutilatõne. Eadem. Ordi. Jo. i. briuiesca .l. xiiij.

¶ Recuperatores iurium regalium Si ea usque ad annum nõ petane seu liberent perdunt quod ex eis debetur. Vide supra. prescriptio. e.

¶ Recuperatores seu collectores Regis compelli possunt per locorum pretores Regis mandatum adimplere. Vide supra. pignus. d.

¶ Recuperatores Regis non certe seu indebite pecunias. Regis liberantes puniuntur. ue supra. Arrẽdator. n. Vide circa hoc supra. littera collector. Et supra. Arrendator per totum.

Recusans iudicem vt suspectum. recusationem iurare tenetur. Et si causa fuerit ciuilis. Judex secum ydonum assummat hominem. pro associato. ut uterque simul de causa cognoscant. Jurare quoque tenẽtur in cruce sacro tactis euãgelns quod bene et recte causam diffiniene. et ius suum vnicuique tribuent. in causa uero criminali recusatus alium assumat secum iudicem seu pretorem associatum si in loco sit. Defectu cuius ciuitatis uel ville rectores duos depueent inter se rectores sine suspitione Qui cum iudice recusato asistãt ad audiendum diffiniendumque causam. et omẽs ut premittitur iurent. Si autem rectores in eligẽdo dictos associatos discordes fuerint Sorte dirimatur. Et taliter ellecti. uel sorte nominati Audiant causam. et iurent ut premittitur. Si uero in loco rectores defuerint Judex recusatus diuitiores assummat loci homines. Et sorte inter se facta duo ipsorum cum recusato iudice causam audiant. et diffiniant foro nouo Regis Al. de Alcala. ti. v. l. i.

¶ Confirmatur ista lex per Regem Jo. ii. Wallis. anno. Mill. .cccc. xli. Peti. xxxiii. Et addit ibi Rex i Peti. sequēti Quod assesor qui cum iudice recusato in causa criminali fuerit assumptus Tenetur ire ad audiētiam carceris cum dicto iudice Sub pena quod soluat parti expensas et damna Que culpa sua obuenerint propter litem dilatatam. ¶ Item tenetur dictus assesor tempore quo assumitur promittere suam bonam et honestam diligentiam facere Taliter ut lis cum toto posse sine dilatione finiatur.

Recusans. Ut suspectum. Circa hanc materiam queritur Si pretermissa cognitōne iurisdictionis Judex procedit ad ulteriora, Utrum ualeat processus. et distingue secūdum Bal. in l. Si de hereditate. C. De ordi. cogni. Quod aut est liquidum de iurisdictione et ualet processus Aut non est liquidum. Et tunc aut est apposita exceptio et requiritur pronunciatio. Et hoc ē uerum in his que sunt dilatiua iurisdictionis. Sicut si rescriptum est falsū debet super hoc pronunciari. ut. c. Super litteris de Rescripti. Sed in his que sunt prerogatiua iurisdictionis uel adminiculatiua Valet processus obmissa pronunciatione super iurisdictione. Tex. est in. c. 1. Extra. De iudici. Aut non est opposita exceptio et ualet processus. ut no. Bal. ubi supra. ¶ Item est notandū quod post conclusionem in causa non potest impediri sentētia uirtute recusationis cum nichil potest opponi post cōclusionem nec in facto. nec in iure. ut no. per Jo. an. in. c. Auditis de procura. et in. c. Pastoralis de causa posse. et proprie. Et de resti. spoli. c. Audita. Et ex hoc limittantur iura dicentia recusationem et exceptionem dilatoriam Posse proponi quandocunque ius opponendi superuenerit. ut in. c. In sinuante. De offi. dele. et in. l. ii. C. De consor. eiusdē. li. et no. iii. q. iii. Exceptio. Nā intelliguntur ante conclusionem in causa. et nō post Quod est menti comēdandū Et pro hoc facit quia ex quo conclusum est Parum potest iudex nocere cum tūc remaneat remedium appellationis. Est conclusio Abb. de cecilia. in. c. Cum dilectus De ordi. cogni. vi. colum. Ut suspectū. Etiam sine cause expressiōe Quod olim requirebatur. ut. c. ii. Requiris. et. c. Cum spālis De appe. Illud tamen de iure canonico seruatur Hodie autem sufficit quod ut suspectus simpliciter recusetur cum iuramento. ut euictetur calumnie presumptio. ut no. glo. A qua credo hanc. l. ortum habuisse. in. l. Apertissimi. C. De iudici. facit. l. Quia poterat. ff. Ad trebelli. Exhigitur. n. iuramentum maxime si est presumptio Quod recusationis exceptio maliciose opponitur. ut no. Spec. ti. De recusatione. §. Qualiter autem. h. Quid si presumptio. Et concordat cum hac. l. quod Spec. notat in dicto. §. h. Quidam autem legiste. cum se. ¶ Item circa hoc no. Quod non solum simpliciter potest recusatio non expressa causa contra iudicem opponi. ut hic. Sed etiam potest iudex generaliter in omnibus causis ciuilibus seu criminalibus que recusantem tangunt recusari. ut. C. Si quacūque predic. potesta l. Unica. ¶ Item est notādum Quod ualet processus iudicis recusati. Nisi ab eo appelletur

ut no. Spec in dicto. §. Qualiter autem. §. penultimo. et ultimo. ¶ Domine bonum. §. sine suspitione. ut. l. Nemo. C. De iuris. omni. iudi. et notat Bal. in .li. Feu. ti. De prohibi. feu. alli. §. Preterea. Unum tamen no. Quod cum ista .l. loquatur de iudice. quod merus executor nō potest recusari nec ab eo ualet appellari. ut est tex. in. c. Nouit De appellati. et ibi glo. et Innocē. ¶ Item circa id quod dictū est superius An. s. ualet processus iudicis recusati uel ueniat annullandus Innocē. in. c. Cum spāli De appe. Dicit quod nō meminit se legisse. quod sit ipso iure nullus Sed debet anulari. Sed Hosti. tenet ibi contra et Io. an. cum eo. Bar. tamen in. l. Quia poterat. ff. Ad trebelli. De facto dicit quod meminit se legisse. quod processus sit ipso iure nullus. ut alle. l. Unica. C. Si qua cū prodi. po. Et est ratio. Quia recusatione proposita recusans ē ipō iure exemptus ab eo et ab eius iurisdictione. et processus est nullus. Et si dicis Quod ibi ē spāle Fateor quod est spāle quod ordinarius recusatur de iure ciuili. Sed non in eo quod dicit quod processus sit ipso iure nullus. ¶ Item no. Quod iudex recusatus loco mortui habetur. notat Io. de pla. in. l. Precipita. C. De primicerio. li. xii.

Rectores ciuitatum et locorum cum absentes fuerint salarium non percipiant. Nisi in Regis uel loci seruicio occupati fuerint. Ordi. Regis Io. ii. Zamore. peti. lii.

Rectores. Gratia cuius no. Quod anciani uel curiales non debent se absentare a ciuitate sine licētia. C. De decuris. l. Si quis decurio. et. l. Curiales. Item anciani et regentes ciuitatem non possunt esse procuratores priuatorum. et puniuntur si suscipiant. C. De decurio. l. Si quis procurationem. ¶ Item anciani et regentes ciuitatem assummi debent diuites et non pauperes. e. ti. l. Ad subeunda. Nec aliud officium acceptare possunt extra ciuitatem e. ti. l. Diui. uirl. ¶ Item defendere ciuitatem et facere pacem spectat principaliter ad ancianos. e. ti. l. Quandoque. Nec possunt in officio per substitutum deseruire. e. ti. l. Nullus. ¶ Item no. Quod si quis in acceptando officium fuerit cōtumax loco eius alius eligitur qui bona cōtumacis hēbit. et cōtumax duplo temporis officia exercere debet .l. Si ad magistratum. C. De decurio. ¶ Item no. Quod rector uel officialis nouiter creatus nō tenetur ad debita predecessoris. nec ciues nouiter recepti. tenētur ad collectas. que pro ueteribus debitis imponuntur. ut. l. Prouidendum. C. De decurio. et ibi Bar. ¶ Item no. Quod potest quis extrahi de domu ut accepter officium publicum et occultator punitur. ut. l. Ex omnibus. C. De decurio. ¶ Item no. Quod anciani possunt imponere penas ad defensionem reipublice. et publice utilitatis Que cum non sunt sententie iudiciales De sen. exco. c. Dilecto. et .c. Venerabilibus. li. vi. Tales autem sicut ex arrupto suadēte publica utilitate inducuntur Sic et tolluntur. ff. De decre. ab ordi. fa. l. Quod semel. et De iniuris. c. In nrā. Est conclusio Anto. de bu. in suis questionibus. q. i. Que incipit Visis statutis et c̄. ¶ Item no. Quod de eo quod quis gessit ut administrator finita administratione non tenetur Quod intellige in administratore necessario. ut rector uel iudex. Est tex. in. l. Post mortem. ff. Quādo ex facto tutoris. Itē secus si uoluit se proprio nomine obligari. ut. l. Cum potest. §. i. ff. De admi. tu. Idem si animo nouandi se obligauit. ut. l. Curatores. §. In eum. ff. De admi.

rerum ad ciui. parti. Et sic distinguit Bar. in alle. l. Post mortem. Et sic intelligitur glo. c. Aduersus. de immuni. eccli. ¶ Item an rectores ciuitatis qui dicuntur decuriones possunt agere et defendere pro ciuitate Uide quod no. supra. Ciuitas.

¶ Rectores. pretores. seu algazeli locorum nõ possunt propria bona locorum seu etiam redditus conciliorum cõducere seu arrendare. vide supra. Arrendare. q. et supra. Officialis. c. et supra. Pretores. e. et infra. Tutor.

¶ Rectores ciuitatum excusantur a guerra. vide supra. Aduocatus. b.

¶ Rectores concilij alia officia in locis pretorie. uel iudicature nõ habeant. nec arrendent. vide supra. Officialis. c.

¶ Rectorum. pretorum. seu tabellionum officia ultra numerum limitatum minime augeantur. vide supra. Numerus. a. et supra. Officia. h.

¶ Rectores ciuitatum seu locorum Si fauorem prestiterint seu impedierint publice uel occulte vnde ciuitas seu locus super terminis. uel alijs proprijs. uel rebus concilij lites suas nõ prosequatur Contra quoscunque milites seu dnõs Ipso facto perdunt officia. et in concilij congregatione nullatenus recipiatur. Idem de aduocatis qui sunt rectores. et contra cõcilium patrocinium prestant. Iustitia autem loci ubi hoc cõtingerit Tenetur ad executiõnem huiusmodi pene procedere. Ordi. Regis Jo. ij. Madrid. anno. Mill. cccc. xxxv.

¶ Rectorum et aliorum officiorum renunciatiõnes Si fiant potest Rex de eis prouidere Dum modo fiant de patre in filium vide supra. Officia. h. et infra. Renunciatio. a.

¶ Rectores et alij officiales cum recipiuntur in officijs Tenẽtur iurare. ut supra. Officia. h.

¶ Rector ciuitatis uel loci qui cum alio eiusdẽ loci rectore uiuit. seu habet terram. uel acostamentum. seu feudum. vel mercedem ab alio Ipso facto officium perdit. Ordi. Jo. ij. Guadal. anno. xxxvj. l. xiiij.

¶ Rectores locorum cum iustitia eligere possunt officiales con

alii ex priuilegio. Uide supra. Priuilegium. v.

¶ Rex Fer. et Regina. Confirmarunt legem disponẽtem rectores seu alios officiales conciliorum conducere seu arrendare non posse conciliorum bona seu redditus et cetera. Et addunt quod nec conducere possunt rentas Regis Sicut nec concilii per se nec per alios. Et quod extendatur dicta lex adiuratos et tabelliones. et alios quoscunque officiales concilii. Quod si contrarium fecerint ipso facto perdant officia cõcilii et efficiantur inhabiles ad aliud officium. Nec eis soluatur salarium. quod cum officiis habebant. Et quicunque pretor. rector. iuratus. algazelus. merinus. et tabellio. et alius quiuis officiales. Tempore quo ad officia recipiuntur Tenentur ista iurare nec ante ad possessionem officiorum recipiantur. ut ordi. de Madrigal. ãno. Mill. cccc. lxxvi. Peti. xxix.

Rectorie officium cum prouidetur a Rege ponatur in littera prouisionis Quod ille cui prouidetur non habeat nec habere possit ultra consuetum numerum pretoriam nec rectoriam. Secretarii autem uel tabelliones expedire non debent tales prouissiones sine supradictis clausulis Nec etiam cãcellarius tenetur eas sigillare. Et licet expediantur nõ ualent Ordi. Regis Jo. ii. Zamore. Peti. ii.

¶ Rectorie officium unum debet quis et non plura obtinere. Et si plura habet Eligat quod maluerit. Uide supra. Officium. v. ii.

¶ Redimens christianum captiuum potest retrahere pro eodẽ precio maurum venditum. Uide supra. Captiui.

Redditus et iura regalia per publicum debent arrendari preconium. Priuati tamen. seu domus Regis officiales arrendare nõ permittuntur. Ordi. Regis Al. in Madrid. Peti. xxv. Addit Rex Jo. ii. Guadalfaiara. ãno. xxxvi. l. v. Quod computatores maiores Regis. Et alii cõputatores ratõnum sua loca tenentes. Officialesque eorum. Et maiordomus. Et cãcellarius. Et notarii. Et dispẽsator domus Regis. Et suas

uices habentes. Et officiales. et alij. pro eis non sint. nec esse possint thesaurarij. nec recuperatores. nec factores. nec fide iussores in his que tangunt redditus. et iura Regis. nec sint arrendatores. nec in redditibus Regis seu in fideiussionibus habeant partem. nec baratent. nec extrahant liberamentos alienos. Et quod iurent coram Rege de obseruādo hoc quod dictum est Sub pena persone. et perditōnis officiorum.

Redditus seu iura regalia diminuens. uel si dicto. facto. statuto. uel consilio faciat ut minus ualeant Regi. uel suo recuperatori dampnum cum quadruplo soluat. Cuius triplum Regi Residuaque pars accusatori applicatur. Ordi. Regis. Jo. i. uallisd. l. iiij.

Redditus Regis postquam semel fuerint rematati &c non possunt per computatores maiores mutari. uide supra. Computator.

Redditus prouētus ecclīarum per dominos locorum nō impediantur. nec defraudentur. uide supra. Domini. a.

Redditus Regis usque ad biēnium non petens postea nō potest. uide supra. prescriptio. e.

Redditus. seu iura regalia nemo arte. dicto. mina. seu alia quauis diminuat arte. uel colusione. nec ut minus ualeant faciat. Contrarium autem faciens dānum quod euenerit cum septēnis soluat. Quilibet uero postquam sciuerit tenetur hoc iustitie loci ubi hoc contigerit denunciare. denunciātem quoque Rex sub sua recipit protectione. Et si uerum quod denunciatur reperitur Tertiam pene partem denuntians in premium habebit. Judex itaque loci ubi hoc contingerit ex officio. sine mora confestim inquirere tenetur. et relationem Regi sub priuationis officij pena mittere. quod autem opponitur seruari opportet Saluis alijs penis per foros et iura statutis Ordi. Regis Jo. i. de Briuiesca. l. ix. uide infra. Rex. bb. et supra. Inquisitio. l.

Redditus Regis pro minori precio christianis quam iudeis de

bent attendari. vide supra. Attendare. c.

¶ Redditus Regis nullus impediat. vide infra. Tributum.

¶ Referendarius quod officium in consilio Regis habet. Et qualiter debeat suum officium exercere. vide supra. Consilium. c. f. i. l. m.

Regatones non emere audeāt victualia que ad curiam venerint. ut illa revendāt in maiori precio alias ipō facto illa perdant. Et insuper centum flagella eis publice dentur ultra alias penas. a legibus Regni statutas. Ordi. Ven. iii. Tolleti. ãno. lxi. peti. xi.

¶ Regatones. seu tabernarii in curia. seu in alia quacunque ciuitate uel loco non accedant ad fauorem seu familiaritatem sequantur alicuius militis. seu magnatis curie. seu alicuius de Regis cōsilio. pretorum. seu algazellorum curie. nec alicuius militis seu scutiferi aliarum ciuitatum seu locorum. Regatones uero contra facientes penam incurrunt. lx. flagellorum Et quiquaginta mille moro. quorum tertia pars accusatori Residue uero partes algazellis curie. Si ibi cōmissum fuerit quod dictum ē. Alias algazellis ciuitatum et locorum ubi hoc contingerit applicetur. Aliis ordinatōnibus super hoc ciuitatum et locorum in suo robore manētibus. Ordi. Ven. iii. Tolleti. anno. Mill. cccc. lxi. et peti. xl. ix.

¶ Regere non permittantur ciuitates uel loca nisi rectores et prectores. et alii de quibus in statutis cuiusque loci cauetur. vide supra. Consilium. d.

Regestrator personaliter resideat in curia. et omnia rescripta de uerbo ad uerbum ponantur in regestro. vide infra. Rescriptum.

¶ Regestrum de litteris. uel rescriptis que ad Regem pertinent non soluatur. Ordi. Regis Al. Madrid. peti. lxxxvi.

¶ Regestrum habeat qui sigillum habuerit. vide supra. Consilium. r.

Relatio que fit ad diffinitiuam sententiam proferendam in Regis audientia debet in scriptis tradi et omnem illius per quem fit subscripta vt in processu litis ponatur. Debent tamen procuratores et aduocati litium vocari. et relatio coram eis per vnum fiat de auditoribus. Si uero in aliquo relatio contradicatur debet cum litis processu videri et concordari. Et cum relatio in concordia fuerit nominibus subscribatur procuratorum. necnon et aduocatorum. et relatoris. Cum itaque uocati venire neglexerint ad terminum per relatorem assignatum Relatio fiat in scriptis. venire tenentibus amplius non vocatis. In obediens autem in super litis decimam soluit Qualiter quod summam non excedat mille moro. Pene uero istius Due applicantur partes relatori. Tertia autem alguazelo tribuatur. et non aliter relationes audiantur. et hoc idem in criminalibus causis coram curie pretoribus ventilandis est omnino obseruandum. Ordi. Regis Jo. i. Guadal. l. i. anno. Mll. ccclxxx. vide supra. Auditores.

Relatio. Quid sit de iure canonum relatoris officium. Vide. xxiij. di. c. Lector notat Bal. C. De legi. l. i.

Relatorum iura que debent ex relationibus quas faciunt leuari. vide in ordinatione auditorum confirmata per Regem Jo. ij. anno.

Remissio delinquentis a loco delicti fugientis fiat per iudicem ubi delinquens degit. vel ubi reperitur ad requisitionem querelosi. ostensa tamen sententia que in eiusdem delinquentis contumacia per iudicem delicti est lata. Si tamen querelosus illius sententie condemnatorie virtute petierit. ut iudex in cuius iurisdictione delinques est repertus illam exequatur. hoc agere poterit. Si uero illam exequi noluerit ad ipsius remissionem artatur. non obstante varia querelosi requisitione. Malefactor vero suis expensis remittendus est. Si autem soluendo no est expensis remittatur petentis. Cum itaque petens non habet vnde soluat officialium loci ubi deli

quens repertitur Expensis dicta remissio est facienda. Si enim iudices vel officiales hoc facere neglexerit ad penam tenetur delinquentis. Ordi. Regis Al. Segobie. l. xxv. vide supra. Mercinus. iii. et vide supra. Delinquens. ii.

¶ Remissio. Ostensa tamen sententia. Circa hoc no. Quod quandoque unus iudex remittit ad alium ad instrutionem et statur actis remittentis. ut. no. in cle. Pastoralis. De re iudi. Aut remittitur ad punitionem Non tenetur stare sententie Sed debet acta renouare. unde si transmitteret ut sola sententia sine probatione Non faceret fidem de crimine Quo ad iudicem diversi Fori. ut est tex. iuncta glo. et ibi Bal. cuius est ista notula. in auctentica. Clericus. C. De epis et cle. Et hoc tenet Guillel. in. l. Magistratibus. ff. De iuris. omnium iudi. Est tamen notandum Quod si epis remittit hereticum ad iudicem secularem Tenetur iudex secularis stare actis Epi. quia illa remissio fit tanquam de superiori ad inferiorem Et ideo inferior tenetur exequi et non cognoscere de crimine. notat Bal. in alle. auctentica. Clericus in fi. ¶ Item no. Quod dominus loci non tenetur subditum suum ad locum ubi delinquit remittere Si sub eius dominio habet domicilium Nisi a superiore requiratur. uel si delinquens est forensis et profugus. Nam tunc ille dominus sub cuius territorio degit tenetur ipsum remittere et exhibere. precise notat Bal. in ti. De pace tenen. et eius vio. c. i. §. Si iudex. Et circa hoc no. Quod licet aliqui dixerunt quod remissio delinquentis fit de urbanitate. ut glo. et Bar. in. l. Si cui. §. Cum sacrilegium. ff. De accusa. et Salice. in auctentica. Si uero. C. De adulte. et Cy. et De. in auctentica. Qua in provincia. C. Ubi de crimi. agi. oportet. Et glo. in cle. Pastoralis De re iudi. Et glo. et docto. in. c. i. De rapto. Veritas tamen est quod est de necessitate per hanc. l. Cum qua concor. vii. parti. ti. i. l. xix. et ti. xxix. l. i. Circa hanc materiam vide quod scripsi Foro legum. ii. ii. ti. i. l. i. et vide supra. Delinquens. ii.

¶ Remittantur ad loca delicti uel contractus delinquentes Vel contrahentes. qui in locis privilegiatis receptantur. Vide supra. Delinquens. ii.

¶ Remittantur. Vel contrahentes. Regulariter tamen de iure in contractibus non habet locum remissio. ut. l. Heres absens. §. Si quis tutellam. ff. De iudicis. Et hoc est decisum in. c. Romana. §. Contrahentes. De foro compe. li. vi. Fallit primo ubi renunciant privilegio fori. ut est glo. in. l. i. ff. Si quis in ius uo. non ve. Fallit secundo ubi iurant contrahentes litigare in loco contractus. ut est casus in auctentica. De exhi. reis. §. Si uero ibi quidam iurant unde sumitur auctentica. Et qui. ¶ Tertio fallit ratione contumacie. ut est casus singularis secundum Bal. in. l. Consentaneum. C. Quomodo et quando iudex. ¶ Item fallit ubi est renunciatum exceptioni Fori. ut tangit glo. et Bal. in. l. Si quis in ius. ff. De in ius. uocan. ¶ Item fit remissio in contractibus Si debitor dolose videtur abesse Quod facit contra debitores fugitiuos. et contra mercatores transeuntes. et fidem rumpentes. ut notat Bal. in alle. l. Si quis in ius. Et vide quod dixi supra. Delinquens.

Renunciare potest libere Rector ciuitatis rectorie offici
um in filium uel generum Non obstante quod per Re
gis rescriptum officia rectorum vacantia Debeāt ad certum
numerum reduci. Quia intelligendum est cum talia officia ua
cant per mortem. vel alias Non tamen per renunciationem
Ordi. Regis Jo. ii. in palencuela. peti. xiiii. anno dni. Mill.
.cccc. xxv.

Aliter cauetur in ordinatione eiusdem Regis Jo. ii. Guadal.
Vide supra. Officia.

Non potest Rector ciuitatis uel loci officio renunciare recto
rie uel tabellionatus Etiam si hoc faciat ratione infirmitatis
uel impotentie seu alterius impedimēti Nisi hoc faciat ex di
ctis causis in manibus aliorum rectorum. Et qui aliter recto
rie officio uel tabellionatus renunciauerit Ipsum perdat. nec
is cui renunciatum fuerit Illo gaudeat. Sed eius electio ad ali
os deuoluetur rectores Ac si per obitum dictum officium ua
casset. Rex autem de officio sic renunciato. minime prouide
at. quod si fecerit Alii rectores prouisum nō recipiant Sub pe
na priuatōnis officiorum. Rectores tamen tres eligere tenen
tur ad officium taliter vacans Vt Rex vnum ex eis eligat. et
ei prouideat. Et hoc ipsi rectores cum iustitia loci faciant. Re
uocatur lex que disponit quod in filium uel generum talis po
test fieri renunciatio. sed perinde hēatur Ac si in extraneum
fieret. Ordi. Regis Jo. ii. Madrid. āno domini Mill. cccc. xxx
v. peti. ii.

Renunciatio per agricultorem facta super animalibus uel re
bus agriculture ut distrahi possint Nō valet. Vide supra. Pi
gnus. c.

Rente Regis. Vide supra. Redditus.

Reparatō murorum cauatum et ābitus ciuitatis uel loci.
per conuenientes in eo uel pascua comedētes soluatur.
Vide supra. Impositiones. a. et supra. Castrum. c. et supra.
Muri. a.

Repartitiones per agricultores seu laboratores sine presẽtia et consẽsu rectorum. et iustitie ciuitatis. uel loci dñõ fiant. nec hi super quibus fit repartitio coguntur contribuere nisi aliud preuilegio caueatur. Ordi. Regis Jo. ii. Zamore decii. xxxiii. Vide infra. Vectigal. Postea statuit idem Rex Jo. ii. in Madrid. anno. Mil. cccc. xxxiii. deci. viii. Quod ultra tres mille mora. non fiat aliqua repartitio in ciuitate uel loco ad necessitates concilii nisi cum Regis licentia quam nõ intendit dare nisi prius probato quod propria et redditus ciuitatis uel loci sunt in necessariis et utilibus rebus loci consumpta. Justitie autem dictis reparationibus aliter factis consentientes perdunt officia. Vide infra. Vectigal.

¶ Represarie de uno loco in alium nullatenus fiant. Vide supra pignus. a.

¶ Damnauerunt pignorationes seu represarias. Et prohibuerunt ne cõsiliarii. auditores. computatores maiores. seu pretores. uel alii iudices liberent. seu dent rescripta. sententias. seu alias prouisiones Ut alii quam iudices ordinarii sint executores. uel meri cum iusta maxima et euidenti causa deputẽtur executores. persone note in curia regum idonee et diuites. ¶ Item quod nullus pretextu testimonii. seu negligẽtie iudicum. seu pretorum. uel rapine. seu capture de quibus cõqueritur. nec alia quauis causa pignorationes. seu represarias faciat contra bona seu personas aliquas etiam debitores Sed ante omnia hoc petant in iudicio uia ordinaria Donec finiatur per sententiam. seu obligationem. Et postea petatur executio eadem ordinaria uia. Et qui contrarium fecerit Eo ipso perdat quod sibi debetur. et bonorum medietatem fisco aplicandam. et insuper saltus et uim comitentis penam patiatur. Et in quocunque loco quo repertus fuerit executioni mandetur. Et is cuius causa. seu occassione tales fuerint represarie facte perdat priuilegia seu mercedem de qua executõ talis petitur. et perdat debitum pro prima uice. Et pro secun

da vice penam patiatur. ut supra tanquam depredator. Hoc tamē excepto quod habētes privilegia et rescripta a cōputatoribus maioribus subscripta de modo. uel aliis rebus situatis uel obligationes executivas postquam petierint executionē ab ordinariis exequi negligentibus concilio et iustitie loci requirant Quod eis exhibeant iustitie complementum. Et nisi fecerunt ad consilium Regum recurrant Diligentias ostendendo Quas super hoc fecerunt. et detur eis executor qui in bonis et personis debitorum et suorum fideiussorum et iustitie et rectorum et officiorum concilii negligentē iustitie faciat cōplementum Sub penis iam dictis Eadem Ordi. Petri. ii.

Reptare nolens alium super proditione Alias aleue quod Regem seu Reginam non tangit Regi sub silentio cum uno Regis camere tabellione id ostendere tenetur. Et si Rex viderit quod rieptum vendicat sibi locum. Et reptandus est. in curia optenta reptandi licentia non poterit rieptum fieri Donec nouem dies labantur. Si uero reus est absens rieptum non fiat Donec Rex notificet reo qui habebit ad ueniendum. .xxx. dierum spacium. et insuper illorum .ix. dierum infra. quos si cum aduersario non componat Poterit extunc Accusatio vel rieptum fieri. Idem si Rex non notificet. ut predicitur. potest terminis iam elapsis. xxx. et ix. dierum reptans libere reptare. Si autem suprapositis pretermissis quisquam super facto Regi. uel regno non tangente aliquē de proditione uel aleuosia reptandum uel accusandum duxerit Reptatus absoluatur. Reptans uero patietur penam rieptum dicentis cum dicere nō potuit. hoc est ut dedicat se. quod si fecerit Alii generoso equalis non sit. Si autem usque ad. xxx. dies dedicere se noluerit regnum exeat. et inimicus remaneat accusatōnem uel rieptum dicentis et suorum propiquorum. Cum autem accusatio vel rieptum Regem uel Regnum tangit Primo Regi ut primittitur sub silentio ostēdatur. Et nullatenus sine Regis mandato fiat. nec audiatur. Et si cōtra hoc

quis accusauerit uel reptauerit Regis arbitrio puniatur. Fo ro nouo Regis Al. de Alcala. ti. xxiij. l. i.

¶ Reptare Accusatio. Que fiet per hunc modum secundum cōsuetudinem lombardie illustrissime dnē Rex. Ego. Jo. dico contra Petrū Quod ipse est falsus proditor uel alleuasus Eo quod tregua seu fidantia a Regia maiestate urā inter generasos huius regni posita prodicionaliter patrem meum occidit tali mense. et tali anno. et tali loco. Quod si ipse confiteatur peto ipsum condemnari super predicto homicidio prodicionaliter seu alleuase sic cōmisso ad penam capitalē. Si autē hoc neget Ego per pugnam armis paribus sumptis a me et ab eo faciam sibi confiteri predictum homicidium per os suum in campo nobis per altissimam dominationem uestram assignandum. uel reddam eum uictum uel mortuum in dicto campo. Et super dicta pugna pignus meum. s. has cirotecas meas hic in medio in presentia urē dominatōnis affero et reddo et promitto me juraturum in introitum campi Per potentissimam dominationem urām nobis assignandum ad dictum certamen seu pugnam Quod ego non habebo herbas. nec breues cōjuratorios. uel alia que ad maleficia. uel fachinas pertinēt quoquomodo. Et quod tunc Petrus juret similiter illud idem. Et peto per uestram dominationē si Pe. predictum homicidiū neget declarari et judicari pugnam predictam posse et debere esse et fieri ex predicta causa inter me et eum Ipsum sententialiter condemnari ad subeundum pugnam mecum ex predicta causa. ut super predicto homicidio per pugnam possit ueritas in uenici. Et juro et c̄. Hec forma probatur in lombardia. ti. Qualiter quis se defen. debeat. Et ti. In quibus causis pugna prohibe. uel fieri. de. l. De furto. Probatur etiam quod de jure facultas probationum non debet angustari. ut. l. Quoniā multa in fi. C. De hereticis. ¶ Item recte dicitur. Tregua inter generosos et c̄. Quia ob antiquo inter eos securitas est reformata. ut. l. i. ti. Delos rieptos. Foro legum. et ibi plenius scripsi. Facit. c. i. De pactis. ¶ Item recte dicitur Paribus armis et cetera. ut in lombar. ti. Qualiter quis se defen. de. l. Mentio. et ar. C. De postulan. l. Prouidendum. et Foro legum. e. ti. l. vni. ¶ Item recte dicitur. Vel reddam eum uictum uel mortuum. Et sic sunt oōnes disjunctiue. et sufficit quod altera deueniat ad optinēdum. ar. ff. De condicti. insti. l. Si herede. et De uerbo. obli. l. Si ita quis stipuletur. Et est tex. Foro legum. e. ti. .l. vi. ¶ Item recte dicitur Pignus meum et cetera. Quia eo ipso quod pignus licet parui ualoris offert realiter uidetur idem Jo. de cou'uctudine se et bona sua obligare pro prosequenda pugna usque ad finem. ¶ Item recte dicitur In campo non habebo herbas et cetera. ut in lombar. ti. Qualiter quis se defendat. l. Nullus campi Et facit. C. De male. et mathe. quasi per totum. ¶ Item recte petitur declarari pugnam posse et debere ibi esse. Debet enim pugna judicari. ut in lōbar. ti. Qualiter quis se debe. l. Quibuscunque. Alias nisi esset judicatum executio pugne nō deberet fieri. ar. C. De exe. rei judi. l. i. Et facit. ff. De re. juris. .l. Non est singulis in prin.

¶ Circa hanc materiam no. Quod si uniuersitas nichil habet cōmune cogitur imponere collectam et facere bursam cōmunem. ff. Quod cuiusque uni. l. i. § fi. Et expendatur pro necessitate uniuersitatis. ut ibi glo. et Bar. ¶ Item no. Quod collecta non potest imponi nisi subdictis. ut no. glo. et docto. in. l. Rescripto. § fi. .C. v.

.ff. De mune. et ho. Est tamen notādum quod quēadmodum potest ciuitas statutum facere Quod omnes qui colunt uel serunt in suo districtu Soluant ex hoc quia ibi colunt ibi seeunt ibi metunt Quasi contrahere uidētur. Quia statutum bene potest de nouo inducere quasi contractus iure cōmuni incognitos. ut. ff. De iudiciis. l. Omnem. Et quia gaudent possessionibus Conueniens est quod soluant onera. ut no. in. l. i. De muneri. et in quo loco. li. xi. no. Bal. in. l. Unica. C. De sen. que pro eo quod interest pro. ¶ Item no. quod sola ciuitatum decreta nō sufficiunt ad uera uectigallia inducenda Sed requiritur principis non recognoscentis superiorem licentia. et auctoritas cum hoc reseruatur solius principis potestati Idem de gabellis. et aliis impositionibus. ut. l. uectigallia. C. Noua uectigallia institui non posse. et ibi Salice.

¶ Generosus potest Generosum reptare pro prodictione. seu alleue quod contra eum fecit. Reptare autem debet is cui iniuriam passus est. Eo uero mortuo pater pro filio et ecōtra et frater pro fratre. his non stantibus propinquior consanguineus usque ad secundos consanguinei filios. Reptare etiā potest uassallus pro domino et econtra. Possunt autem pro reptato respondere consanguinei usque ad. iiii. gradum. Itē nullus potest pro uiuo homine reptare Nisi uassallus pro domino. uel pro femina. uel pro religioso. seu pro eo qui arma accipere Non valet. uel non debet. Item reptare non potest proditor. Nec alleuosus. Nec etiam filius potest proditionē uel alleuosiam natus. Nec is qui pro infami est condemnatus Nec etiam qui propter rieptum in curia se dedixerit. ¶ Itē tregua durante Quis reptare non ualet. nisi reus treguam frāgat. ¶ Item nemo nisi in curia coram Rege alium potest reptare Eo quia nullus iudex inferior potestatem habet generosum pronunciare prodictorem. uel alleuosum. nec artie pro liberare Nisi solum Rex. propter uniuersale dominium quod habet. Reptari quoque potest generosus qui ante diffidationem alium occidit. uel cepit. seu percussit generosum. Qui uero propter causas iam dictas depredauerit Potest alleuosus dici. Eodem foro nouo. ti. xxxiii. l. iiii. Vide supra. Diffidatio.

¶ Generosus. Generosum. Sic est de milite qui non cogitur pugnā suscipere Nisi ab alio milite. ar. De pace et eius uio. § . Si miles aduersus. Et no. in. li. Feu.

ti. De lege coradia .r. Unico. in prin. ¶ Item nec cogitur quis pugnam sucipere Cum prescriptum est actioni propter quam pugna offertur .ar. ff. Si quis cauci. .l. Si eum. §. Qui iniuriatum. ¶ Item effugiet quis pugnam Si probat contracium eius quod sibi imponitur .ut satis colligitur. De pace tenen. et eius uiola .§. Si quis hominem ¶ Pro femina. Concor. l. Lombar. ti. Qualiter quis se defende. l. Si quis uxorem. et .l. fi. ar. ff. De mune. et ho. l. iii §. Corporalis. Nõ ualet. ut esse minor. xbiii. annorum qui nõ pugnat pro se. ar. De pace iura. fir. cit ra princi.

¶ Et est notandum Quod ista probatio per pugnam reprobatur a iure diuino. canonico. et ciuili Licet de iure regni in casibus permittatur. ut hic. et Foro legum .e. ti. per totum. Et hoc propter causas et ratõnes quas scripsi Foro legum .e. ti. .l. i. ubi uide. Et notat Pe. iaco. in suis libellis. ti. De duelo seu pugna. et Ray. et Gau. et Hosti. in sũmis suis. ti. De torneamentis. et. ti. De pur. uulgari. ; Nisi solum Rex. Concor. Foro legum. e. ti. l. b. que incipit Fidalgo.

¶ Et no. in hac materia Quod interfectus in campo seu in duello Non debet in ecclesia sepelliri Si contra xpianum pugnauit. Nisi fuerit fides quod illo anno fuit confessus uel contrictõnis signa apparuerunt. Nam alias presumitur quod aggressus superbia corruit. ut concludit Fran. de zambacelis in. c. In nostra. De sepultu.

¶ Item diffidantia. uel rieptoquod fit inter generosos seruentur leges Imperatoris Alfonsi in Najara. et Regis Alfonsi in Alcala. Et nemo generosorum deinceps per biã requestr seu emprese diffidat seu reptet simpliciter Cum hoc fieret contra amiciciam que antiquitus inter generosos fuit concessa et imposita. Si quis autem generosus miserit uel tradiderit requestam seu empresam cõtra alium generosum. ex qua sequi posset mors uel membri mutilatio. etiam si sit super causa proditionis seu alleue aliter quam dicte leges regni disponunt vel tra alias penas in dictis legibus contentas Ipso facto feudum et mercedem quam a Rege habet perdat. et illi applicetur cõtra quem facta fuerit requesta. seu diffidatio. Et talis requestator exeat a toto Regno per biẽnium. Quod si dicto tempore durante Regnum intrauerit pro prima uice tempus illud duplicetur. pro secunda omia bona perdat. et Regis camere applicetur. Et pro tertia occidatur. Et si generosus feudum seu mercedem a Rege non habuerit per annum iaceat in cathenis. et per biẽnium isuper exeat a Regno. ut premittitur Si autem billanus fuerit requestans cẽtum patiatur flagella

et mercedem. seu feudum Si quod habet perdat non tamen in tali casu lucretur feudum. reptatus nec requestatus recipiat requestam. Alias easdem penas incurrat Sed nõ applicantur requestato. Sed Regis camere tantum. Ordi. Regine et infãtis tutorum domini nostri Regis Jo. ij.

¶ Reptando quis alterum omnes tam Reptans quam Reptatus et sui consanguinei et res et bona sua sunt sub tregua. Si autem Reptatus infra terminum riepti. vel in curia ambulãdo suam veritatem defendendo et negando factum super quo reptatur mouatur Eius fama ab omni proditione vel alleue de quo impetitur illesa et illibata permanebit. Si vero reptatus uult Regis mandato super facto de quo impetitur stare. Rex super facto illo inquisitõnem fieri precipiat Eodem foro et ti. l. v.

¶ Jtem reptatus ad terminum riepti non veniens poterit in absentia reptari. Propinquus tamen consanguineus riepta ti vsque ad quartum gradum necnõ et dominus pro vassallo vel econtra dicere poterit reptandi quod mentitur. Eodem foro nouo. l. vi.

¶ Reptator propinquior prefertur in riepto. Si tamẽ alius admittatur et victus fuerit etiam propinquior Extunc non est admittendus. Reptatus uero nisi rieptum vt decet sequatur debet coram Rege se dedicere. quod si hoc faciat amplius reptare non poterit. Nec alteri sit equalis in prelio nec in honore. Si autẽ dedicere se nolit A patria expellatur et pro inimico reptati detur. Cum itaque reptatus uictus fuerit detur pro alleuoso et perpetuo a patria expellatur eiusque medietas bonorum Regi applicatur. e. foro nouo. ti. xxxiij. l. vij.

¶ Reptari potest generosus treguam uel securitatem non servans. Vide infra. Tregua.

Res inuente qualitercunque reperiantur Jn potestate iustitie loci ubi reperiuntur ponãtur quod si per annum certus dominus nõ appareat Regi applicantur. Ordi. Regis

Al. Segobie. De penis. l. xiij. et Regis Hen. ij. De penis. l.
. xiij.

¶ Item tales res mostrence per capientes. usque ad. xl. dies te
neātur. et publice per consueta loca preconizentur. Et si do
minus appareat ei restituantur dum tamē expensas soluat
Ordi. peti. Regis Hen. Tauri. peti. xviij. Vide supra. Na
uigium.

¶ Rex Fer. et Regina. in Madrigal āno et cetera. peti. xxxj.
confirmarunt legem ordinationis que loquitur de Mostrēco
Et addunt quod inuētor rei aliene que dicitur mostrēco po
nat illam per manum pretoris ciuitatis vel loci in cuius ter
ritorio reperitur In potestate idonee persone que illam te
neat manifestam per annum et duos menses. Et talis inuen
tor uel is ad quem pertinet lo mostrēco faciat rem illam pu
blice preconizari per notum et publicum preconem loci ubi
fuit inuenta quolibet mēse in die fori. Et eadem die qua inuē
ta fuerit Inuentor notificet eam coram tabellione concilij
dicti loci. Et si infra dictum terminum dominus rei sic inuē
te venerit libere sibi restituatur. Et nisi is ad quē pertinet
lo mostrēco dictas fecerit diligētias perdat ius quod hēbat
et restituat rem quam sic pro Mostrenco accepit tanquam
pro furto.

¶ Receptio Regis uel Regine. seu infantis qualiter in ecclia fiat
Vide supra. Clericus. i.

Receptans aliquem malefactorem in castro vel alio forta
licio dominus castri vel fortalicij tenetur ad emendam
malefici cōmissi. Et tenetur insuper ad penam de iure statu
tam. Judex uero tenetur super hoc inquisitiōnem facere Alias
de suo resarciet. hoc idem uēdicat sibi locum in eo qui recepta
tur in villa uel loco. Ordi. Regis Hen. i. Burgis. l. iiij. Et eius
dem Regis Tauri. l. x. Et Regis Jo. i. Vallid. peti. v.

¶ Receptans. De iure statutam. Que quidem pena est quod receptator delinquē
tis et uiolantis pacem punitur eadem pena qua puniretur ipse delinquens Nisi sit
coniunctus uel affinis delinquētis. ut in. ti. De pace. iura. fir. c. i. §. Conuēticlās

Et ibi Bar. Et est tex. in l. ii. ff. De recepta. Et in. l. i. C. De his que latro. occulta. uide. Archi. in. c. Quicunque De hereticis. li. vi.

¶ Receptans in castro vel domo forti vel in alcaceribus mulieres. et earum rapientes. aliosque malefactores Et eos noluerit iustitie tradere Si requisitus per Adelãtatum noluerit delinquentes ut premittitur dare poterit extunc Adelantatus cum de hoc fuerit per publicum instrumentum certeficatus capere diruereque fortalicium. castrum. vel domum in aliorum terrorem et exemplum. Ordi. Regis Jo. i. Sorie. peti. xv.

¶ Receptãtes i castris. fortalicijs. seu domibus malefactores res vetitas a Regno extrahentes puniuntur. vt supra. Extrahens. l.

¶ Receptans in domu sua proditorẽ. vel alleuosum. seu morte secura alium occidentem. et per sentẽtiam condemnatum Si scienter per triduum in domu sua tenuerit Tenetur malefactorem quem in domu tenet iustitie tradere. quod si non fecerit medietatem perdit bonorum, Quorum tertia pars accusatori. Alia uero iudici. Residua autem Regi applicãtur. Ordi. Regis Hen. ii. De penis. l. xxxiii.

¶ Receptans fortalicium capientem seu diruentem punitur. vt supra. Castrum. c.

¶ Receptans delinquentes uel contrahentes eos ad loca delicti vel contractus Remittant. vide supra. Delinquens. a.

Receptores seu recuperatores Regis pecunias Regis nõ baratent. vide supra. Officiales. h. vide supra. Baratus.

Rescriptum non concedatur per Regem in alio nisi in cãcellaria subscriptum et expeditum fuerit. quod si detur non adimpleatur. Sed ad Regem remittatur. Adimplens vero tale rescriptum Damna que exinde sequuntur soluere tenetur. Et si per tale rescriptum aliquis occidatur Occidens moriatur. Et occisi parentum sit inimicus. Ordi. Regis. Al.

Madrid. peti. xxxiii.

Rescriptum. Cancellaria. Idē de rescripto quod a sede aplia emanauerit Nisi a sua cancellaria fuerit expeditum. uel ab his qui de mandato pape ad illud officium sunt deputati. ut est expresū in. c. dura De crimine falsi. ¶ Item no. quod maior indagatio falsitatis est necessaria in litteris de gratia. que sunt contra ius uel utilitatem publicam Quam in litteris de simplici iustitia que faciliter opti nentur. ut. c. ad falsariorū. iuncto. c. Se. De crimine fal. Non adimpleatur. Ex pectanda enim. est in his que sunt contra ius uel utilitatem publicam. secunda ius sio. ut in auctē. De manda. prīn. § : Si quis autē coll. iii. et. l. Rescripta. C. Si contra ius. uel uti. pu. Et. c. Si quando. De rescriptis. ¶ Item no. Quod cū plura narrantur in rescripto effectus diuersos operantia Non sufficit alterum pro bare. Et ad utrumque effectum consequēdum. notat Innocē. in. c. Ex parte ab batisse De priuile. ¶ Itē no. Quod si littere principis ad ultra ueterem consue tudinem contineant Presumuntur erronee. nec est credendū. ut. l. Precipimus. C. De cano. largi. tribu. ¶ Item nō ualent rescripta quod ius alterius ledunt: tex. et glo. in. l. Si donationem. C. De reuocan. donati. ¶ Item est notandum Quod rescripta impetrata per potentes existentes in curia Sunt ipso iure nulla quando inferunt alicui preiudicium. ut. l. Tiberianus. C. De fundis limitofis. et ibi Jo. de pla. Facit. C. De censi. l. i. Et quod no. in rubrica. C. Ut nemo ad suū patro.

¶ Rescriptum quod a cācellaria. uel Regis camera emanauerit Ad occidendum. vel mutilandum aliquē. vel etiam ad capien dum alicuius bona. vel ad exulandum. vel exheredandum. vel in derogationem Fori et priuilegiorum alicuius ciuitatis vel ville Non adimpleatur. nec etiam valet cīratō talis rescri pti virtute facta. Est tamen is qui capi. uel occidi mandatur interim sub custodia detinendus. uel fideiussoribus dandus. Et bona sua debent secrestari. Impetrans autem tale rescri ptum Damnum cum duplo damnificato soluat. Si uero tale rescriptum Rex precipiat ut aliquis propter alleue vel prodi tionem occidatur mutiletur uel capiatur. Impetrans etiam incarceretur donec Rex prius cōsulatur. Eadem Ordi. Regis Al. Madrid. peti. lxxvi. Vide infra. Rex. a.

¶ Rescriptum. Ad occidendum. Non obstat argumentū quod solet fieri per aliquos. f. illa que habent eandem causam productiuam habent eundem effectum. ut. l. De quibus. ff. De legibus Sed eadem est causa legis et rescripti Quia a uolūta te et consensu principis causantur. ergo debent esse paris potentie. Sed per. l. po test princeps occidere. ergo per rescriptum. maior est nota. minor posset de se. nō obstat hoc argumentum Quia leges sunt cum magna deliberatione fiende. ut. l. Humanum. C. De legi. Sed rescripta cū quadā importunitate. et in deliberate

conceduntur. ut. l. i. C. De pecti. bonorum subla. Ex quibus etiam concluditur quod princeps per suum rescriptum non potest auferre michi rem meam me inuito. Et cum dato michi precio. ut. l. i. ff. De consti. prin. et. l. Quotiens. C. De preci. imperu. offe. et. l. i. C. Si contra ius uel utili. pu. ubi sine causa per rescriptum non potest me priuare. Pro hoc facit tex. notabilis in aucte. Qui. mo. natu. effi. sui. §. Et generaliter. ubi dicitur quod in illis que parant perpetuum preiudicium alteri Rex non habet hoc priuilegium Ut hoc possit facere. Imo dicit ibi hoc principi esse extraneum non autem proprium. et hoc cõcludit Bar. in prima constituci. ff. Veteris. Ex quibus etiam noto quod licet princeps ius gentium uel naturale non possit mutare in suo genere. ut notat glo. in. l. i. ff. De consti. prin. Et in alle. l. Quotiens Tamen in parte potest. ut no. glo. in. l. Ius ciuile. ff. De iusticia et iure. Et in. l. Causas. C. De trãsacti. Et insti. De iure naturali. §. fi. Et sic causa subsistente ualet rescriptum non alias. ut no. Pe. et Bar. in alle. l. i. ff. De consti. prin. in fi. ullegat. ff. De rei uen. l. Itu si uerberatum. §. Penulti. Rescriptum quando est largissime uel stricte interpretandum Notat notabiliter Bar. in. l. ii. ff. De consti. prin. Dona. potest tunc Rex moratoriã dilutionem seu prorogationem solutionis debiti dare debitori. etiam in preiudicium creditoris. ut. l. Quotiens. C. Si contra ius uel util. publi. Et. in. parti. ti. xxviii. l. xxxiii. Peregri. Rescriptũ. m. q. e. d Si tamen creditor petat ut detur fideiussor de soluendo dilatione finita Debet dari Alias debitor caret cõmodo rescripti. ut l. Uniuersa. C. De preci. impera. offe. et ulle. l. Partite. ❡ Sed quid Si iste cui est concessa dillatio moratoria solutionis per principem forte per triennium et tempore durante fecit pactum cum creditore suo. et huit dilationem usque ad quinquennium An dilatõ trium annorum concessa per principem currat tẽpore quo durabit pactum de non petendo. et determinat Cy. quod currit finito tempore pacti. Et hoc concludit in. l. fi. C. De re pu. uel ubsti. here. Non tamen potest Rex etiam ex certa scientia dnium rei mee a me auferre. nec totius negocii cognitionem tollere nec uires principalis negocii exuiciri. uel debitum ex toto remittere Quia hoc est contra ius gentium siue naturale quod est immutabile. ut insti. De iure naturali. §. Penulti. et alle. l. Quotiens. Et. in. parti. ti. xxviii. l. xxxi. et. xxxii. Notant docto. in. c. Que in ecclsiarum. De constituci. Nec debet Rex de equitate iuris per spacium magni temporis hoc cõcedere. ut per decenium Quia hoc fieri sine graui dãno creditoris nõ potest quod illu. l. Quotiens uectat. De ti gore tamen potest. ut ibi notat Cy. q. xi. Si tamen per. xxx. annos debitor impetraret dillationem cum talis moratoria quodãmodo peremptoria reputetur et per eam abstineretur ius creditoris Nõ ualet. ut uult intelligere Cy. in dicto. l. Quotiens. q. ii. Et ibi notat Cy. q. vi. Utrum tale rescriptum proficiat fideiussoribus debitoris quod ipse notabiliter ibi tangit. uide.

❡ Item no. Quod ubi rescriptum principis deuiat ab omni ratione et a cõmuni stillo curie Ibi impetrans tanquam de falsitate suspectus Debet ad principem una cũ tali rescripto remitti. Facit. xix. di. c. In memoriam. Item in priuilegio emanante cõtra rationem cursuum priuilegiorum. notat glo. in. c. Causam. ii. De testi facit. c. Quod super de fide instru. Cy. in. l. fi. C. Si contra ius uel uti. pu. notat Abb. in. c. Ex parte De rescript. no. in. c. Si quãdo. eo. ti. Et. c. Licet de falsis

Idem intelligo si rescriptum conceditur contra ius naturale. quod est ratione naturali inductum. quod differt a iure diuino Per quod sūt inducta dominia et obligationes. insti. De rerum diuisione. §. Singulorum. Quia tunc nec ualet rescriptum nec pragmatica sanctio. ut notatur. C. Si contra ius uel uti. pu. l. fi. Nec etiam ualet contraria consuetudo. nec statutum Cum rescriptum sit lex. C. De legi. l. ij. Sunt enim perpetua naturalia iura. insti. De iure natu. §. Pe. Et immutabilia. v. di. §. pe Quod uerum nisi lex statutum uel rescriptum fiat uel concedatur ex causa iusta Contra tale ius naturale. C. De bo. dam. per totum. C. Pro qui. cau. serui. pro. liber per totū Nisi in casu. C. De quadrie prescrip. l. fi. et. ff. De religi. l. Si quis sepulcrum. ubi uero statutum uel lex lederet ius alterius de iure ciuili tantum prouenient Sicut sunt actiones ff. De origi. iuris l. ij. Si ex tota ius illud perimatur Non ualet nisi dicatur Nō obstāte lege aliqua. ff. De le. iij. l. Si quis in prin. Nam dato quod substineatur quod tollat actionem Non potest tollere quin redatur iustitia Quia id esset contra ius naturale. Nec est no. Jo. an. in. c. Que in ecclesiarum. De consti. Et uide quod ipse notat in. c. Cum. p. De fide instru. Et de imuni. ecclesiarū Quia plerique in fi. Si uero rescriptum non perimit sed differt Valet. C. De preci. impera. offe. l. Quotiens. ¶ Item no. Quod licet dominia statuta sunt per ius gētium Modi tamē sunt distincti per ius ciuile per quos dominia adquiruntur ut. ff. Et insti. de acquire. rerum domi. per totum. Nam etiam naturalia iura ius ciuile detrahit. et addit ut plene per Jo. an. ubi supra. et per Ben. in. c. i. De consti. Ex quibus cōcludo quod licet Rex sit dominus uniuersalis quo ad iurisdictionem et protectionē Non tamē est dominus rerum particularium. nec eas potest donare Quia esset contra ius naturale gentium Quod inducit dominia et obligationes. potest tamē hoc ex causa facere. de quo uide glo. et Bar. in prima constitutione. ff. Veteris. et in. l. Vel uti. ff. De insti. et iure. dato tamē precio domino rei. ut Bar. ubi supra. et in. l. i. ff. De consti. prin.

¶ Rescriptum emanans a cancellaria cōtrarium alio rescripto antea impetrato debet Tenorem primi perfectum cōtinere Et rationem quare. ij. contra primum conceditur. Si uero a pretoribus curie primum rescriptum fuit īpetratum Ab eisdem non ab alio debet etiam secundum contrarium impetrari. Alias autem unum rescriptum contra aliud concedi nō debet Foro nouo. Regis Al. de Alcala. ti. i. l. i.

¶ Rescriptum Regis per quod compellitur domicella. vidua. vel alia mulier matrimonium cum aliquo contrahere Non valet. nec etiam propter hoc citatus artatur comparere. Ordi. Peti. Regis Al. de Alcala. Peti. xxxj. Et Ordi. Venti. i. Burgis. vltima. Peti. iiij. et Ordi. Jo. i. Burgis Peti. xxix.

¶ Rescriptum. Non ualet. Et sic no. casum in quo etiam si rescriptum non ledat

alium et prosit petenti non valet contra. l. Rescripta in. fi. C. De precibus impera. offe. Concor. cum hac. l. C. Si nupci. ex rescripto. pectam. l. i. et per totum.

¶ Rescripta et priuilegia Regis Quibus cauetur quod quicunque tenetur ordinibus sancte trinitatis. vel sācte Eulalie. seu aliis ordinibus uel procuratoribus eorum ostendere testamēta defunctorum. ut legata possint incerta exigere. uel qui incertis relinquuntur personis. seu omnia bona petere defuncti abintestato Non valent et reuocātur. Ordi. peti. Regis Al. de Alcala. peti. xl.

¶ Rescripta Regis per que gentes compelluntur sermones petentium elemosinas audire reuocantur. Ordi. peti. de Alcala peti. xlii. Et ordi. Regis Jo. i. Sorie. peti. xlii.

¶ Rescripta. Petentium elemosinas. Circa quod no. Quod elemosinarum questor non potest esse laicus. ut est tex. in. c. Cum ex iniuncto. De hereticis Alias ipso iure est excōmunicatus. ut ibi. ¶ Item non est recipiendus Nisi diocesani litteras. uel aplicas ostendat. ut. c. Cum ex eo. De peni. et remi. nec in xpi pplō admittuntur ad predicandum. nec ad aliud exponendum Quam quod in litteris cōtinetur. ut in cle Abusionibus. De peni. et remi. Nec permittūtur etiā abusus alios predicare qui continentur in illa clementina Abusionibus per quam eorundē questorum priuilegia reuocantur. Ad quid enim prosunt sancte trinitatis confraternitates Quo ad sepulturam in tempore interdicti. uide. c. Ut preuilegia. De priuile. Ad quid prosunt iste indulgentie. uide glo. et doc. in. c. Quod autem. De peni. et remi.

¶ An autem clausula rescripti referatur ad omnia precedentia Notant docto. in. c. ii. Requiris. De appe. Sed dic secūdum Bal. in. l. i. ff. De consti. prin. Quod si clausula apponitur respectiue Tunc refertur ad proprium antecedens. ut. l. fi. § . Sepo. dele. ii. Aut absolute Et tunc aut termini sunt similes Et tunc refertur ad omnia. ut. l. i. C. De libe. pretee. Aut sunt contrarii Et tunc aut ratio iuris uel significatio est certa et refertur ad illud. ut. l. Plautius. De aureo et argen. lega. Aut dubia Et tunc refertur ad proxima. vnde in dubio semper ultima oppinio magistrorum uidetur approbata. ut. l. Si idem. § . fi. ff. De iuris. omnium iudi. quod est notabile. Facit quod no. in. l. Cum filium. glo. pe. in fi. ff. Ad trebelli. An autem clausula in fine rescripti posita referatur tantum ad proxima. uel ad precedentia. notat Bar. in. l. Plures. ff. De rebus dubiis. ¶ Item no. quod tantum valet certa scientia principis in rescripto Quantum valet dispensatio super alio actu. ut notat Bar. in. l. iii. ff. De excusatio. tu. ¶ Item notāda est regula generalis que traditur. in. c. Cum olim. De re iudi. Quod ubicūque contra primam dispositionem quam princeps facit ipse aliquid facit Presumitur illud per surrectionem facere. et ideo non valet.

¶ Rescriptum a Rege impetratum impediēs seu secrestans ne

sigilletur Si potestatem ad hoc nõ habebat Soluit parti qui
gentos mor. Cancellarius autem nichillominus illud sigilla
re tenetur. Si tamẽ aliquis Regis officialium qui ad tabulam
sunt sigilli videt quod aliquod rescriptum est contra Regis
iura Illud poterit secrestare. confestinque ad notarium qui
eum expediuit tradatur. Si uero rescriptum contra iura Re
gis non est Illud secrestans parti expensas soluat duplicatas
Et insuper trecentos mor. Ordi. Peti. Regis Al. de Alcala
Peti. xlvi.

¶ Ista lex cõfirmatur per Regem Hen. iii. Tolleti. ãno Mill.
.cccc. lxii.

¶ Item ista lex cõfirmatur per Regẽ Jo. ii. in curiis de Vallid
anno. Mill. cccc. xlii. Peti. xii. Et addit quod in his que tan
gunt partes personasque priuatas rescripta in preiudicium
alicuius impetrata contra ius non valeant Etiam si super
hoc secunda detur iussio. nec alia super rescripta cum quibus
uis derogatoriis. clausulis. penis. firmitatibus. abrogatõni
bus. derogationibus. generalibus. et spẽalibus. Etiam si dica
tur procedere de motu proprio principis. et de eius certa sciẽ
tia. potestateque absoluta. Quibus non obstantibus intentio
nis Regis est Vt sua iustitia floreat. Et integre cuicumque ob
seruetur ne ei in sua iustitia fiat preiudicium. Prohibet ne
quis secretarius. seu tabellio de camera audeat in dictis rescri
ptis tales exorbitantias. nec clausulas apponere. Nec dero
gationes Fori seu legum. nec iurium vel ordinationum. nec
istarum legum. nec apponat quod Rex ea concedit motu pro
prio et cetera. Sed rescripta que inter partes fuerint. Et su
per negociis priuatis fiant plane secundum cõsuetum stillum
talliter quod per ea nullum preiudicium generetur alicui. Ta
bellio autem roborans. seu liberans contra hoc quod dictum
est rescriptum. litteram. seu priuillegium Incidit in penam
dicte legis de Briuiesca. Et perdit officium. Et quod talia re
scripta. littere seu priuillegia in eo quod exorbitantias. seu

abrogationes continēt. ut ius et iustitia partis periclitatur Non valent. nec vim habeant. nec vigorem. ac si nunquam concessa seu impetrata fuissent.

¶ Rescripta ad citandum aliquem personaliter Rex minime cōcedat. Vide supra. Citare.

¶ Rescripta a Rege impetrata que sunt contra iura Regni nō valent. nec sunt adimplenda Etiam si clausulas contineant derogatorias. Ordi. Regis Hen. i. Tauri. l. xxv. Et in alia. Ordi. eiusdem Regis. Tauri. l. xviij.

¶ Rescripta. Contra iura. An et quando princeps potest rescribere contra ius diuinum siue naturale. Vide Cy. et Bar. in l. Rescripta. C. De preci. impera. offe. Et in l. fi. C. Si cōtra ius vel uti. pu. et Hen. in. c. Ex parte. ij. De offi. dele.

¶ Item rescripta Regis per Importunitatem petentium contra legem Forum. seu contra ius impetrata. licet obedienda sunt Non tamen sunt adimplenda. licet in eis spālis fiat vel generalis legis Fori. seu ordinationis contra quā datur mētio. Et etiam si de hac lege mentio habeatur vel clausularum derogatoriarum in ea expressarum Non enim talia rescripta sortiri debent effectum. nec iura debent per ea preiudicari nisi per alias leges in curijs factas quantuncumque maiores contineāt quam apponi possint firmitates. Ideoque annullatur Regis autem consiliarij. suique auditores. vel quiuis alius officialis talia non roborent. seu firment rescripta. in quibus non obstantia legis iuris. seu ordinatōnis continetur Sub pena perditionis officiorum. hac eadē pena tabellio tale firmās rescriptum vel litteram pletetur. Ordi. Regis Jo. i. Briuiesca. l. xxv.

¶ Item rescripta Importunitatem. Ex hac l. no. Quod rescripta concessa per principem per nimiam importunitatem Non valent. Concor. C. De peti. bo. sub. l. i. .li. x. Et. c. Cum in iuuentute. De purga. cano. De peni. di. i. Importunitatē Circa quod no. quod ea que per importunitatem optinētur Dicuntur fieri inuicto dante. ut. c. Audater. viij. q. i. Et ibi glo. notabilis Idem si iniustum rescriptum concedatur ad clamorem populi. Quia vane voces populi non sunt audiēde ut. c. Si ergo. ubi glo. viij. q. i. C. Qui manu. non po. l. ij. et. ff. Qui. et a quibus .l. Si priuatus. Et no. in. c. Unusquisque. xxij. q. vij. et. c. Usus. De electi. Idem de eo quod propter reuerentiam alicuius permittitur vel iuratur. ut no.

glo. in dicto .c. Unusquisque. ¶ Et quod supra. dixi Intelligo de rescripti petitione
clamorosa populi. uel de impressiua. ut in .c. Licet. viij. q. i. C. De penis. l. Decu
rionum filij. ff. De appe. Si constat. De electi. c. Bone. et .c. Quisquis. De iu
re autem si in rescripto uel priuilegio dicatur Non obstante tali lege. ut .c. Si a
postolica. De preben. li. vi. Omnia tunc ualent Si concedens habet jus tollendi
legem ut princeps. ff. Nequid in loco publico. l. ij. § . Si quis a principe. C. De te
sta. aucte. Hac inter liberos. ff. De le. iij. Si quis in prin. De rescriptis c. Non
nulli. Si uero dicatur in genere Non obstante aliqua lege. Forte non sufficit nul
la lege specificata. ff. Si quis cauti. l. Sed et si quis. § . Questum. et alle. l. i. C.
De peti. bo. sub. et .c. Ex parte. ij. De offi. dele. Sed si dicatur Non obstante
tali lege et subsequenter addiciatur clausula generalis Tunc uidetur sufficere ad
omnem legem submouendam. ut .c. Qui ad agēdum De procura. li. vj. ¶ Est
tamen notandum Quod per clausulas generaliter promulgatas. s. dicendo Non
obstantibus priuilegijs legibus et consuetudinibus et c̄. Non tolluntur statuta
et priuilegia spālia Nisi quo ad illum finem quod non extingunt rescriptum. quia
ad firmitatem rescripti Illa non obstantia sunt posita. que si non apponerētur re
scriptum posset per exceptiones subrectionis extingui. ut in. c. Constitutus. De
rescripti. Nec alium effectum uidentur ipsa non obstantia operari. ut le. et no.
in. c. Cum dilectus. De ordi cogni. Et secūdum hoc plane potest dici Quod ista
cōmunia que ponuntur in litteris principis Non justificant impetrātis personam.
nec tollunt spālia. ut no. Archi. in. c. Cum aliquibus. glo. i. De rescriptis. li. vi.
Preiudicari. Et est ratio Quia princeps nunquam intendit dare litteras preju-
diciales. ff. De uul. et pu. substi. l. Ex facto. C. De emāci. l. Nec auus. et .c.
Ad aures. De rescriptis. et De statu. mona. c. In singulis. § . Porro. Unde mā
datum sic est accipiendum ut nulli faciat preiudicium. ut patet in eo quod legitur
et no. lxxxv. di. c. i. et. xi. q. iij. Nunc uero. xxv. q ij. Seruatis. De offi. ordi.
.c. Graue. xxix. di c. Ulti. De offi. dele. c. Super eo. Et huiusmodi ratio est
Quia inde non debet nasci iniuriarum occasio Unde jura nascuntur. ut. c. Qua
liter. De accusati. et in l. Meminerint. C. Unde ui. Et hoc nisi expresse cōsta
ret de intentione mandātis. ut. c. Si propter. De rescripti. li. vj. Et no. in. c.
Ex multiplici. De decimis. quia tunc secus ut in. c. Quorumdam. De preben.
et in. c. Auctoritate. De cōcessi. prebē. li. vi. Quia rescriptū uires accipit ex intē
tione scribentis. ut in .c. Dillecto. De uerbo. signi. Et no. Archi. in dicto .c. Cū
aliquibus Presumitur enim principis intentionis latum Cum semper incorrupti-
bilis presumatur. Et est presūptio pro eo quod facit Quod juste facit. Ita quod
non admittitur probatio in contrarium. Et talis presumptio est uiolenta in per
sona principis. ut notat Cy. in. l. Rescripta. C. De precibus impera. offer. Quā
do autem rescriptum principis tenet uel non Quando lex prohibet spāliter uel ge-
neraliter impetrationem rescripti. uel an est expectāda. ij. jussio. uide plene per
Cy. in l. fi. C. Si contra jus uel utili. pu. q. uj. usque ad finem. ¶ Item no. quod
interpretatur rescriptum ad lites contra impetrantem triplici ratione si dubium
est. Primo quia apertius potuit legem dicere. ut. l. Veteribus. ff. De pacti. et
no. in. c. Ex litteris. i. De spon. ii. quia lites potius sunt restringende quam laxā
de. ut no. in. c. Odia De regu. Juris. li. vi. iij. quia impetrantes frequentius con

fueuerunt abuti litteris impetratis. ut no. in. c. Nonulli In prin. et. §. Cum au tem De rescriptis. Et notat Hosti. in. c. Olim. De uerbo. signi.

¶ Item no. Quod dispositio emanans cum clausula Non obstantibus quibuscunque consuetudinibus et statutis et c̃. Non intelligitur tollere constitutõnem uel statutum iuratum. ut est singularis glo. in. c. Cum non deceat. De ellecti. li. vj. Idem si dicatur Non obstantibus quibuscunque partium conuentionibus Non tollitur conuentõ iurata. ut est glo. singularis in cle. i. De iure patrona. ¶ Ite no. Quod bona que deferuntur in fiscum Nemo potest impetrare. Et concessio facta ad petitionem alterius Nõ ualet. Secus si fieret motu proprio principis. ut. l. i. C. De petici. bono. subla. li. x. Idem si princeps dicat Non obstante tali lege. ut ibi Bar. Impetrans autem punitur. ut in. l. Omnes. eo. ti. ¶ Item no. Quod superfluum est impetrare a Rege quod a iure cõmuni conceditur. ¶ Ite statutum quod continet ius cõmune Non ualet. notat Bar. in. l. i. C. De thesaurarijs. li. x. et in. l. i. ff. Ad. l. falci.

¶ Item no. Quod in prohibitis presumitur concessum. uel propter importunitatem uel mendacium. ut. C. De pecti. bono. subst. l. i. li. x. ubi est tex. notabilis. et no. ff. De mino. l. uj. in prin. notat Bal. in. l. i. C. Si nupci. Ex rescrip. Petantur.

¶ Rescriptum venie quod Rex alicui delinquenti concedit Non est obseruandum. nisi proprio Regis nomine sigilloque suo munitum fuerit. et scriptum tabellionis camere Regis propria manu. et in altera rescripti parte a duobus Regis consilii militibus. uel litteratis coboratum. ¶ Item per hoc rescriptum delinquens veniam de alio malefitio non consequitur Quam de spaliter in rescripto nominato et declarato. venia autem generalis casum non comprehẽdit spẽlem. ¶ Item si semel veniã a Rege consecutus. iterum malefitium cõmittat ut secundo indigeat venie rescripto Secundum nõ ualet nisi de primo mentionem faciat. licet in secundo. omnia sint comprehensa malefitia. ¶ Item nõ valet rescriptum venie si de sententia condemnatoria contra delinquẽtem lata. uel de captione si est in carceratus mentionem non fecerit. Ordi. Regis Io. i. Briuiesca lege. xx. vide infra. Sigillum. et ifra. venia.

¶ Rescripta que a computatoribus maioribus. uel ratõnum Regis expediuntur. uel a suis loca tenentibus eorum sic mentiuntur seu subscribantur nominibus in partem nõ scriptam in loco

ubi nomina sandi non possint. Tabellio autem camere Regis aliter nõ det dicta rescripta Regi adfirmandum. seu subscribendum sub pena priuationis officij. Ordi. Jo. ij. Guadal. anno. xxxvj. l. vij.

¶ Rescripta que a curia Regis emanant. siue a Rege. siue a consilio. uel a computatoribus. vel precoribus. seu cõmissarijs registrentur per personam habentem registerum et non per alium. quod si aliter registrata fuerit sint nulla. et non adimpleantur. nec registrator signet talia rescripta donec de uerbo ad uerbum in registro colocentur. Alias perdat officium hoc verum nisi in his que Rex expedire iusserit suo seruicio vel executioni iustitie cõuenientia. ¶ Item talis registrator personaliter residere tenetur in curia. et per semetipsum. uel per locum tenẽtem fidelem et approbatum et iuratum in cõsilio qui habeat registrum. et omnia rescripta. et conseruet illa. Ordi. Regis hen. iiij. Tolleti. ãno. Mill. cccc. lxij. peti. vij.

¶ Rescriptum desaforatum super captione vel testatõne seu uẽditione boum aratorum. vel rerum agriculture non valet. vide supra. pignus. c.

¶ Rescriptum citationis impetrans a Rege causas nõ ueras exprimendo punitur. ut supra. Citatio. d.

¶ Rescriptum super facienda inquisitione contra male decimãtes non ualet. vide supra. Jnquisitio. f.

¶ Pretextu rescripti Regis citari non possint notarij scripturas Regis recuperatoribus non ostendentes compelluntur tamen ad hoc per loci officiales. vide supra. Citatio. g.

¶ Rescripta per auditores uel ordinarios pretores expedita Rex suo nomine non subscribat. vide infra. Rex.

¶ Rex Fer. et Regina. confirmant legem ordinatõnis disponẽtem quod reuocãtur priuilegia concessa ordinibus et religiosis ut possint petere bona defuncti ab intestato et cetera. Et addunt quod licet dicti fratres Trinitatis seu mercedis talia.

oſtendant priuilegia Intelligantur quando talia bona perti nent ad cameram. ſeu fiſcum Regis. et nō alias. Et ſic decla rarunt. et interpretarunt dicta priuilegia domini Rex et Re gina. in Madrigal. anno. lxxvi. Si tamen defunctus diſpoſu erit in vita quod excludantur dicti fratres Etiam in tali caſu non habēt locum dicta priuilegia. et prohibent ne cōſeruato res de hoc ſe intromittāt. Nec laici ſint tabelliones uel procu ratores talium cauſarum. ut dicta. Ordi. peti. xxxi.

Reſidentiam compelluntur correctores facere poſt fini tum officium. vide ſupra. Correctores. a.

¶ Reſidere tenētur in Regis audientia pretores prouinciarum vt ſupra. Pretores. l. Et pretores generoſorum. vt ſupra. Pretores. B. Necnon et auditores. vt ſupra. Auditores. h. et notarii. vt ſupra. Notarius. l.

Reſpondens obſcure uel non ut debet ad poſitiōnes uel ar ticulos habetur pro confeſſo. Vide ſupra. Poſitiones. a.

¶ Reſpondens. Reſpondere aliquis cogitur de facto alieno. uide quod ſcripſi. Foro legum. li. ii. ti. Delas reſpueſtas. l. i.

Reſtituantur confeſtim ciuitatibus vel villis loca vel ca ſtra que per aliquos ſunt notorie capta. Et ſi alias poſ ſidentur ſimpliciter et de plano cauſa dirimatur. Ordi. Regis Al. vallid. peti. vii.

¶ Reſtituantur. Reſtitutio rei an uenit in conſequentiam in actione iniuriarum Scripſi. in. l. xii. ti. Delas fuercas. li iiii. Foro legum. ¶ An et quando debeat ſpoliatus reſtitui Scripſi ibidem. ¶ Minor quādo reſtituatur aduerſus preſcri ptionem. e. Foro. ti. Delas preſcripti. l. iii.

¶ Item circa hoc nota. Quod licet reſtitutio non ſit neganda ſpoliatis per iura uul garia Si tamen iudici. uidetur talis caſus imminere quod ſi fieret reſtitutio impe diretur iudicium. et ita iuſtitia deperiret Quod ueritas poſſit detegi. ut ſi ſpo liatus corrumpit iudicem uel teſtes Tunc impeditur reſtitutio. ut eſt tex. nota bilis in. c. Quia ea. iii q. ii.

¶ Reſtituitur hereditas defuncti heredibus ſuis Etiam ſi per ali um fuit occupata. Vide ſupra. Poſſeſſio. a.

¶ Reſtituatur quodcunque per vim ſeu uiolenter bona. loca. ſeu hereditates alienas propria auctoritate ſine iudicis iuſſu

competentis occupauerit uel debitorem suum seu filium pro eo capiat uel incarceret Informatione solum habita. Etiam parte non uocata per iustitias locorum ubi hoc contingerit spoliati restituantur ad bona sua sic occupata. captique a captoribus liberentur. Et ipso facto culpabiles penas incurrunt carceris priuati. Et alias a iure statutas que per dictas iustitias exequi inculpabiles et bona sua non differatur. qui informationeut primittitur facta Coram Rege capti mittantur. ut ipse prouideri dt executioni sue iustitie expedit iubeat. Precipit ut iste casus et similes habeantur inter casus ad curiam Regis pertinentes. Tam in factis preteritis quam futuris. Ordi. Regis Jo. ij. Vallid. anno. Mill. cccc. xlvij.

Rex et Re. in Madri. ãno. lxxvj. cõfirmarunt legem disponentem quod restituantur spoliati ab spoliantibus et occupantibus bona sua informatione solum habita. et nõ citata parte et cetera. Et addunt quod remedium dicte legis semper sortiatur effectum. etiam si violentus opponat et alleget aliquid ad impediendum impetrationem rescripti ad consequendum huius. l. remedium. uel ne fiat executio Si tamen pendente liquidatione spoliationis uel captiois altera pars usque ad tertium diem. die in qua se opposuerit computato ostẽderit clare et apertt in consilio regum uel coram alio iudict competẽte ubi fit liquidatio per publicam scripturam et auctẽticam seu per testes fide dignos quod per mandatum competentis iudicis aprehẽdit bonorum possessionem. seu incarcerauit querelosum. in tali casu legis impediatur executio Alias dictã legẽ preceperunt dicti Regis obseruari. ut in ea cõtinetur quacunque opposiitõne seu dilatione nõ obstãti. ut eadem. Ordi. Deti. xxij.

Retrahi potest res patrimonij uel auolengi per proximiorem. vide supra. Hispalen. e. Et vide infra. Vendere.

Item Rex Henricus. iiij. in curia beate Marie de Nieua. ãno Mill. cccc. lxxij. Statuit quod lex Fori legum de retractioni

bus loquens seruetur. Et quod post .ix. dies a die venditionis rei connumerandos nullus retrahere rem venditam possit. Etiam si sit minor. Nec in tali casu habeat locum restitutio in integrum minoribus et cetera.

¶ Retrahi. Vide quod plene scripsi de hac materia Foro legum. li. iij. ti. De las vendidas. l. xij.

¶ Item Re. Si sit minor. Quid si agitur post legem factam et de contractu inito ante ex legem Dic veterem legem seruari. ut notat glo. et doctores in. l. Leges et constitutiones. C. De legibus.

Reuenditores in curia non audeant victualia emere. vide supra. Regatones. nec familiaritatem sequantur alicuius potentis. vide ibi.

a Reus iudicis declinans iurisdictionem infra quot tempus declinatoriam probabit. vide supra. Declinans. b.

b Reus est confessus si lictis infra .ix. dies non contestetur. Et qualiter contestatio fiat. vide supra. Contestatio. a.

c Reus infra quot dies potest exceptiones peremptorias. vel preiudiciales opponere. vide supra. Exceptio. a.

d Reus post publicatas attestationes excipiens qualiter probet et vide supra. Probare. a.

e Reus de calumnia non iurans uel non respondens positionibus ut debet habetur pro confesso. vide supra. Positiones. a.

Rex litteras seu rescriptum non concedat ut aliquis occidatur. uel mutiletur. seu bona sua capiantur. Et concessum tali modo rescriptum minime adimpleatur. Rescriptum tamen Regis per quod mandatur quod malefactor incarceretur adimplendum est. non tamen punietur nisi prius audiatur. Et causa secundum iura dirimatur. Contra faciens eadem pena quam alij intulerit venit puniendus. Si uero delinquens fugiat inimicus sit consanguineorum iniuriati. Ordi. Regis. Al. vallis. peti. iij. et peti. xxviij. vide supra. Rescriptum. b.

¶ Rex ex nominis significatione dicitur a Regendo. quod nomen peccando amittit. et. c. Scelus. ij. q. i. et. c. Forus. §. Iudex. De uerbo. signi. Cuius officium proprium est iudicium facere et iustitiam. xxiij. q. v. c. Regum. Omne enim sibi stu

dium est. Ut sibi a deo crediti bene uiuant. ut in auctē. Ut non luxu. cōtra na tu. colla. vj. Diuinitus habet a deo potestatē in terris. ut. c. Si imperator. xcvj. di. xxiij. q. iiij. c. Quesitum. Et a celesti maiestate habet gladij potestatem. C. De uete. iu. enucle. l. i. In prin. Nam per deum Reges regnant. et potestates scribunt justitiam. Et licet labijs regis lex Cor tamen eius est in manu dei. Et ubi uoluerit inclinabit illud. prouerbiorum. xxj. Et in eplā Inter claras. C. De suma trini. A cujus ore rectissima debet exire sententia Que cōtra justitiam nulli parcat. Sed reddat unicuique quod suum est. ut sedendo in throno ex eius ore procedat gladius bis accutus. ut. c. Ex ore de priuile. Minime adimpleatur. Ratō est quia Rex cuncta rimari. et ueritate informari. & eam perquirere tenetur. ut justicia quam reddit Uere possit a justo denominari. et sit a non uero deuia. ut .c. Judicantem. xxxv. q. ii. De justitia uero uide quod scripsi in prohemio Fori legum. ¶ Nisi prius audiatur. Et est ratio ne inde nascantur injurie Ubi jura nascuntur. ut. l. Meminerint. C. Unde ui. et. c. Qualiter. ij. De accu. Et ex hac lege no. Quod sententie principum super animaduersione prolate ab executoribus differi debent. ut. c. Cum apud. xi. q. iij. ¶ Item no. Quod nec leuitas mansuetudinis sine Retitudine seueritatis nec zelus rectitudinis sine mansuetudine in Regibus debet in ueniri. adinstar prelatorum. ut. §. Ex his omnibus. xlj. di. Item caueat Rex ne in justitiam fatit. quia dicitur ecclesiastici. x. Regnum a gēte in gentem transfertur Proptee in justitiam. injurias. contumelias. et diuersos dolos. Hosti. in. c. Quod super his. De uoto. ¶ Item facit ad hoc quod no. Bal. in. l. i. C. Si propter publi. pensi. Ubi querit Pone quod dominus Rex cuidam exactori mandauit ut compelleret omēs debitores fiscales soluere Etiam coartatione de qua sibi uidebitur si expedierit et c̄. Quod iste exactor tenetur seruare legem municipalem uel consuetudinem in modo exigendi. Unde si per statutum debitor non debet incarcerari Exactor illū incarcerare non potest Quia mandatum Regis intelligitur Salua lege municipali & consuetudine. ut. l. Mississi oppinatores. C. De exact. tribu. li. x. & Bal. ubi supra. Adipleatur. uide Abb. super parte Princeps.

¶ Rex alfōsus in curijs de Vallid. peti. x. iurauit ciuitates. uillas. loca. castra. iura. seu hereditates seu Regie corone. Non alienare. nec etiam infanti. prelatis. seu alijs quibuscunque personis nisi uxore sue Regine donare. Hoc idem iurauit Rex Hen. primus. in ordi. peti. Tauri. peti. iij. Hoc promisit Rex Johānes. ij. zamore. peti. xx. Et ordi. Al. Madrid. .xxxix. Et ordi. Hē. Burgis. peti. xiij. Ordi. Jo. ij. Burgis peti. xvj. anno. xxx.

¶ Rex Alfonsus. Non alienare. Hoc juramentum est licitum Eo quia grauiter leditur dignitas Regalis immoderate donando Etiam si in donatione juramentum interueniat Non ualet contra juramentum generale in coronatione factum. ut. .c. Intellecto. De jure juran. Et si non grauiter lederetur Sed quia primum fuit licitum juramentum Non prejudicatur per posterius. ut. c. Qua nos. De .P. iij.

iure iuran. Valet enim iuramentum super non alienatione rei sue Maxime quã do alienatio est a iure cõmuni prohibita. ut docta. signanter Ben. in. c. Cum contingat. i. di. in. ii. membro. De iure iuran. Et facit casum in alle. c. Intellecto. Primum iuramentum fuit licitum. et auget obligationem non alienandi licet alias posset alienare. docto. in. c. Licet mulieres. De iure iuran. li. vi. et glo. fi. et Ben. in alle. c. Cum contingat. et in. c. Cam te. E. ti. et in. c. Verum. De condici. appo. et in auctẽ. De non alli. §. Sanctissimas. colla. ix. Nec etiam possunt bona ciuitatis per Regem administrantem donari. ut notat Bar. in. l. Prohibere. §. Plane. ff. Quod ui aut clam. et Pe. de ancha. in. c. Fundamenta. De electi. li. vi.

Rex Alfonsus. Interpretatur enim Alfõsus Altus fons. Et no. quod in cronicis a tempore Regis Pellagii qui primo incepit hispaniam liberare a faucibus sarracenorum. Primus Rex hoc nomine uocatus fuit Alfonsus catholicus appellatus. Secundus fuit Alfonsus magnus. Tertius fuit Alfonsus castus. Quartus fuit Alfonsus monachus. Quintus Alfonsus sagitarius. Sextus Alfõsus de manu perforata. Septimus Alfonsus imperator hispanie. Octauus Alfonsus crucifer. Nonus Alfonsus astrologus seu sapiens Qui septem cõdidit partitas. Decimus fuit Alfonsus pestifer filius Regis Fernãdi Qui citatus fuit coram deo a duobus militibus quos occidit in marthos et immediate mortuus ẽ. infra. xxx. dies. Iste a sarracenis lucratus est gibraltar. Et iste fecit ordinatioẽs de Alcala. Et dictus fuit pestifer Quia tempore quo uixit fuit grandis pestis sarracenorum Fidem catholicam exaltando. Vel eo sic uocatus Quia die ueneris sancti de morba pestifero mortuus est in obsidione de gibraltar. Et sepultus fuit in ciuitate hispalensi. ut alibi scripsi in prohemio Fori naui de Alcala.

Item promissit Rex Hen. iiii. Cordube. ãno. Mil. cccc. lv. Decii. xxii. Non uẽdere. permutare. nec alienare extraneis personis a Regno ciuitates. loca. castra. hereditates. insulas Regni. et sue regie corone. nec id permittere vel consentire. Et hoc promissit sub securitate sue uere fidei. et verbi Regalis. Item Rex Jo. ii. in curiis de Vallid. anno domini. Mil. cccc. xlii. ad petitionem procuratorum ciuitatum. villarum. et locorum sui Regni Statuit et ordinauit per legẽ et pactionẽ et Contractum firmum et stabilem factum et initum inter partes Quod omnes ciuitates. ville. locaque Regis. necnon et sua fortalicia. iura. termini. et iurisdictiones de sui natura sunt inalienabiles. et perpetuo imprescriptibiles. Et permaneãt semper in Regali Regnorum corona. Item quod nec Rex successoresque eius illa in totum. nec in partem alienare possint. Excepto tamen quod si propter aliquam urgentem

necessitatem ratône singularium seruicîorum. vel aliter Rex
de necessitate de aliquibus teneretur prouidere vasallis. nequa
quâ hoc facere possit nisi uisu et cognita tali necessitate per
Regem cum consilio et de consilio. et cômuni concordia suo-
rum de consilio Qui tunc temporis in sua residerint curia. vel
maioris partis eorum in numero personarum. Et cum con
silio et de côsilio sex procuratorum sex ciuitatum quales Rex
elegerit seu nominauerit ultra portos Si ibi fuerit donatio
facienda. Et idem intra portos est censendum Dum tamê fu
erit omnes sex procuratores presentes Et ad hoc spâliter uo
cati. Qui iurare tenentur vna cum consiliariis. Consilium su
um super hoc uere et fideliter omni affectione amore seu odio
post positis impendere. Quod si aliter dicta donatio facta fue
rit. uel côtra dictam formam ad quêcunque processum fuerit
Alienatio ipso iure sit nulla. Et nullius censeatur effectus. nec
talis pretextu donationis donatarius seu sui successores et he
redes possint dicta bona habere. nec lucrari. nec i eos potest
proprietas. dominium. seu possessio transire. nec etiam ullo
temporis tractu possit prescribere Sed semper in corona ma
neant Regali. Rex uero dicta alienatione non obstante illa
potest iuste capere. Etiam sine aliqua cause Cognitione.
¶ Item statuit quod ciuitas seu locus donatus. uel taliter alie
natus potest impugne tali alienationi resistere Quibuscunque
priuilegiis. litteris. rescriptis. preceptisque Regis non obstâ
tibus Que omnia per Regem ânullantur. exnunc etiam si
primam et secundam contineant iussionem cum quibus uis
penis et clausulis derogatoriis generalibus. uel specialibus.
vel aliis firmitatibus. abrogationibus. derogatônibus. uoto
seu iuramento Etiam si Rex motu proprio et certa scientia
Et absoluta potestate In talibus uelit uti alienatônibus. Quâ
ipê dominus Rex sua certa scientia. et motu proprio. et abso
luta potestate ea abrogat. et derogat. cassat. et ânullat. Et
precipit nullam habere firmitatem. ¶ Item Iurauit et pro

misit sub sua Regali fide in cruce et per sacra dei euāgelia presentibus suis consiliariis dictisque procuratoribus Quod realiter et cum effectu omnia supradicta obseruabit et adimplebit et cōtra ea nullatenus ueniet Quod itelligitur exceptis villis de Jumilla et Utiel. de quibus libere possit disponere. Exceptis etiam his que Rex Regine Principi seu principese donauit. et in futurum concesserit. In quibus possint dicti donatarii usum fructuum in eorum uita percipere. Et post eorum uitam in alium non possint transire Sed in Regia consolidentur corona. ¶ Item quod talia loca perpetuo fiant in prescriptibilia et in alienabilia. Et quod etiam dicti donatarii intentcum dicta bona a Rege fuerint eis donata Quod hanc legem obseruabunt. et dicta bona nō alienabunt. Et si de facto alienauerint Quod talis alienatō penitus sit nulla. Etiam si per regē generaliter seu spāliter fuerit confirmata sub superius dictis clausulis. derogatōnibus. firmitatibus. et nō obstāciis. et prohibitionibus Etiam cum eadem certa sciencia. et motu proprio. Sed per hanc legem et pactum non intendit Rex priuilegia ciuitatum et locorum reuocare. Nec eis aliquatenus derogare Sed quod in suo remaneant semper uigore. ut alle. Ordi. Peti. i.

¶ Hanc legem confirmauit Rex Henricus. iiii. in curiis Corduбe. anno. Mill. cccc. lv. Peti. v. Concor. Ordi. Regis Alfon. Madrid. Peti. xlvii. Et Regis. Jo. ii. in Madrid. Peti. xiii.

¶ Item Rex Jo. ii. Cum hac. l. concordant iura cōmunia si bene intueantur rationibus que secuntur. Primo quia Rex non habet iura Regni in bonis. eo quia iura regnorū sunt pub'ica. et per cōsequēs sunt in nullius bonis. insti. De re. diui. § .i. ff. De re. diui. l. i. § . Quedam. et. l. In tantum. § . Uniuersitatis. Et ideo solum administrationem Regni habet Rex potius quam dominium. Et sic non uidetur quod possit de iure tales donationes facere. Facit quod no. in. c. Ceterum De donati. et in. c. Venerabilem. De electi. potest. Namque quis esse administrator reipublice licet non habeat in bonis. C. De tute. l. fi. C. Ubi sena. uel clari. l. i. Cum similibus. Solam enim administrationem et regimen populi Uidetur applō regi translatum. non tamen dominium. ut est casus. ff. De offi. prefec. preto. l. i. § . i. ibi Regimen et cetera. Extinguerentur enim iura Regnorum Si darentur Regibus ut essent in eorum bonis. Nam tunc efficerētur pro

phana Cum sunt publica Quia licet principis sunt ea que sunt iuris ciuilis ut tri
butum quod sibi debetur auctoritate saluatoris cum Regiam auctoritatem appo
bauit dicendo Reddite que sunt Cesaris cesari et c̃. Et regni iurisdictionem Dñ
dominus dixit Mitte gladium tuum et c̃. Facit quod no. in. c. pe. De clericis
coniuga. Et quod habetur in. c. Solite De majo. et obedi. Et in auctẽ. Quo
modo oportet epis. in prin. et Bar. in. l. i. De requi. re. et quod notat Dantes
in sua monarchia. de qua ibi facit mentionem Bar. Non tamen permittuntur
Regi ea que sunt de iure gentium. s. dominia reipublice tollere a Regno seu ali-
enare. Facit. C. De consti. prin. l. i. §. fi. Si cõtra ius uel utili. pu. l. fi. De qua
drien. prescrip. l. Bene a zenone. ¶ Item si talis donatio tenuisset Eadem rati
one posset Rex donare alias ciuitates. terras. et iura Regno subiecta. Et sic ex
toto adnichillaret Regiam dignitatem Quod non uidetur iuri nec ratõni conso
num. presertim cum Rex Potius sit administrator seu rector Regni per etimo
logiam uocabuli quam dominus. Nam dicitur Rex a regendo Quia res et iura
regni regere debet. Et dicitur a recte regendo. i. parti. ti. i. l. bj. Quod nomen
ammittit male regendo. s. bona publica alienãdo. c. Scellus. n. q. i. notat Archi.
in. c. Regum. xxiij. q. v. Sicut enim subditi sunt obligati bene obedire Ita ipse
Rex est obligatus bene imperare et regere. notat Bal. super rubrica. De re. di
ui. Melior namque est bonus Rex quam bona lex. C. De his qui ad eccle. confu.
. l. Presenti notat Bal. in. l. Ex hoc iure. ff. De insti. et iure. Unde Rex tan
quam tirãnus esset salua sua Regia maiestate Si non gereret se tanquam res pu
blica Sed solum sue priuate utilitati intenderet. notat Bal. In usibus feudo. ti.
De feudo marchie cõmittatus. c. i. circa prin. De quo uide quod dixi Foro legũ.
. li. i. super prohemio. Et licet nullum est uicium deterius auaricia signanter in
principibus. ut ait Tullius. li. De officiis. c. xxiij. Nempe Largitas facit homiẽs
famosos et claros maxime principes. ut ponit idem Tullius. c. xbuj. et Boecius.
. i. De consolatione Quod facit largitas claros. Reprobande tamẽ sunt plurimo
rum principum largiciones stulte Quia non faciunt eas eis qui promerẽtur Sed
potius indignis conferunt. contra id quod poeta ait. Non exaltes quos natura pre
cepit iacere. Nam insurgunt in dominos crudeliores aspide surda. et Seneca. li.
. i. De offi. c. xj. Respiciende sunt facultates quas prestamus Atque persone qui
bus damus. Et reprobat largitatem Alexandri qui ciuitatem cuidam elemosinam
petenti dedit. Et cum ille diceret quod talis elemosina sibi non conueniret Alexã
der respondit Non curo quid te accipere deceat Sed quid me dare cõgruat. Hec
uox dicit Seneca Regia uidetur et animosa Sed stultissima Eo quod non consi
derat Quid. Cui. Quando. Quare largiatur. Tamen idem Seneca ibidem re-
darguit Anthiochum de nimia cupiditate Quia cuidam petẽti talentum argenti
Respondit plus petisse quam illum decebat. Ille iterum petiit denarium solum.
cui respondet Anthiochus non decet Regem tam modicam rem dare. Itaque per
cauillationem euasit largitatis opus. Et magis reprehendit istius cupiditatẽ Quã
illius indigestam liberalitatem. Tulius etiam. li. De officiis. c. xbii. Dicit quod
largitas est exercenda cum ordinata intentione. et non ad pompam seu iactantiam
Sed profectum suscipientium. Nam fatuam largitõnem sequitur rapine. Itaque
nõ sua Sed aliena distribuũt. et Ambrosius. li. De officiis. i. Non est largitas si

uni largiaris Et alteri extorqueas. liberalem laudet os pauperis non labia propria et Tu. li. i. De offi. Ea liberalitate utamur quod pro sit amicis. nulli tamen noceat. insuper Seneca. li. i. De clementia. c. iii. Non est liberalis qui de alieno libere largitur. Ceterum non sufficit de suo proprio et cõgruit illariter dare. un de Seneca. li. i. De officiis. c. vi. Beneficium aspere datum Vocat lapidosum panem. unde Valerius. li. v. Maerat de legatis cartaginensium Quod cum venis sent Romam ad redimendũ suos captiuos quantitatem magnã pecunie detulerũt Sed romani eos et suam pecuniam respuentes Regressi sunt unde venerunt Ro manorum famam preconisantes et dicentes. O magnificentia gentis romane. Nã beneficium accepimus quod nunquam dedissemus. Unde per liberalitatem romani famam atque dominia cõquisierunt. ¶ Secundo Quia tempore quo Rex in Re gno recipitur atque coronatur solenniter jurat non diminuere bona Regie corone no. in. c. Ad aplice. De re judi. li. vi. Quod juramentum preponderat alii cuicun que juramẽto quod postea ipse Rex prestat. de quo in cle. Romani. De jure jurã. facit c. Licet mulieres. De jure juran. li. vi per quod limitatur. c. Cum contin gat. De jure juran. Et est ratio Quia grauiter lederetur dignitas Regalis im moderate donando Etiam si juramentum ut ita dixerim interueniat. quod non ualet contra juramentum generale in coronatione factum. ut. c. Intellecto. De jure juran. Et si non grauiter lederetur Sed quia prius fuit licitum juramentũ Non prejudicatur per posterius. ut. c. Cum nos. De jure juran. Valet enim ju ramentum quod quis facit super non alienatione sue rei Maxime quãdo alienatõ est a jure cõmuni prohibita. notant docto. signanter Hen in allegato. c. Cum cõ tingat. i. di. ¶ Secundo membro. Nam cum primum juramentum fuit licitum Auget obligationem non alienandi. Licet alias possit alienare docto. in allegato. c. Licet mulieres. et glo. fi. et Hen. in alle. c. Cum contingat. Et in. c. Cam te. Eo. ti. et in. c. Verum. De conditi. appo. et in auctẽ. De non allie. § . San ctissimas. colla. ix. Et sic non possunt bona ciuitatis per Regem administrantem donari. no. Bar. in. l. Prohibere. § . Plane. ff. Quod ui aut clam et Pe. de an cha. in. c. Fundamenta. De ellecti. li. vi. Ex quibus no. Quod princeps non po test per contractum. nec alio modo concedere Regalia. nec minuere jura Regni in prejudicium successoris. ut no. in usibus Feudorum. ti. De pace constantie. § . Amplius. Nec potest facere deteriorem conditionem Regni. Nec Regnum subi cere seruituti. Nec etiam donare territorium dignitatis uel jurisdictõis Regni ut est conclusio Bal. in prohemio usus Feudorum. § . Expedicta. Licet ipe Bal. alibi dicat quod in feudum potest Rex concedere ciuitates et castra regni Quia remanet sibi jus et superioritatis et directi dominii Sed si uellet donare seu alie nare per modum expropriationis aliquam ciuitatem uel prouintiam Transferendo supremam potestatem quam habet in eam. et nullã jurisdictõnem retinendo Tũc non potest Si talem donationem facit laicos. uel eccle singulari. uniuersali tamẽ potest. Nec potest amplius reuocare. notat ipse Bal. C. De nouo. C. Facien. super rubrica. Quod etiam non credo uerum per hanc legem. et per supra alle. Non obstat de donatione que fuit per Constantinum factam pape Siluestro. ut. c. Constantinus. xcvi. di. et. c. Fundamẽta. De ellecti. li. vi. Quia fuit facta instinctu spũs sancti et miraculose. ut ibi. Et que nutu dei aguntur Non sunt

sub aliqua lege.xix.q.ij.c. Duo.et.c. Licet. De regula. Facit quod notat Bar.
.C. De sacro sanc. ecclijs.in.l.i.in fi. Item predicta donatio non est trahēda ad
consequentiam Cum fuit facta consentiēte senatu et pplō romano. ut in dicta pal
lea.et alle.c. Fundamenta. no.glo.et Bar.in.l. Obseruādum.ff. De offi.presi.
et no.in.l.i.§.Cum urbem.ff. De offi. prefec. ur.et Bar.in prohemio.ff.
Item ualuit dicta donatio Quia licet subditus nō possit se tueri prescriptione con
tra Regnum. Ecclia tamē quia equalis et etiam superior Bene prescribit iuxta
notata per Innocē.in.c. Bone. De postu.prela. ¶ Item ex improbabili errore
propter uarietatem oppinionum. probabilis enim error iuris equiparatur errori fa
cti iuxta no.in.c.i. De postu.prela.li.bi. Refert tamen Oldra secundum ali-
quos.ut.dicit Salice.super rubrica De uerbo.obli. Quod reperitur in cronicis an
tiquis quod in ipsa nocte sequenti in qua facta fuit donatio per constantinum Au
dita fuit uox de celo dicens Hodie effusum est uenenum in ecclia dei. quod ego nō
credo uerum propter magnum miraculum Quod ex illa donatione secutum est.
ut in allegato.c. Fundamenta. ¶ Est tamen circa supradicta notandum Quod
licet Rex iura regalia que sunt publica non habeat in bonis. ut supra. satis liquet
Tamen emolumenta que ex iuribus regalibus percipit Bene habet in bonis. in tā
tum quod habeat plurima talia emolumenta in habūdantiam. ut semper sit locu
plex.ut.ff. De fundo dota.l.ij.§. Item sciendum.et in tantum est dominus isto
rum emolumentorum quod ea potest alienare et donare.et ad libitum facere pro-
prio motu.ff. De penu.le.l.i.et.ij. De quadri.prescripci.l. Omnes et.l.fi.insti.
De usu ca.§.fi. Peccat tamen Rex qui noua pedagia. siue uectigallia imponit
sine iusta.et uera causa.no.Hen.in.c. Innouamus. De censibus. Sed quero se-
cundū Guillel.in Spec.ti. De fide instru.§.Nunc autē in fi. Quid si Impera
tor uel Rex fundat et dotat de bonis imperii. uel Regni multas ecclias.et plura
priuilegia eis confert Nunquam eius successor possit reuocare. Jo. de dō.notat in
questionibus suis quod non. Nisi imperium uel Regnū enormiter ledatur Quia
tunc posset nisi ecclia prescriptione uel alia iusta causa iuuaretur. ut.c. Pastora
lis. De donaci.et allegato.c. Intellecto.et.c. Abbate sane. Dere iudi.et auctē.
De non permu. uel allie.re.ecclie.§. Si minus.collatione.ij.et.c. Auditis. De
in inte.resti.et Spec.ubi supra.et Jo.fa.insti. De iure natu.circa fi. Quod au
tem Rex non habeat ciuitates uillas nec castra in bonis Probatur per legē Re
gni.ij.parti.ti.xbii.l.i. Que facit differētiam de bonis seu hereditatibus que sūt
proprie Regis.et de illis que sont Regni. Nam bona que sunt Regis sunt domus
seu predia que laborantur.que ipse Rex ti. hereditatis seu emptionis uel aliter ad
quisiuit ut ibi. Alia autem pertinent Regno.ut ciuitates uille et castra et feuda
que dantur proceribus. et eadem.ij parti. ti.xbij.l.i. Que disponit quod licet ta
lia bona sunt Regis tanquam domini Pertinēt tamen Regno de iure. Et ideo
semper sunt regno ānexa et c. Cum ergo talia bona sunt Regni seu regalis digni
tatis. ut ipē Rex per suas leges fatetur. et illa debet administrare et successoribus
reseruare Illa ergo non potest alienare. ut.c. Possessiones. De re.ecclia. non al
ie. Quod enim debeat Rex dicta bona successoribus reseruare.est tex.in.c. Quo
niam quidam.lxxbi.di. Nam talis reseruatio successori fit legis auctoritate. ut.c.
Illud.xi.q.ij. Absurdum enim esset si Rex nichil de suo dedit Regno.et dānum

Regno inferat. Et sua bona subtrahat. ar. c. Epi. De re. eccle. non alie. nec
Rex debet dispergere que non collegit. ut. c. Si quis in fi. xii. q. ii. Et non solũ
Rex tenetur bona et iura Regni conseruaer Sed etiã si eius antecessores ierarõ
nabiliter aliqua iura Regni seu bona distraxerũt ad ius regni Debet illa reuoca
re adinstar prelati. Cum sit Regni administrator. ut ita dixerim. ut. c. Depreca
tiis. x. q. ii. et. c. Quod quis. xxxv. q. ix. Nam tenetur mortem subire pro defen
sione rerum et bonorum Regni ut. c. Conuenior. xxiii. q. viii. Potest tamẽ Rex
per modum concessionis aliquorum fructuum ad uitam suam. uel ad modicum tẽ
pus subditum pro impensis seruicijs remuneraer Seruata regno bonorum proprie
tate. notat Bal. in. l. Jubemus in prin. C. De sacro sanc. eccliis. Et sic no. quod
Rex non potest uendere. nec alienare bona Regni que sunt radices Regni. ut ẽ
expresum. ii. parti. ti. xv. l. iiii. Dominium autem Regni non debet diuidi Sed
semper integrum et unicum debet permanere. ii. parti. e. ti. l. v. Ideoque si Rex
male administrauerit rempublicam deuastando seu iura Regni perpetuo alienan
do seu destruendo Potest a Regno priuari. xv. q. vi. c. Alius. Quod e't uerũ
si est in corrigibilis. no. De sen. et re. iudi. c. Ad aplice. li. vi Si autem est sim
plex datur sibi coadiutor. De suplen. negli. prela. c. Grandi. no. Bar. ff. De re.
iudi. l. Quidam consulebant. Nec mirandum si propter conseruatõnem reipubli
ce Regni potest tirãnicus Rex deponi. Quia etiam propter utilitatem reipublice
est licitum prem occidere de iure naturali Si contra rempublicam mollitur. ut
. l. Minime. ff. De reli. et sumpti. fu. Dicta tamen dispositio non nisi a solo pa
pa fieri potest per. c. Licet. De uoto. et ibi Innocẽ. et per Archi. in alle. c. Grã
di. Hoc tamen facere debet papa casualiter ordine iuris priuato. ꝛ est causa nimis
ardua et Grandi. s. si Rex degerauit contra pacem eccle eam temere uiolando.
Et in alijs casibus notatis per tex. in allegato. c. Ad aplice. Et hoc legitimo pro-
cessu precedente cum cardinalibus et sacro concilio deliberatione prehabita diligen
ti. ut ibi est tex. expressus. Et sic intelligitur. alle. c. Alius. Et quod no Bal. in
ti. De pace constan. §. In ciuitate. Depositio tamen etiam a papa facta sine ar
dua et legitima causa Est ipso iure nulla. Nam ad esse exercicij hujus iurisditio
nis supreme circa statum temporalium papa debet procedere Tanquam deus qui ẽ
ueritas. unde requiritur causa ardua et grandis Qua non subsistente cessat etiã
pape potestas et iurisdictio. Quia quando causa requiritur tanquam fundamentũ
iurisdictionis Oppotet causam esse ueram et discusam Alias iudicium est ipso iu
re nullum. no. Bal. in ti. De pace constan. ti. In nomine xpi. Dempto enim fun
damento ueritatis ꝛ per consequens ptãtis hedificium quod cõstat precipue ex hoc
lapide fundamenti. Vertitur in ruinam. notabiliter per Bal. super rubrica. C.
Si quis aliquem testa. prohi. quinta colum. Rex debet deponi per papam Nisi
ex uera et notoria causa per quam status uniuersalis xpianitatis perturbatur. no
ta elleganter Bal. in. l. Si imperialis. C. De legi. ¶ Item no. Quod hodie po
pulus nõ potest Regem seu Imperatorem deponere. ut. l. ii. C. De adopti. ideo
caueat popullus Romanus a uanis oppinioibus ꝛ cogitatõnibus. ut refert Bal.
in. ii. Feu. ti. Si de inuesti. feu. inter do. et uassa. et c. c. i. circa fi. ¶ Et contra
etum firmum. Contractus enim principis est lex. C. De donati. inter uirum et
uxo. l. fi. Et honestitas ligat principem obseruare legem suam. ut. l. Digna uox.

C. De legi. Princeps namque potest cum suis fidelibus contrahere. et tenetur eis de jure gentium et ciuili. Quia ciuili ratione natura.i.naturalis ratio comparatur. ff. De posi.l. Bona fides. Nam si princeps per suum contractum nõ obligaretur alijs Certe nec alius obligaretur sibi Ex regula correlatiuorũ. Et sic esset principi interdictum comercium. Et esset tanquam exul. qui est omnium presul.hoc notat Bal.in.l.Princeps.ff. De legi. Contractus enim imperialis habet uim legis. C. De dona. inter uirum et uxo.l. Donationes.et.ff. De publica.l. Cessar. Ex quibus no. Quod quãtumcumque Rex habeat plenitudinem potestatis.et deus subiecit ei leges non tamen subiecit ei contractus ex quibus obligatus est de jure gentium.no in.c.i. De probati.notat Bal.in.h. Feudorum. ti. De natura feudi.in prin. Facit ad hoc Quia cum priuilegium seu lex transit in uim cõtractus.ut hic Nõ potest nec debet a principe reuocari.de quo per Innocẽ.in.c. Quanto. De censi.et Bal.in.h.feu.ti. Epm.uel Abba.uel dominum plc.§.iij.In prin. Et licet sunt oppiniones an Rex obligetur precise ex suo contractu in allegata.l. Digna uox Videtur tamen determinatum per Bal.in alle.§.iij. Quod princeps tenetur suas constitutiõnes seruare sicut jus consuetudinarium cõcludit principi ut no.in.h feu.ti. Qui feuda.da.po.c.i.§.fi. De quo uide quod scripsi Foro legum.li.iij.ti.xij.l.viij. Prescribere. Ratio est quia talia bona sunt publica quo ad se et quo ad sui usum cum quotidie leges utilitatibus Regni intendunt.quod jus publicũ consistit in sacris sacerdotibus ⁊ magistratibus. Que sunt jura publica quo ad se et quo ad sui usũ.ff. De justi.et jure.l.i.§.Hujus studij.non ergo habet in his locum prescriptio.ff. De uia pu.l. Viam publicam. et.C. De prescripti.xxx.annorum.l.Comperit. Et uide Forum nouum Regis Al.in Alcala.ti.xxviij.l.ij Et quod ibi scripsi. Capere. Et sic no.quod Rex ex hac justa causa licite potest contra factum suum seu sui predecessoris uenire. ut ẽ expressum in.c.Quod quis.xxxv.q.ix.et in.c.Nosci. De ellecti.⁊ in.c.Certe ego.xi.q.i.Nam hoc potest facere honeste auctoritate legis.ut hic. et in dictis juribus. Cognitione. Nam sicut de facto donauit et sine cause cognitiõne Sic de facto debet Rex sic alienata reuocare.ut in.c.i. De regu.juris.no.Abb.de recillia.in.c.Cum cessante. De appe.circa fi. Resistere. Facit ad hoc.l.Prohibitum.et quod ibi no.C. De jure fisci. Et quod no. Innocẽ.in.c.Si quãdo. De offi.dele.et in.c. Dillecto. De sen.excõ.h.vj. Et quod no. Abb.de recillia.in.c.Cum causamque. De offi.dele.et Pe.de ancha.in repetitio.c. Ea que fiunt a judice.de regu.ju.h.vj.circa pri Itẽ facit quod bellũ cẽsetur justũ quod infertur a subditis contra dominũ superiorẽ nõ recognoscentem Si requisitus nollit justitiam administrare. Et potest in tali casu subditus ab eo se defendere et uiolẽter resistere.ar.ff. De ui.et ui armata.l. Vt uim. Et est expressum in h. Feudorũ ti. De mili.uassa.qui contumax est.c.i.in fi.ubi tex.inquit Quod si dominus militi uassallo justitiam facere noluerit Poterit uassallus derrobare Quia tunc dominus non censetur judex Sed priuatus. Facit quod no.iiij.q.i. In sũma.vij.q.i.Principum.et ibi Archi.et.c.Conquerente. De resti.spoli. Et tale bellum dicitur necessitatis. Nam bellamus ut pacem habeamus.xxiij.q.i.c.Militare Est conclusio Gasparis de calde.in suis consilijs.ti. De tre.et pace. Et consilio primo scriptũ nãque est Aufcretur a uobis Regnum ⁊ dabitur gẽti facienti justi

tiam Mathei.xxj.c.et.c. Si de rebus.xxiii.q.vii. Item Seneca in prover. male imperando summum imperium committitur. facit ecclisastici. x xi circa prin. Regnū de gente in gentem transfeecetur propter iniusticias et contumelias et diuersos dolos Praua namque atque dissipator Rex non dicitur ueraciter Rex.ij.q.i.c. Scelus. Nam nunquam nomen sic nudum reperitur quod sit ab omni efficatia denudatum.ff. De uulga.substi.l. Ex facto.§.fi.ff. Ad sellerianū.l. Propter uenerem.§.Neptis.Non enim in nominis impositioē frustra laborat intellectus .C. Unde libe.l. Qui se prīs.Nō ergo dicitur Rex qui Regnum dilapidat seu alienat. ut ita dixerim. ¶ Absoluta potestate. De qua absoluta potestate plene scripsi Foro legum.h.iij.ti. Delas herentias.l.fi.Et tenerem quod etiam de absoluta potestate Nō potest Rex ciuitates.castra uel alia bona Regni alienare per ea que supradicta sunt. ¶ Item quia cum dominia et obligationes sunt de jure gētium quod dicitur naturale Quia naturali ratione inductum est.ut insti. De rerum diui.§. Singulorum.no. Innocē.in.c. Que in eccliarum De consti.Non potest Rex cum solum sit rector et administrator reipublice. et non sit dominus nisi quo ad protectionem.defensionem. et jurisdictionem.per notata in.l. Competit. C. De praescripti xxx. annorum.xvj.q.iij.§.pe. Et quo ad jus reddendi. et usum gladij exercendi.ut.ff.Ad.l.rodi.de jac.l. Deprecatio.C. De quadri.prescripti.l. Bene a zenone.viij.di. quo jure. illaque pertinēt ad Regni seu corone Regie dominium alienare. nec a regno auferre et alteri dare. per notata in. l. Rescripta. C. De preci.impera.offe. Et in.l.fi.C. Si cōtra jus uel uti.pu. Et per Innocē.in alle.c. Que in eccliarum. Licet possit actiones tollere que sunt inducte a jure ciuili.et descendunt a contractibus a jure ciuili inuentis. ut tangit Innocē.ubi supra.et Faber.insti. De acti.§.i.vj.colum. Nam si daretur sibi talis facultas Posset pauistim Regnum destruere.et dominium regni ad nichillū reducere in prejudicium successorum.et totius regni opprobrium.et subuersionem sui status. quod omnio cauendum est. Item non solum ciuitates uillas castra. et alia loca que sunt bona patrimonij Regni non potest Rex alienare. nec in perpetuum donare Sed successoribus suis debet reseruare. uc supra. satis liquet Sed nec etiam regalia que dicuntur collecte Regia uectigalia seu tributum ut refert Bal.in h.Feu.ti. Episcopum abba.uel dominum.ple.c.i.§.i.in fi. Que sunt regalis functionis prestationes.ut alle.l.Comperit in fi.predicta namque morte et uita semper sunt Regno ānexa. Quia regnum semper durat. ut in auctē. Quo modo oportet Epis.§.fi.colla.i. Sunt ergo imprescriptibilia et inallienabilia.ut hic. et alle.l. Comperit. pce que dicta credo Quod licet dominus Rex possit remunecare uassallos de bonis Regni precedentibus meritis et seruiciis concedendo ei aliquam quantitatem uectigallium uel redditum Regni per modum donationis seu concessionis ad uitam donantia Non tamen hoc potest per modum allienationis inperpetuum Que uocatur de juro et heredat. ut notat Bal. eleganter in.l. Jubemus supra alle.C. De sacro san.ecclis. Cum semper ista debeant successoribus reseruari.et a Regno quod sempee durat Nunquam debeant separari. per supra allegata. Et notat ipse Bal.C. De nouo.C. Faciendo super rubrica. Et si ex necessitate temporis aliqua taliter fuerunt a predecessoribus Regni alienata seu donata Debet bonus Rex illa tempore necessitatis cessante retraccare. et ad jus

Regni reuocare.ar.c. Cū ex litteris De in intr. resti.l.xiij.di.§ .Verū. Quod enim pro remedio ac necessitate temporis statutum est Constat prius non fuisse. Quod ergo necessitas pro remedio reperit cessante utique necessitate Debet cessare apariter quod urgebet. Quia aliud est ordo legitimus aliud usurpatio quod sieri ad presens tempus impellit.c. Quod pro remedio.i.q.vij.cum.c.precedēti. Idē .i.q.i. Quod necessitate.jx.q.i. Ordinationes. Unde cessante necessitate illud quoque cessat quod factum est pro necessitate. ¶ Item Et ubi omis causa cessat impulsiua Et finalis effitiens et occassionalis cessat effectus.§ .Neophitus.lxi.di.alias.§ .His omnibus eadem.di. ¶ Annullat. Hoc enī est decretum irritās quod habet perpetuam causam prohibitiōis.notat Jo.an.in cle.i. De jure patro. Idē tenet Fran.de zambarelis.et Anto.in cle.i. De secresta.pa. ¶ Jurauit. Est tamen notandum Quod licet juramentum sit reale ex parte Regni cui juratur at transit ad successores et heredes eius cui juratur Ex parte tamen jurantis est personale. Ideo ex juramento defuncti non ligatur heres seu eius anima.nec heres incidit in periurium ex juramento defuncti.notat Jo.an.et Anto.de butrio.in.c. Veritatis. De jure juran. Est tamen notandū Quod licet juramētum nō extendatur ad heredem quo ad reatum inherentem persone.ut supra. Et notat Bal.i.i.li. Feudorum in ti. De pace jura.fir.c.i.§ .Item sacramēta Tenetur tamen ad interesse ut ipse Bal.notat in prohemio Usus feu.§. Sed pone. Et sic transit quo ad robur contractus Ut heres non possit contractum juratum reuocare Sed non transit quo ad periurium. nec quo ad forum ecclisasticum sortiendū notat Bal.ff. De jure juran.super rubrica in fi. Nam licet princeps non potest Ligare successorem.nec sibi legē imponere.ut.c. Innotuit. De electi.et notatur in.c.fi. De rescriptis.li.vi.et ibi glo.ultima. Et licet heres ex juramento defuncti non potest coram ecclastico judice cōueniri Officium tamen judicis etiam poterit implorari Ut heres compellatur satisfacere anime defuncti.ar.in.c.fi. De sepul. Ubi notat Abb.de cecillia.ij.colum. Facit.c.A nobis.ij. De sen.excō. in fi. Et quod notat Abb.in.c. Cum sit generale. De foro compe.li.vi. Contractus tamen seu pactum principis fortior est quam lex. Quia supremus princeps contractum cum suis subditis initum seruare tenetur. Quia cum contractus duorū consensu perficiatur Altero dissentiente non dissoluitur.notat Cy.et Bar.in alle.l. Digna uox. Et est tex.in.ii. Feudorum.ti. De natu.feu.c.i. et De prohibi.c.i. Et ibi notat Anto. Et licet princeps per legem suam non potest successorē ligare Potest tamen successorem per suum contractum seu pactum ligare et obligare.notat Jo.mo.in.c.i. De consti.li.vi. Bal.in.l.ij.C. De sen.ex pericu.resci.et in prohemio Usus feu. De qua uide quod ipē notat in alle.l. Digna uox. et Guil.de mōte laudi.et Fran.in cle.i. De jure juran. ¶ Ultimo circa supradicta est notandum Quod licet aliqui dicunt quod Regem propter supradicta.uel propter suas injustitias intollerabilem et facientem tirannica Subditi possunt a regno expellere.ut na.in.l.ij.ff. De origi.juris ci. Quia unusquisque subditus potest propriam salutem tueri ut.l. Ut uim.ff. De justi.et jure. Quia subditi non possunt derogare juri superioris. Unde licet de facto subditi Regem suum expellant Non tamen Rex amittit dignitatē suam.C. De seruis repor.l. Omnes. Scripsi Foro legum.li.i.ti.vi.l.i. ¶ Rex mille. Et sic no. Quod Rex

potest modica donare quia in tali donatione non preiudicat Regnum. nec eum diminuit. ad hoc facit. c. Tua nos. De iure iuran. et De donatio. c. ij. et. c. Ad apostolice & De simo. c. Et si questiões. Nec facienda est tunc amara interpretatio. ff. De donati. inter uirum et uxorem. l. Cum hic status. et. l. Si id. Et uide quod notatur. in. c. ij. De suplen. negli. prela. notat Abb. de cecillia. in alle. c. Intellecta. De iure iuran. ¶ Item non obstat ad supradicta id quod potest allegari. quod si non potest quis se pacto astringere ne possit rem suam alienari. ff. De pactis. l. Penultima. uel quod alienatio non teneat. aut quod dominium non trãseat in accipientem. uel quod sine traditione res ad alienantem. uel ad alium redeat. in. insti. De re. diui. §. Item per traditionem. et. §. Vendite et. C. De pacti. l. Traditionibus. ff. De iure. pa. l. Si libertus. §. Plane. Quia illud hẽt locum in eo qui habet directum dominium & alienabile Secus in Rege Inc uius dominio non sunt bona Regni Nisi quo ad iurisdictionem protectionem. et defensionem. ut supra. satis liquet. notat Jo. an. in. c. Raynaldus. De testa. super glo. Impedire. An donatio Regis sit extensibilis Scripsi Foro legum. li. ij. ti. De donationibus. l. viij. ¶ Iuxta quod queritur An si princeps concedendo castrum cum iurisdictione pertinenciis et iuribus suis Videatur concedere officia et iura Que ciuibus ciuitatis cui castrum erat subiectum Debẽtur ex priuilegio uel consuetudine Et uidetur quod non. Primo quia alienatio legalis non uidetur fieri cum preiuditio tercii. nec in rebus sui natura prohibitis alienare. notat Bal. in li. Feu. ti. De inuesti. De re. alie. facta. c. i. §. Quumuis. Preterea Ex lata significatione. uerborum Non presumitur princeps uelle preiudicare. iuri tercij De quo non facit mentionem. ut est tex. in c. Super eo. De offi. dele. Concor. l. ij. §. Merito. et. §. Si quis a principe. ff. Ne quid in loco publico. et Innocẽ. in. c. Cum dilectus. De donati. notat Abb. in alle. c. Super eo. Facit ad hoc quia princeps quod suum est potest conferre non quod alij pertinet. ut est tex. in. c. Pastoralis. De donati. notat Abb. in alle. c. Super eo. & De iure patro. c. Quod autem. et. ff. De contrahen. empti. l. Qui tabernas et. ff. De le. i. l. Si domus. §. fi. et. ff. De le. ii. l. Memus in fi. Preterea Cui conceditur merum imperiũ Non conceditur iurisdictio ciuilis. ut. l. Solemus. §. Latrunculator. ff. De re. iudi. Sic in presenti casu Cui conceditur castrum cum iurisdictione et iuribus Non conceditur ius alij competens. non est ergo donatio principis extensibilis in preiudicium tercii. Et facit ad hoc Quia concedens actum Non uidetur iter cõcedere Nisi expresse hoc dicatur. ut. l. Si matri. §. Si iter. ff. De excepti. rei iudi. Concor. c. i. De excessi. prelato. Ubi non potest existens aliqua iura ecclie remittere in preiudicium aliorum. Facit ad hoc Quia redditus portuum. salinarum Et piscariarum. Et ferrariarum. Et aliorum uectigalium. ¶ Sunt Principis et etiam portagiorum. ¶ Et fuerunt ei concessa ad sui substentationem et regni defensionem. In fidelium aggressionem. et ab exactionibus abstensionem. ut. vi. parti. ti. xxvii. l. xi. Que quidem iura ad certum usum destinata Nõ potuerunt in alios transferri. nec in alios usus expendi. ut cle. Quia contingit. De religi. domi. §. i. Et in iuri. j. q. fi. alle. Pro contraria parte facit quod Regis donatio alicuius uille seu possessionis intelligitur cum omnibus iuribus et pertinẽciis suis. Etiam si hoc dictum non fuerit. ut. C. De bonis uacan. l. Si quãdo. ij.

x. et. ff. De offi. pref. ur. l. i. §. In inicio. et in. l. ii. ff. De constitu. prin. et ibi glo. notabilis et. l. Princeps bana. ff. De uerbo. sign. notat Bal in. ti. De capitaneo. c. i. Et non solum in tali donatione ueniunt ces Sed etiam instrumenta et appenditia et adiacentia. ut est tex. notabilis in. c. Religiosam. xii. q. ii. et. l. Testatrix. ff. Si serui uen. notat Hosti. et Jo. an. in. c. Cum dillectus. De donati. Nam ista adiectio in donatione apposita cum omni iure cum fiat ad ampliandum Non debet interpretari ad diminuendum. ff. De condici. et de. l. Cum tale. §. ii. xvi. q. ii. c. Visis. notat Innocē. et Hosti. in. c. Pastoralis. De donati. Facit ad hoc quia cū talis donatio sit uniuersalis Totū cōcedēdo uidetur princeps partem donasse. ut est tex. in. l. Si quis cum totum. ff. De excepti. rei iudi. et regula in toto. De re iu. iuris. li. vi. Et in principali accessorium continetur per regulā uulgarem. Quādo in accessorio nulla reperitur promissio seu dispositio spālis ut in casu isto. no. Dy. in regula Accessorium. De regu. iuris. li. vi. Et ubi nulle reliquie cause finalis remanēt sublata causa Tollitur in totum effectus. De preben. c. Si pauper. ff. De acti. et obli. l. Cum herede. notat Dy. in regula Decet De regu. iuris in. vi. Et ratione annexitatis non est licitum uariare. Sicut nec circa. eādem rem. ff. De damno in fec. l. Pretor. §. Unde queritur. no. Dy. in regula Cui licet. Et in regula Mutare. De regu. iuris. li. vi. Et in tali generali concessione uenit omne id quod non est exceptum. ut. c. Ex litteris. De iure patro. et. c. Quia circa. De priuile. .q. ii. Cognouimus. Et est ratio Quia tum pleno iure donataria pertineat dicta uilla seu castrum Omnia adiacentia pertinent ei. ut ibi. et in. c. In lateranen. De preben. notat Innocē. in. c. Cum inter. De re iudi. Probatur etiam hoc quia cum iura illa non sunt segregata a dominio et potestate castri Imo ratione territorij dominij et iurisdictionis fuerunt concessa. ¶ Cessante ergo dominio iurisdictione cessant iura illa per regulam ¶ Vulgarem ¶ Quia non debeat dupliti iure censeri. ut. c. Cum capella. De preuile. et ibi glo. Facit ad hoc. l. pe. ff. De cuicti. et. l. Quid aliud. ff. De uerbo. signi. et. l. Si cum fundum. et. l. Non tantum. e. ti. Ubi qui optimum maximumque fundum tradit Liberum prestat. Nec debētur alie seruitutes Nisi hoc spāliter sit concessum. ¶ Preterea Cui conceditur maius ergo et minus. xvi. q. ii. c. i. xii. q. i. c. Precipimus. De deci. c. Ex parte. Maius enim fuit dominium et admodum iurisdictionem dare Quam iura officialium concedere. ac. Iurium supradictorum. Nam princeps qui habet iura imperii et plenitudinem potestatis potuit hoc agere Sicut potest quem uult ab oneribus eximere. et quando uult onera imponere. Etiam in preiudicium aliorum quibus onus imcumbit soluendi qui tenentur in solidum. notat Abb. in. c. Accedētes. De prescripti. Ad idem facit quia licet princeps concedendo castrum cum suis pertinentijs Non uidetur concedere molendina castri Que non sunt sub principe. ff. De contrahen. Empti. l. Sed celsus. Sed si concedit castrum cum pertinencijs suis et iuribus ad ipsum castrum expectantibus Tunc molendina ueniunt accessorie Nisi sint priuatarum personarum. ar. ff. De preca. l. Si adoptauero. no. glo. in li. Feudorum. rubrica De capit. Qui sunt uendi. c. i. ubi notat Bal. Et scripsit Foro legum. li. iii. ti. Delas donationes. l. uiii. Non obstat quod princeps non intendit preiudicare iuri tertij Quia hoc est uerum principaliter potest Tamen quā

dam consequentiam. ut in casu isto. notat Abb. de cecilia. c. Accedentes. De pre
scripti. et Innocē. in alle. c. Cum inter. Nec obstat allegata. l. Si mater. §. Si
tui. ff. De excep. rei iudi. Quod ibi est districta spēs seruitutis Et eo modo iter
non est pars actus Imo est spēs seruitutis actui opposita et coequiua. ff. Si serui
uen. l. Loci. corpus. §. i. Secus si est pars subiectiua ad actum. et actus fertur po
testatiue ad iter Quia sui potestate iter comprehendit. Et in ista significatione
sumitur. ff. De seru. rus. predi. l. i. §. Actus. et De uerbo obli. l. Qui usum
fructum. Et de nouaci. l. Si pupillus. §. fi. et no. Dy. in allegata regula in to-
to. In casu uero presenti cum iura seu officia ciuium nō sunt segregata a dominio
et potestate castri donati. et sunt partes subietiue ipsius dominii et iurisdictōnis
Comprehenduntur sub dicta concessione. Nec etiam ob. dictus. §. Latruncula-
tor Quia ibi sunt spēs separate adinuicem et distincte. una ergo concessa Nomi-
natim uidetur altera denegati Sed hic loquimur de illo ubi in quo minora conti-
nentur et comprehenduntur ut spēs uel ut partes. notat Dy. in regula Plus.
De regu. iuris. li. vi. Nec obstat. c. Dilecto. De offi. ordi. quia ibi Archi. in
territorio suo determinato. Etiam si per mille ānos non utatur iure quod habet
in aliqua parrochia sui territorii Non perdit illud cum sit ius ulē multa continēs
particularia. et usus in aliis parrochiis propter cōnexitatem extenditur ad illā par
rochiam In qua non est usus. Sed si esset in territoriis distinctis Perderet illud
ius per non usum. ut notat Cy. notabiliter in. l. Voluntarie. C. De excusa. tu.
op. ii. et Anto. in. c. Peruenit. De censi. An autem per non usum perdatur di
cta cōmissio Etiam si a principio ualeret. Et determinatur Quod quando priui
legium concedit ius formale Ut decimas uel aliud ius Tūc longissimo tempore per
ditur per non usum Secus si concederetur aliqua facultas. ut eundi per uiā et c̄.
ut est conclusio Cy. in alle. l. Voluntarie. q. vii. et in. l. C. De diuer. rescrip.
Priuilegium enim concessum in preiudicium uniuersorum Perditur per non usū
.x. annorum. ut. l. i. ff. De nundis. Si enim priuilegiato potest culpa uel negligen
tia imputari Amittitur per non usum si competat priuato per. xxx. ānos. C. De
diuer. rescrip. l. Falso. Si competat ciuitati perditur per. xl. annos. C. De pre-
scrip. xxx. an. l. Sicut. et. l. Omnes. et De fun. patri. l. fi. De prescripti. de quar
ta. et. c. Ad aures quod intelligo si in nullo utitur priuilegio Secus si uteretur
pro parte seu in parte dilatata ad totum ius suum. per ea que notat Hosti. in. c.
Ut priuilegia. §. Illud. De priuile. notat Ben. in. c. Cum accessissent. De cōsti.
Dubitatur tamen an prescribatur libertas contra seruitutem alteris temporibus
constitutam Et respondetur quod perficitur talis prescriptio libertatis cōtra ser
uitutem spatio. xx. Annorum. ut est tex. in. l. Si sit constituta. ff. Quēadmodū
serui. amit. Nam licet in prescribenda seruitute habente causam discontinuam re
quiratur immemoriale tempus Tamen in prescribenda libertate contra illam ser-
uitutem licet talis prescriptio pretendatur ex negligentia discontinua Sufficit tē
pus. x. uel. xx. annorum. ut est tex. in. l. Si prius. ff. De aqua. plu. arcen. Circa
hoc no. Quod ex titulo inhabili potest prescribi libertas seruitutis quando prece
dit titulus inhabilis ab eo qui poterat contra ius dispensare. notat Anto. in. c.
Peruenit. De censi. pe. colum. Probatur enim titulus ex usu longi temporis in
admissione seruitutis Quia tractatur de modico preiudicio. no. Bar. in. l. i. §.

Denique in cursus. ff. De aqua plu. arcen. no. glo. notabilis in. l. penu. C. Cō. di
ui. Nec obstat quod Rex nō potest ab uno rem suā auferre et alteri dare Quia
esset cōtra jus naturale. juxta notata in. l. Rescripta. C. De preci. impera. offe.
et in. l. Quotiens. C. Si cōtra jus uel utili. pu. Et per Inno. et alios modernos
in. c. Que in ecclisrum. De consti. Et scripsi plene Foro legum li. iij. ti. Delas
herencias. l. ii. Quia illud habet uerum si sine causa princeps uellet rem alienam
a possidente auferre. ut Innocē. et docto. ubi supra. et Bal. in allegata. l. Rescri
pta. cum causa autem potest. ¶ Item limitatur etiam si princeps uellet rem prin
cipaliter Alicujus auferre Secus si per quandam consequentiam. s. per sententiā
pre prescripcionem. per usucapionem. ut notāt docto. ubi supra. uel cum uniuersi
tate donando. juxta notata in. c. Ex litteris. De jure patro. ¶ Item Quia con
cessio seu priuilegium quod habet dependentiam a solo principe si non transit in na
turam contractus Potest a principe libere reuocari. ut scripsi latius in allega. l.
. bui. Foro legum. li. iij. ti. Delas donationes.

¶ An autem tertia decimarum Regi Castelle per Papam concessa ad pugnandum
contra sarracenos seu ad recuperandam terram sanctam xpianorum Potuit per
Regem laicis seu aliis ad tempus uel imperpetuum concedi seu alienari ti. donatō
nis seu a'ias. Et tenerem Quod licet dominus Papa legitime concedere possit lai
co decimas ex causa. et tale priuilegium ualeat et teneat. lxvi. di. Adrianus. § . iij.
et. c. In synodo. xvi. q. i. Hinc etiā. De eccli. edi. c. ii. et. c. Ex parte tua. et.
. c. A nobis. De deci. ubi hoc notat Hosti. Et in sūma. e. ti. § . A quibus. et. § .
Verum. h. tertio Queritur. Quod uerum nisi parrochialis ecclia ex hoc enormi
ter lederetur. ut. c. Dilecti. et. c. Suggestum. e. ti. uel nisi renunciaret quis pre
uilegio suo expresse uel tacite. Et aliis casibus notatis per doc. in alle. c. Sugges
tum. Non tamē crederem quod dominus Rex potuit laicis. seu aliis personis. uel
locis etiam piis tertiam decimarum seu partē ad tempus Et multo minus imper
petuum largiri. Et quod talis donatō seu donationes non teneant. Nec hi qui ex
tali titulo seu titulis habuerūt Possunt esse tuti. Nec illas licite retinere possūt
quo ad forum anime. Nec quo ad contenciosum. ut est expressum in. c. Causanque
De prescripti. et in. c. Tua. et. c. Dudum. De deci. Et quod plus est Nec do-
minus Rex potest easdem decimas detinere Cum eis non utitur secundum modū
seu concessionem sibi datam. Nam sine alicuius iniuria Papa potuit hoc conce-
dere Non tamen debuit hoc facere nisi ex causa Puta fauore fidei ut possit loca
sarracenorum subjugare. et ad unitatem ecclie reducere. Decime enim sunt dona
ecclie Quorum Papa est dispensator principalis. Et sic concludunt doc. signāter
Hen. in. c. A nobis. De deci.

¶ Quod probatur Nam remediis et actibus uti debemus secundum suam instituti
onem. ut. c. ij. De appella. et. c. Suggestum. e. ti. Que enim ad certum usum
largitionis fidelium sunt destimata Ad illum debent non ad alium salua sedis apli
ce auctoritate conuerti. ut cle. Quia contingit. § . i. De reli. domi. ubi aliter oc
cupata debent per solicitudinem. se. aplice. in statum reduci debitum. Quod enim
pro pietate concessum est Non debet in alium usum conuerti. Nec in alterius in
juriam redundare. c. Licet. xlv. di. et. c. ii. De eccle. edi. Et quod ad certā spēm
relinquitur in alios usus conuertere nō licet. ut est expressum in. l. i. ff. De domi.

re. ad ciui. perti.

¶ Item quia tales concessiones siue priuilegia per Regē concessa de dictis decimis sūt nulla nisi Pape cōsensus siue auctoritas interueniret. Quia pro nō dato habetur et c̈. c. Quod autem. De iure patro. et. c. Dudum. De deci. Concor. ff. De acqui. re. do. l. Traditio. Nec plus iuris dominus Rex in alium trāsferre poterat Quam ipse habebat. ut. c. Nuper. De donati. inter. ui. et uxo. et. c. Dayberth .i. q. vii. ¶ Item Quia ista donatio decimarum Regi facta fuit non solum ex causa impulsiua Sed etiam finalis quia aliter non daturus Conditione ergo cessante Donatio potest condictione repeti. Est casus in. l. ii. § .fi. ff. De donati. et. .C. De dona. l. pe. § .fi. Causa enim priuilegij de pugnādo contra hostes fuit finalis Nec alique remanent reliquie ipsius priuilegij Cessante eius causa finali. ff. De acti. et obli. l. Qui cum herede. ¶ Item hoc priuilegium ad tempus datum Finito tempore spirat. c. Si propter. De rescrip. li. vi. ¶ Item donatio etiam pura sub conditione resoluenda Non est proprie donatō. l. i. ff. De donati. ¶ Item cōdictio ob causam habet locum in contractibus nominatis Quādo illa causa deficit que fuit finalis et per eam contractus factus est. ut. l. Cum rem. C. De pacti. in emp. et uen. Et cōcludit Bar. in. l. j. ff. De dona. ii. colum. ¶ Item ubicumque datur ob causam fauorabilem uel piam Presumitur in dubio causa finalis. ut nubas. ut redimas captiuos. ut. l. Si quis pro redemptione. C. De donati. et. l. Si ego in prin. ff. De iure docti. Bar. in. l. ii. § .Titii. x. ff. De donati. Et ubicumque causa ponitur per modum condictionis Condicio est causa finalis. et ea cessante Cessat dispositio. ut. l. Cedere diem. De uerbo. signi. Bar. ubi supra. ubi concludit Quod quādo modus uel causa respicit utilitatem alterius quam eius cui datur Presumitur finalis. ut l. Titio. in prin. ff. De condi. et de. et. l. Quibus diebus in fine. et. l. Pure. ff. De le. iij.

¶ Et laici a manu Regia decimas quod est jus ecclasticum recipientes Sacrilegij crimen incurrunt. c. Dudum. De deci. Nec etiam conferre potuit Rex quod ipse de iure non poterat possidere. ut ibi Ba'la titulus habetur pro non titulo. ut ibi glo. Spūalia enim nō cadunt in laicum. c. Causamque. De prescripti. De ellec. Sacro sancta. et. c. Massana. xcvj. di. Unde quidem.

¶ Donationes seu mercedes quas Rex fecerit Debent cum consilio omnium de suo consilio. uel maioris partis in numero personarum fieri. Exceptis tamē mercedibus Que sex mille morobetinorum numerum non excedāt. Et usque ad numerum quatuor lancearum Quādo per mortem renunciationem seu priuationem uacauerint. Et si uacatio maioris fuerit quantitatis Non poterit Rex dictam donationem facere Sine consilio maioris partis suorum de cōsilio. ut premissum est. Hoc tamen non vendicat sibi locum in officijs minoribus domus Regis. Nec in elemosinis. victualibus. et uestuarijs talium.

minorum officiorum. Nec in lanceis quibus vacare continge rit de patre in filium. Nec in aliis largitionibus equorum. iu mentorum. et pannorum. Omnia namque ista poterit Rex si ne aliquo consilio ad libitum dare. ut ordi. Jo. ii. in Vallisoleti. anno. xlv. peti. iii.

¶ Item Regis officialis mercedem seu donationem ad nuptias contrahendas non lucretur a Rege. nisi tempore petitionis huiusmodi mercedis se esse dispensatum non coniugatum pro bauerit. Computatores autem Regis aliter dictam mercedem non colocent. nec admittant. Et nisi probauerit a Rege ratio nem cum officio habere. Et si per alterius renunciationem ra tionem habeat dicta merces ad nuptias sibi nullatenus detur Si constiterit alii renunciati concessam fuisse.

¶ Item cui talis donatio pretextu vnius officii fuit data Etiam si postea aliud officium habuerit. et iterum matrimonium con traxerit dicta merces nullatenus iteretur. Computatores autem et alii officiales hoc obseruare tenentur Sub pena pri uationis officiorum. Eadem ordi. l. iiii.

¶ Rex tenetur per ciuitates et uillas et alia loca regni discurre re. Et iustitiam cum suis pretoribus et officialibus administra re. Copiamque gentium debet euitare. ut sue terre facta co gnoscat crimina. et maleficia puniat. Ordi. Regis Al. Ma drid. peti. xxii.

¶ Rex. Puniat. Vt euadat id quod eccli. xi. circa prin. dicitur Regnum in gente a gente transfertur propter in iustitias et contumelias. et diuersos dolos. Ne di catur etiam quod ecclistes. x. circa fi. scribitur. Ve tibi terra cuius Rex est puer. et cuius principes mane comedunt.

¶ Item no. Quod generale pactum est societatis humane optemperare Regibus su is. c. Que contra mores. viii. di.

¶ Rex magnam famulorum suorum officialium copiam in cu ria residere non permittat Sed Regis officiales certos habeant familiares. ¶ Item Rex in sua curia querelantes non detine at Sed eos libere sine mora expedire tenetur. ne ipsi copiam faciant expensarum. Eadem ordi. peti. xxiii.

.E.ii.

Rex debet per vassallos sui Regni naturales redditus sui Regni per terras seu feudos distribuere demptis tamen alimẽtis que sibi et Regine uxori sue sufficere possunt. E. ordi. peti. xxiiij.

¶ Rex per seipsum tenetur in curia sua ius dicere. s. in die lune et in die veneris cuiusque septimane cum pretoribus sue curie. et cum aliis de consilio. In die enim lune audiat petitiones In die ergo veneris audiat incarceratos et rieptos. Ordi. Regis Al. Madrid. peti. i. Et ordi. Jo. i. Burgis. peti. i.

¶ Audiat namque Rex omnes ad curiam suam veniẽtes. Nam ad hoc facilem se tenetur exhibere. Ordi. Al. Madrid. peti. .lxxv. Et ordi. eiusdem Regis Legionis. peti. xix. Et ordi. Ven. i. Tauri. l. viij. Et ordi. Jo. i. Vallid. peti. ultima.

¶ Audiat. Facilem. Ius namque reddens hoc tenetur observare. ut in addeundo quidem facilem se prebeat Sed contemnise non patiatur. ¶ Item in ulteriorem familiaritatem provinciales uel subditos non admittat. Nam ex conuersatione equali contemptũ dignitatis nascitur. Et alia circa ius reddendi tenetur Rex facere de quibus in. l. Observandum. ff. De offi. pres. ¶ Item dum nimium servatur humilitas regendi Frangitur auctoritas. ut. c. Quando. lxxxvi. di. Ex ingenio nãque augere debet quis dignitatem uel honorem. ut alle. l. Observandum. Talem ergo se prebeat Rex omnibus publice et privatim Ut terribilis quidem sit delinquentibus et in devoctis circa fiscalia. Mansuetissimus autem et mitis omnibus placidis et devotis Paternam eis exhibens providentiam. in auctẽ. De manda. prin. §. Talem vero colla. iii. ¶ Item humani moris est illum vereri Cuius iudicio et voluntate nunc erigitur nunc deprimitur. xvi. q. ii. c. i. notat glo. in. c. Nullã. xxiii. q. ii.

¶ Debet Rex benigne audire petitiones procuratorum ciuitatum et locorum Siue sint generales siue spãles. Et eis grato se respondere. Ordi. Regis Jo. ii. Madrid. ãno. xxxiij. peti. .x.

¶ Item iusto impedimento cessante Rex tenetur petitiones die lune audire Alias alia die audiat septimane. Ordi. peti. de Alcala. peti. xxiiij.

¶ Rex circa sui Regni naturales circa Exactioẽs quas ab eis exigere debet Se tanquam pater habere cum filiis. ut in responsione Regis Jo. i. Vallid. que loquitur De luctu.

Nam Rex de suorum trãquilitate et prosperitate nimis leta tur et gaudet. Ordi. Jo. i. Briuiesca. l. xxvi. Circa prin.

¶ Rex. Exactiones. No. circa hanc legem. cum. l. j. e. l. Quod quando Rex uult guerram mouere Non debet istud cum prejudicio subditorum facere Sed prius thesaurum suum debet expendere. ut in aucte. Ut judi. sine quoque sufra. §. Illud. Non tamen debet totum expendere Sed aliquid residui tenetur sibi reser uare. ar. ff. Ubi. pupi. edu. de. l. iij. Si autem Rex totum suum aurum expendit Potest a subditis accipere. non tamen debet solum unam prouintiam uel unam ciuitatem grauare Sed debet hoc inter omnes cõmunicare Nisi immineret neces sitas et promptum periculum. tunc enim bene potest ab una ciuitate statim acci pere Uerumtamen postea debet contributio fieri. ar. ff. Ad l. rodi de jactu. l. ij. notat Cy in. l. Neminem. C. De sacro sanc. ecclijs. Imo in casu occurrentis pe riculi potest Rex bona ecclie accipere ut dixi supra. Ecclia. e.

¶ Rex tamen Exactionem seu pectum nouum sine cõsilio et cõ sensu omnium Regni procuratorum non exhigat. Ordi. Re gis Al. Madrid. peti. lxviii.

¶ Rex. Exactionem. s. pro justa guerra. et pro defensione Regni sui. Nam subdi ti tenẽtur ad hoc Regem iuuare sumptu Regis. ut. ar. C. De eroga. mili. an. quasi per totum. li. xij. Potest namque Rex castelle cum superiorem minime re cognoscit Quando facit guerram uel eam sperat Extra ordinem collectas indice re uniuerso populo Regni sui. ut exinde stipendia soluantur militibus suis Qui in exercitu uel alibi sunt pro tuitione reipublice. ut hic. et. C. De offi. prefec. pre to. affri. l. ij. §. Jubemus. obligati enim sunt ad hoc subditi de jure gẽtium juxta id quod cato. ait Pugna pro patria. ut. ff. De justi. et jure. l. i. in fi. Est enim ignauia seu pigritia munera ciuitatis deserere et excusatiões querere. ut. C. De decurio. l. Quidem inagnie. ad ea enim quis tenetur naturaliter. ut no. e. ti. l. In filijs. Et impium est propriam patriam deserere. ut no. C. Si curialis relic. ciui. l. Unica. Nec etiam uillem terram suam propriam quis potest deserere. ut no. C. De munis. et ori. l. fi. li. x. Collecte tamen predicte debent fieri pro uiribus patri monij et non alio modo. ar. C. De immunitate. ne. con i. fi. li. x. Et de operi. pu bli. l. Omnes. et. ff. De uaca. et excusa. mu. l. ij. §. fi. Caueat tamen Rex ne sub aliquo colore subtili ingenio ppĺm sibi cõmissum gubernandum et non deuorandũ credat Tanquam barbaros a quibus subtili ingenio permissione juris aurũ potest extorqueri. ut. C. De comer. et merca. l. ij. Nec possit Rex dici latro seu predo. ut. ff. De cap. et post li. reuer. l. Hostes. et De uerbo. signi. l. Hostes. Ratio nem namque apud deum de grege sibi cõmisso reddere tenetur. ne dicatur de eo quod ait dauid in ps. Et uiam pacis non cognouerunt. non est timor dei ante oculos eorum Qui deuorant plebem meam sicut escam panis et cetera.

¶ Item nec monetam mutare. nec auero ualore diminuere potest sine majorum con silio Regni sui. Innocẽ. in. c. Quanto. De iure jurañ.

¶ Rex officia suis ciuitatibus vel villis pertinentia nemini dare tenetur. ¶ Item nec det judicem nisi a toto loci concilio uel a

.E. iij.

maiori parte petatur. Ordi. Al. de Vallid. peti. xi. Vide infra .l. proxima.

¶ Rex. Officia. De iure tamen Princeps seu Rex potest ad libitum tollere et dare officia cui uoluerit. no. Io. fa. insti. Quibus modis ius pa. potes. sol. Conditor enim legis uel canonis potest michi dare rem alienam et tutus ero. notat glo. in. .c. Vigilanti. De prescripti. ff. De euicti. l. Lucius. C. De quadri. prescripti. l. Bene azenone. ¶ Item consuetudo, prescriptio, et priuilegium equiparantur. Et ideo inferior a principe licet non potest tollere ius quesitum ciuibus et locis ex consuetudine prescriptione uel priuilegio Hoc tamen potest princeps Quia contra eum non prescribitur. ut. c. Volumus cum. c. se. et ibi glo. xvi. q. iij. Est conclusio Bal. super Innocē. in. c. Que in ecclīarum. De consti. in fi.

¶ Rex non det correctorem nec iustitiam ciuitatis vel loci alij committat quam eiusdem loci ciuenis nisi ad petitionem omnium vel maioris partis loci. Et talis debet esse naturalis regni ubi locus est. Et si per singulares petatur Ipsi soluant salarium. Ordi. Al. Madrid. peti. lxv. Et idē Rex Ordi. de Vallid. peti. xi. Et idē Rex. Ordi. Legionis. peti. viij. Et Ordi. Hē. .ij. Tordesellis. peti. fi. Vide supra. Corrector. v. Iudex. a. Rex deputare tenetur homines sui Regni expertos qui per prouintias et loca sui Regni ambulent ut uideāt et inquirāt de usu et exercitio merinorum. Iudicum et pretorum et aliorum iustitie officialium Qualiter iustitiam administrant et exequuntur Et qualiter itinera a rapinis et malis conseruantur. Et ut in alios officiales delinquentes iustitiam adimpleāt Et in fine anni tenentur Regi ratiōnem dare de omnibus que viderunt et fecerunt ut regnum in iustitia conforueatur. Ordi. Regis Hen. .i. Tauri. l. vi. Et Regis Io. .i. Palentie. peti. .iiij.

¶ Rex. Iudicum. Multi tamen sunt iudices qui in discussos. i. non auditos tirānica potestate. i. proprio motu irato et uoluntario non auctoritate legum damnant Sed sicut nonnullos gratia fauoris sublimant Ita quosdam odio inuidiaque humiliant Et leui oppinionis aura condemnant Quorum crimen non approbant. ut in. c. Sexta actione. xv. q. vij. Iusta ergo cōtra tales huiusmodi legis prouissio est.

¶ Rex non leuiter dare rescripta tenetur ad extrahendum res vetitas a Regno. Ordi. Regis Io. .i. Palentie. peti. v.

¶ Rex non subscribat seu nomen suum apponat in litteris uel

rescriptis per auditores vel per ordinarios pretores expedi tis. Nec etiam super litibus. iustitiis. vel cõmissionibus conces sis. tabellio vero dictas litteras vel rescripta Regi ad subscri bendum tradens perdat officium. Cancellarius itaque ea nõ sigillet. Ordi. Regis Jo. i. Segobie. De audientia. l. iiij. Vide supra. Rescripta. et supra. Consilium.

Rex non debet rescripta litteras. vel celulas dare ad aliquem citandum personaliter nisi in casibus. Vide supra. Citare.

¶ Rex cum minor. xvj. annorum post mortem patris Regis manserit Regnum per viam consilij non per tutores Guber netur. Donec ipse Rex minor. xvj. annorum etatem attinge rit nisi forte Rex defunctus filio suo minori testamentario tutores relinquat. Cõsiliarij autem seu tutores iurare debẽt ut late continetur in gestis post mortem Regis Jo. i. Cum Rex Henricus. ij. filius eius minor remansit Receptusque fu it in Regem anno domini Mill. ccclxc.

¶ An Rex potest moratoriam dilationem debitori dare. Vide quod no. supra. Rescriptum. b.

¶ Rex. Circa hanc. l. no. Quod non semper princeps ppli et iudex ecclie per dei arbi trium datur Sed pro ut merita nr̃a deposcant. Si mali sunt actus nr̃a et opera mur maligna in conspectu dei Dantur nobis principes secũdum cor nr̃m. ut Hie ronimus exẽplificat in. c. Audacter. viij. q. i. Nã pro meritis subditorũ dispẽnitur a deo vita rectorum ecclisiastici. x. et. c. i. ij. q. vij. Ex merito namque plebis Epi damnantur quatenus proclinius cadant Qui sequuntur capite languescente Cete ra corporis membra inficiũtur. ut. c. Ex merito. vj. q. i. Et Regis ad exemplũ to tus orbis componitur. ut ibi glo. ¶ Gubernetur. De hoc uide quod scripsi Foro legum. ij. i. ti. De la guarda de los fijos del Rey. l. i.

¶ Rex deputare tenetur iudices et inquisitores Que circa occu patos terminos loca et iurisdictiones ciuitatum vel villarum per aliquos potentes seu prelatos Informentur. Et sine stre pitu et figura iudicij omi appellatione. supplicatione. et gra uamine et alio quocunque remedio remoto. iustitie faciant Complementum. Ordi. Regis Jo. ij. Zamore. Peti. xij. Vide supra. Inquisitio. b.

¶ Confirmatur ista lex per Regem He. iiij. Cordube ãno Mill.
. C. iiij.

.cccc.lv.pen.xix.

¶ Rex. Informetur. Permittitur ergo in tali casu inquisitio fauore reipublice. Sicut permittitur presidi prouintie inquirere de bonis uacantibus. C. De bonis. uacan.l.i.li.x. ¶ Complementum. Sed queritur an iste delegatus debeat se intromittere de molestatione facta postquam pronunciauit uel in possessionem duxit. Et est distinguendum Aut hoc est expresse cōmissum. et potest quasi dicatur conseruator. De preben. c. Pro illorū. Si autem hoc sibi non cōmittitur Tunc si delegatus uult pronunciare missum tuendum tempore sententie quo mittitur in possessionem Planum est quod potest. ut. c. ii. Ut lite non contes. Quia pronunciat id quod est de iure. Si autem uult eueci et cognoscere de iniuria illata contra missum ante sententiam difinitiuam Adhuc durat eius potestas et semper potest tueri. ut no. glo. in. c. Querenti. De offi dele. Aliis autem non potest se intromittere. ut. c. In litteris. De offi. dele. Nisi uellit se intromittere multando defendendo missum extra ordinem Si habuit pacificam possessionem. ne sua missio sit in dubio. De electi. c. Cūmissa. li. vi. et hoc incōtinēti Quia nō uidetur missus qui stati est electus. ut notat glo. et doctores in alle. c. Querenti. Et per legistas in. l. Per mysteri. ff. De acquiren. posse. notat Anto. in. c. Ex parte ad de. De testi.

¶ Rex debet Mestus et cum tristitia sententiam contra reptatum ad terminos riepti non uenientē pronunciare secundum formam Fori noui de Alcala. ti. xxxiii. l. fi.

¶ Rex. Mestus. Quod est contra legem obseruādum. ff. De offi. presi. ubi ius eedens in cognoscendo sancta descere aduersus eos Quos malos putat. ne precibus calamitosorum illachrimari oportet. Id enim non est cōstantis et recti iudicis Cuius animi motum uultus detegit. Hoc tamen est spāle propter infamiam generosi reptati.

¶ Rex potest libere ueniam malefactorum concedere preter aleue et prodictionem. Ordi. Regis Al. Madrid. pen. lxvii. Uide infra. Uenia.

¶ Regis pecunias seu res redditum pectorum seu regalium iurium capiens uel auferens a potestate arrendatorum seu collectorum suorum debet cum duplo id quod accepit seu abstulit ultra alias iuris penas restituere. Bona quoque sua sectestrātur. et quidquid habet a Rege. Collector autem seu arrendator tenetur Regis recuperatori ablatam ab eo pecuniam infra terminum solutionis pecunie illius tercii in quo pecunia fuit ablata notificare. quod si non fecerit In compotum ei non recipiatur. Recuperator uero tenetur id Regi. uel suo cō

silio. vel computatoribus suis usque ad mensem a tẽpore quo sibi fuit per arrendatorem notificatum cõnumerandum notificare. ut Rex super facto ut expedit provideat. Ordi. Regis Jo. i. Briuiesca. l. x. vide supra. Capiens. h.

¶ Rex tenetur liberare ãnuatim in primo tertio ãni mercedes et pecunias Quas in libris Regis collocatas quicunque habẽt Et quod tales pecunie liberentur in archiepiscopatu. uel episcopatu. merinitate uel partito. vnde hi quibus liberantur vivunt. et principaliter liberentur in principio cuiuslibet anni elemosine et castra frontarie. ¶ Jtem Rex mittere tenetur fide dignas personas qui villas et castra frontarie et rehedificia que in eis requiruntur videant ut reparentur. Rex Hẽ. iiii. anno. Mill. cccc. lv. Cordube. Peti. xvi.

¶ Si uero is a cuius potestate dicte pecunie capiuntur sine pena. uel sine vi. uel grauamine quod sibi fiat eas dederit Jterum illas Regi soluat. Jnsuper autem capiens seu auferens tales Regis pecunias. uel res postquam per litteras Regis seu suorum cõputatorum thesaurariorum requisiti restituere pecunias sic ablatas noluerint cum duplo ut premittitur usque ad. xxx. dies Jpso facto perdunt officia. tenutas. mercedes. rationes. quitationes. seu alimenta que a Rege habent

¶ Si uero iterum requisiti ut restituant cum duplo quod ceperunt usque ad alios. xxx. dies hoc facere renuerint. quia crescente contumacia crescere debet et pena Jpso facto dominium locorum si quod habet in regno perdunt Et regis corone applicatur. ut Ordi. Regis Hen. ii. Madrid. Peti. ii. anno. Mill. cccxc. iii.

¶ Cõfirmatur ista lex per Regem Jo. ii. in curiis de Vallid. anno. Mill. cccc. xlii. Peti. xx.

¶ Et addit ibi Rex quod is a quo capta est dicta Regis pecunia Tenetur hanc legem seruare. Et quod id notificet maioribus computatoribus. Et sua loca tenentes tenentur id Regi notificare per quencunque camere sue tabellionem. ut Rex illico

talem captionem restitui mandet secundum tenorem dicte legis. Quod si restituere nollit capiens procedat contra eum. ut dicta. l. disponit. quam notificationem dicti computatores maiores Regis tenentur facere usque ad primos sequentes. .xxx. dies. A die quo eis notificatio dicta facta fuerit computandos. Alias ipso facto perdunt officia. Et si persone minoris status mandato alterius talem fecerit pecunie Regis captionem illam restituat cum septenis. quod si soluendo non fuerit Moriatur. ¶ Item quod dominus loci ubi talis pecunie captio facta fuerit talem captorem Regi tradat. ut in eo dicta pena executionis sortiatur effectum. quod si non tradiderit ipse dominus dictas penas ad quas ipse culpabilis teneba tur Tenetur subire ac si ipsemet dominus dictam fecisset pecunie captionem. Quod si in ciuitate uel loco Regis dicta fuerit facta captio Ipsam faciens ad septenas Regi tenetur. Et si soluendo non fuerit Moriatur. Cõfirmatur per eundem Regem Jo. ii. anno. Mill. cccc. xxxvi.

¶ Confirmatur per Regem Hen. iiii. in curiis Cordube. peti. .viii. anno. Mill. cccc. lv.

¶ Confirmatur lex supra proxima per dominum Regem Jo. .ii. ad peti. procuratorum Regni Que continentur in quaterno monetarum. Et insuper statuit quod recuperator Regis tenetur computatoribus Regis captionem dictarum mitte re pecuniarum A die qua facta est usque ad. xl. dies. quod si nõ fecerit In compotum sibi non recipiatur. Et Regi ad eas sol uendas tenetur. ut in dicto quaterno monetarum.

¶ Item si aliquis miles. uel homo potens. seu quicunque alius pecunias redditum Regis auferre seu capere uoluerit in aliquibus ciuitatibus vel locis que capientium non sunt. arrẽdator collector seu fidelis qui redditus Regis fuerit ubi dicta fiẽda est captio Illud minime consentiat. Requirat tamẽ seu interpellet super hoc pretores. algazelos. et alios officiales ciuitatis vel loci ubi hoc contingerit. ut eum defendant. quod si

non fecerit non recipiatur ei dicta pecunie Regis ablatō seu captio. Si uero pretores. algazeli. et alij officiales cum requisiti fuerint defendere arrēdatorem seu fidelē renuerint Cum duplo ablatā pecuniam Regi dicti officiales soluere coguntur Et ad hoc exequendum rescripta Regis concedantur. Si autem concilium dicte ciuitatis uel locis super se redditum regale tenuerit. et captionem iam dictam fieri permiserit. et auxilium cum requisitum fuerit ut premittitur arrēdatori uel fideli prebere renuerit Cum duplo Regi ablatam soluant pecuniam. Cum itaque dicta sit captio Regis recuperatori Tenetur ipse concilium loci et officiales requirere ut cum defendant. Et captionem ut premittitur non permittant. quod si concilium et officiales hoc non fecerint Tenētur recuperatori pecunias sic ablatas soluere. Computatores autem Regis discomputare seu auferre tenentur cum triplo pecuniam sic ablatam capientibus de quibuscunque modo. quos a Rege habere debent. de quibus concilio soluenti debet cum expensis satisfatio fieri. ut continetur in uectigallium quaterno domini Regis Jo. ij.

Post hoc autem dominus Rex. Jo. ij. in curijs quas fecit in Vallid. anno. Mill. cccc. xlvij. Statuit et ordinauit quod capiens sine Regis mandato redditus seu alias quascunque pecunias Regis ultra alias penas in legibus contentas precedētibus si in libris Regis pecunias habuerit de iuro et hereditate. seu per priuilegium sitas pro saluatu in quibuscunque ciuitatibus et villis et locis Regni Regis mandato in publica subastatione vendantur in curia a d'e quo coram Rege seu recuperatoribus dicta captio seu impedimentum indubitanter constiterit esse factum usque ad nouē dies primos sequentes per tres terminos et terminum peremptorium. Et si iuro et heredat non suffecerit. uel si eum talis persona minime huērit quod vendantur modo et forma iam dictis alie quecunque pecunie que in libris Regis reperte fuerint Quod si non suffecerit vel

persona capiens minime habuerit Alia quecunque bona mobilia vel immobilia capientis vel impedientis cum duplo. ut leges Regni disponunt. Quod si emptores dictarum pecuniarum. vel bonorum non fuerint reperti Quod Rex illa bona seu pecunias sue Regie applicet corone. et in suo patrimonio cõsumantur pro precio quo in curia possunt talia bona vendi iuste et rationabiliter. Et quod talia bona non restituãtur personis culpabilibus. nec alii per Regem donentur. nec personis capientibus Rex pro bonis iam dictis satisfaceret.

¶ Rex precepit quod medietas morobetinorum vacãtium in libris suis consumantur. Vide supra. Morobetini.

¶ Item quod prelatis et militibus habentibus loca per computatores nil liberetur donec omnia que in suis locis habent sint liberata. Vide supra. Morobetini.

¶ Item Rex Hen. iiii. in Madrid. anno. Mill. cccc. lviii. Petici. confirmauit omẽs istas leges. et insuper addidit et statuit quod Rex mandet quod prelati et milites. et alie quecunque persone id quod in libris Regi habẽt liberetur in suis propriis locis si suffecerit. Et quod deffecerit liberetur in aliis locis Regis. ¶ Item Rex iubet suis propriis computatoribus maioribus Quod personaliter taxent in valore iusto omnia loca dominii que sunt in Regno prius habita informatione. ut vere sciatur quod rente Regis valent. Et in eis diminutio nõ fiat. ¶ Item quod huiusmodi maiores computatores compotum accipiant solidi quem ipsi milites prelati seu persone debent a Rege habere. Ne sub colore dicti solidi fiat captio morobetinorum Regis seu redditum. Et iubet rescripta ad hoc dari. Et quod in sua curia preconizetur quod usque ad. xl. dies omnes qui dictum solidum habere pretẽdunt Veniant vel mittant ad finiendum compotum coram cõputatoribus maioribus et cetera.

¶ Confirmãtur iste leges per Regem Hen. iiii. Tolleti. anno. Mill. cccc. lxii. Peti. liii. Et addit Quod quecunque persona

cuiuscunque status qui fecerit uel facere iusserit petitorium monetarum. vel monete forete captionem. seu detentionem impedimentum. vel secrestationem si locus fuerit capientis Ipso facto sine alia sententia uel declaratõne illum perdit Et regie corone applicatur. Et exinde Rex poterit illum tãquã proprium capere. Et Rex non poterit amplius eum restituere vel equiualentiam pro eo. Et perdit insuper quoscunque habet morobetinos de iuro et hereditate. vel de mercede. vel alias a Rege. ¶ Item concilium ubi talis captio fuerit facta tenetur iterum illam Regi soluere Etiam si illam computatoribus maioribus presentauit. Et super hoc fiant pignoratõnes Quod si talem captionem quis faciat in loco Regali. vel abadengo. seu behettria Ipso facto omia bona perdat et camere Regis applicentur Aliqua prescriptione non obstante precepit quod omnes Regni magnates. et qui habent vassallos hoc tenentur iurare. Et ne pretendatur ignorantia precepit hoc preconizari. et quod duo Regni procuratores a Rege electi vadant ad recipiendum dictum iuramentum et cetera. Regis iura et tributa. seu redditus nullus impedire. vel capere presumat alias incurrit penã de qua supra. l. Proxima Et vide infra. Tributum. Vide supra. Inquisitõ. l. Redditus. c.

¶ Rex officia vacantia que consumẽda erant in certis personis quibus antea erant collata nulli dare tenẽtur. Vide supra. Officium. i. l.

¶ Rex non debet iudices singularium causarum in ciuitatibus vel villis in preiudicium ordinarie iurisdictionis deputare. Vide supra Iudex. m. Et vide supra. Cõmissio.

¶ Rex non debet bona propria ciuitatum vel locorum vel redditus eorum donare. Vide supra. Bona. B. Donatio. c. Et vide infra. Terminus.

¶ Rex quid debet pro iure prandii habere. Vide supra. Prandium. a.

Rex que rescripta seu facta potest per se sine cōsilio expedire vel subscribere. vide supra. Consilium. t.

¶ Regis consilium qualiter se debet habere. et que et in quibus se potest intromittere. vide supra. Consilium. a. b. cum sequentibus.

¶ Regis tributa seu exactiões non praescribuntur. vide supra. praescriptio. d.

¶ Rex an ciuitates vel loca iustitiam seu merum imperium et quibus et qualiter donare possit. et qualiter donatōnis uerba intelligantur. vide supra. Donatio. a.

¶ Rex potest declarare interpretare et nouiter leges facere. vide supra. leges. a.

¶ Rex litteras compulsiuas ut aliqua mulier matrimonium cōtrahat dare non tenetur. vide supra. Rescriptum. d.

¶ Rex aliquos occidere vel mutilare. seu bona sine audientia capere non praecipiat. vide supra. Rescriptum. b.

¶ Rex iudeos a cōtumeliis tueri praecipit et defendi. vide supra Iudeus. d.

¶ Rex est suarum ciuitatum et locorum comendarius. vide supra. Domini locorum. c. Et supra. Comenda. a. b.

¶ Rex sub sua protectione recipit appellantes. vide supra. Appellatio. f.

¶ Rex Jo. i. distribuit mutuum per suum Regnum. vide contra. supra. Mutuum. a.

¶ Rex seu Regina vel Infans heres Regni cum locum ingredi untur Crucem reuerentiam in ecclia faciant. vide supra. Clericus. g.

¶ Regum castelle generatio ponitur in ordinatione Regis Jo. i. Segobie. anno domini. Mill. ccc. lxxxvi.

¶ Regis redditus vel iura impediens vel diminuens punitur. ut supra. Redditus. b. c.

¶ Regis pecunias usque ad terminum destinate solutionis non soluens Regis recuperatori. punitur. ut supra. Arrendator.

.n.et concilium.t.

¶ Regis rescripta contra ius impetrata adimplenda non sunt vide supra. Rescriptum.h.

¶ Regis terra et lancee diuiduntur et soluuntur. vt supra. lā cee.a.

¶ Rex non debet donare. seu mercedes facere sine sui cōsilii ma turitate. vide supra. Donatio.b.

¶ Regis pecunias. seu res capiens. seu impediens punitur. vt supra. Capiens.h.

¶ Rex causas ceptas et in cancellaria pendētes aliis extra audi entiam non cōmittat. vide supra. Auditor.l.

¶ Rex deputare tenetur ānuatim auditores et prelatum presi dentem et pretores quibus soluatur quitatio et cetera. vide supra. Auditores.

¶ Rex deputare tenetur in curia personam Regi fidelē. et bo ne conscientie qui curam habeat solicitandi cōsiliarios et pre tores curie. et pretores del cāpo. vt vnusquisque in officio si bi cōmisso iusticie faciat complementum. et eam exequatur quod nisi fecerit Regi faciat relationem. ut ipse prouideat et negligentes puniat. Ordi. Regis Hen. iiii. Tolleti. anno M.ll. .cccc.lxii. peti.i.

¶ Rex nullam tribuat potestatē archiepis epis. seu aliis pre latis Regni per quam possit impediri vel grauari secularis iu risdictio nunc vel imposterum. Ordi. Regis. Hen. iiii. Tolleti anno M.ll.cccc.lxii. peti.liiii.

¶ Rex de iure cōmuni fundat intentionem suam circa iurisdi ctiōnem quam habet in omnibus ciuitatibus et villis. et in ter minis sui Regni. Ordi. Al. legionis. peti. x.

¶ Rex. de iure cōmuni. Ipse tamen Rex leges et bonas cōsuetudines seruare tene tur. Nam bone et naturales consuetudines ligant principem. et potentius est ius naturale Quam ius principatus. Nec decet principem suum beneficium reuocare .c. Quod dilectio. De consan. et affi. in nouella. ¶ Item in ore Regis firmior de bet esse ueritas. ut legitur in h. Ester. Bal. in li. Feudo. ti. Qui feuda. dare. po. §. Decedente. ¶ Itē Rex potest de consuetudine antiqua et approbata De uiolenciis etiam inter ecclesiasticas personas et super ecclesiis uel beneficiis illatis co-

gnoscere et prouidere. Concor. cum dicta consuetudine. glo. fi. in. c. Princeps. xx iij. q. v.

Sacerdotes necnon et ministri ecclesiarum ad nulla tributa exactiones vel impositiones tenentur vide supra. Clericus. h.

Sacerdotes. Ad nulla tributa. Et hoc uerum licet sacerdos potest reputari de uniuersitate ciuium. De condi. et de. l. Falsa. § .1. De foro compe. dilecti. Sicut ecclie sunt de corpore ciuitatis secundum Odofre. notat Bald. in li. Feudorum. rubrica. De eo qui annua bellica deposuit. c. 1.

Sacrista seu clericus de nocte sine lumine ambulans per locum punitur. vt supra. Clericus. B.

Sagitta alium percutiens punitur. vt supra. Occidens. e.

Salaman. studij cathedre libere dentur. vide infra. Studium.

Salarium quod iudex pro actis processus leuare potest vide supra. Iudex. p.

Salaria correctorum vel iudicum ciuitatum vel villarum Soluuntur de proprijs consiliorum quorum defectu per eos soluuntur Qui pro necessitatibus et vtilitatibus consiliorum contribuere cosueuerunt. Ordi. Petri. Regis Al. de Alcala. Petri. .xlij.

Salaria. Soluitur. Nec potest reuocari uel immutari salarium deputatum auctoritate principis. ut. l. 1. C. De anonis ciuilibus. Item et salaria debita transmittuntur ad heredes. ut ibi. Item no. Quod medicus qui uadit ad aliquem locum pro tanto salario Quotidie debet habere salarium tempore itineris. notat Bar. in. l. Quo uictu. ff. De operis liber.

Salarium pretoris rerum uetitatum est. xij. mille modo. vide supra. Pretor. m. n.

Saline pertinent ad Regem. et alia iura De quibus vide supra. Minera. a.

Saline. Salinaria dicte sunt quia dantur Vt permittat Rex uel dominus terre salem emere uel uendere. ut notat Innocē. in. c. Super quibusdam. De uerbo. signi. Imo salinaria secundum Hosti. ibi uocantur domus in quibus dominus terre facit salem deportanti et a prepositis illius officij ueditur uel emitur. Ita quod nullus alius audet ibidem salem nisi usque ad certam quantitatem pro necessitatibus suis emere uel uedere. Et licet Innocē. in dicto. c. Super quibusdam Dicat quod hec nunquam inueniuntur prohibita Hosti. tamē ibi dicit quod omnia hec et similia intelliguntur prohibita Nisi probentur concessa. ut uidetur ibi tex.

Sarraceni ad usuram dare non permittãtur. Vide infra usura. Et vide supra. Mauros per totum.

Scandalizans cõmunitatem ad impediẽdum rectores in regimine ciuitatis. vel pretores in executiõne iustitie ueniunt puniendi. Vt supra. Cõmunitas. a.

¶ Scandalum faciens cimbala repicando incurrit penã de qua supra. Cimbala.

¶ Scandalizans officiales de quibus supra. Cõsilium. y. gentes coadiuuando punitur. Vt supra. Occidens. a. b.

Scribantur et numerentur greges seu armenta. Vide supra. Greges. a.

Scripturas in iudicio usque ad quem terminum licet presentari. Vide infra. Testes.

¶ Scribi debent coram iudice loci et tabellione pretoris rerum vectitarum equi et eque et rochini. Vide supra. Equus. e. f.

Scutiferi ginetarii vel alii an et quando possunt aurum in vestibus seu ornamentis portare. Vide supra. Miles. a.

Secrestationis pretestu que fit pro debitis vel maleficiis agricultorum hereditatum labor. seu fructuum collectio. vel reparatio impediri nõ debet. Ideoque agricultor impugne poterit sine secrestationis vel testationis obstaculo domum inhabitare. hereditatemque laborare et reparare. Si tamen secrestatio vel testatio usque ad tempus fructuum collectionis durauerit poterit iudex vel officialis mandare ut per aliquem expensis fructuum colligantur et conseruentur donec causa dirimatur. Et si huiusmodi pretestu aliquis per vim vel alias aliquid in casu non permisso extorserit. seu ab agricultore exegerit cum damno restituat et in quadruplo penã substineat. Medietate querelosо. Ceteraque Regis camere applicanda. Foro nouo. de Alcala. ti. xviii. l. iii. Et Regis. Al. Segobie. l. xxvii.

¶ Secrestatiõis. de materia secrestatiõis. uide notabiliter Jo. an. in. c. Locupletari.

De regu. juris.l. vj. In mercurialibus.

¶ Secrestans boues vel res agriculture punitur. Vt supra. Pignus. c.

¶ Secrestari debet nauis vel inuenta in mari Si dominus nõ repetitur. Vide supra. Nauigium. a.

¶ Secrestans rescriptum a Rege impetratum in sigillo sine justa causa punitur. Vt supra. Rescriptum. g.

Securitas vel tregua inter dominum et vasallos minime permittitur. Ordi. Petri. de Alcala. Petri. b.

Securitas. que etiam osti. seruanda est. ut. c. Nolli. xxiij. q. i. Nam graue est fidem fallere. ut. l. i. in prin. ff. De consti. pec. et in. l. i. §. Merito. ff. De posi. Est tamen notandum quod licet fidantia data per judicem in ciuilibus sit seruanda dum tamen tempus a jure limitatum non excedat In delictis autem seu tributis prestita non debet obseruari. ut in auctẽ. De mãdatis prin. §. Sed nec. colla. iij. Sed circa hoc distinguitur Quod aut quis prosequitur injuriam seu inimicitiam priuatam Et tunc fidantia seruanda est. ut Cp. in. l. i. C. De his qui ad eccli. confu. Aut prosequitur injuriam publicam et uindictã reipublice Et tunc si datur a duce belli per uiam tregue per longum tempus. uel induciarũ per breue tempus. seu per uiam federis uel amicitie seruanda est. ut. l. Cõuentionum et ibi glo. fi. ff. De pactis. et alle. c. Nolli. Aut prosequitur quis uindictam publicam. ut judex cum prosequitur delinquentem Et tunc fidantia nõ est danda. Et si data fuerit non est obseruanda. Hinc est quod licet judex securitatem prestet malefactori in ecclia existenti Vt ab ea exiat et postea illum puniat licite agit. ut alle. §. Sed neque ubi est expressum. Et talis dolus est bonus quod dicitur solertia seu astucia pro utilitate reipublice. ut. l. i. §. Non fuit. et ibi glo. notabilis. ff. De dolo. Et est ratio quia talis fidantia datur contra. l. Ideoque non ualet. Et ipse idem judex potest contra uenire. ut legitur et no. in. l. Juris gentiũ. §. Si paciscar. ff. De pactis. Et in. l. Transigere. C. De transacti. Et de hoc uide quod no. Ja. de bello. vi. in allegata auctẽ. De manda. prin. §. Sed neque. Nec obstat ad hoc quod judex habet omnem potestatem seu auctoritatem a lege ut in auctẽ. ut judi. sine quo sufra. §. Quod autem. et De defen. ciui. §. Nulla in fi. Ideoque potest fidantia dare et cẽ. Quia illud habet locum in cognoscendo et puniendo Non tamen habet auctoritatem in dimittendo uel negligendo seu liberando. quod est notandum. ut notat Jaco. de bellouis. ubi supra.

¶ Securitas. no. quod ad securitatem prestandam judex potest quẽlibet cogere. ut in. c. Litteras in fi. De resti. spoli. no. Innocẽ. in. c. i. De offi. dele. licet idonea non potest reperiri caucio propter eius fragilitatem Cum nõ teneatur quis se credere capitalibus inimicis. ut. e. Accedens. ij. Vt lite non contes. Et in cle. Pastoralis. De re judi. ff. Ad trebelli. Qui ita. §. i. et. e. Statutum. § i. De rescriptis. li. vi. Nec satisdatio mutat maliuolum propositum. insti. De suspec. tu. §. Nouissime. Facit quod no. in. c. Ex parte. i. De appella. mellius facit. c. De

nunciamus. § .ij. C. De his qui ad eccle. confu. ubi notat Cy. per illam litteram ibi Nam si quis et cetera. Quod timens ab aliquo offendi Potest petere ab eo securitatem. Et debet iudex facere eum assecurari. Nam ad similitudinem rerum pro quibus cavetur de damno Debet et multo magis caveri pro periculo persone Quia animatum corpus ceteris rebus prefertur. ut. C. De sacro san. eccli's l. Sancimus in fi. Ista tamē cautio seu securitas debet dari causa cognita de inimicicijs uel si persona sit talis que consueuit huiusmodi facere. Et petens securitatem sit talis qui possit uerisimiliter ledi. Ista omnia habet iudex considerare que ueniunt in cause cognitione. ut Cy. ubi supra. An autem delegatus potest cogere hanc securitatem prestare extraneum offendere uolentem citatum ad causam. notat Innocē. in. c. i. circa fi. De offi. dele. et Spec. ti. De iudice dele. § . Sequitur uidere quid sit officium. h. Porro. ¶ Item no. Quod per modū securitatis pacatur et pacificatur prouintia. quod facere expectat ad principē. ut. l. i. ff. De offi. presi. Et hoc iusta causa timoris precedente. ut. l. Interpositas. C. De trāsacti. et. l. Metum cum se. ff. Quod metus causa. Est autem iusta causa precedens inimicitia. uel si persona que minas infert sit rixosa consueta talia cōmittere. quod arbitrio iudicis cōmittitur. ¶ Item no. Quod si is a quo fideiussor securitatis petitur idoneas habeat facultates Sola eius promissio sufficit. ar. l. Scientū. ff. Qui satis da. cogun. et. ff. De custo. reo. l. i. Et quia tunc pro alio idoneus esset. ergo alium non prestet. ut. l. Cum clicis C. De epis et clicis. Et intelligo in eadem ciuitate ar. ff. Qui satis da. cogun. l. Fideiussor. ¶ Item intelligo de promissione cum hypotheca bonorum ut plenior sit cautella. ut in auctē. De iudicijs. § . Sui autem Si uero idoneas facultates non possideat Iudex coget eum ut fideiussorē etiam quātitatis penalis prestet. ut in legibus supra allegatis. Est cōclusio Bar. in. l. Illicitas. § . Ne potentis. ff. De offi. presidis quam olo uide per Bar. Item no. Quod hanc securitatem pro se et familiaribus filijs et subiectis sibi prestare debet secundum Gui. ar. ff. Loca l. In lega et. l. Qui insulam in fi. Fa. cit. ff. De dam. infec. l. Fluminum. § . Quāquam. et ista notat Bar. de salice. in alle. l. Denunciamus. C. De his qui ad eccle. confu. ubi ipse notat quod pro securitate et defensione persone iudex si uiderit expedire debet alicui dare licentiā arma portandi. Et etiam ducendi secum homines armatos. ut. C. De arro. mili. ano. l. fi. in prin. li. xij. Qualiter autē ponitur tregua seu securitas. Et qualiter debet obseruari. Et que cautio debeat prestari. Et que sit pena treguam uel securitatem frangētis Vide. vij. pacti. ti. xi. per totū. Et uide. ī. Tregua. a. b. Item si quis promisit facere securum an tenetur dare fideiussorem. no. ff. Mandati l. Si mādato ticii. § . fi. glo. fi. et Bar. ff. De prescripei. l. i. §. Cons. ¶ Itē fidantia data alicui de ueniendo Videtur data de redeundo. no. Bar. ff. De se pul. uio. l. i. lj. xi. Innocē. in. c. Bone. mag. De electi. et Bar. ff. De penis. l. Relegati. in prin. et in. l. i. ff. Ad. l. iulli. maies. ¶ Item fidantia uidetur tantum semel data no. Bar. ff. De adul. l. Adulter. § . Nupta. et l. i. ff. Ad. l. iulli. maies. ¶ Item quis potest eam dare relegato uel bānito. no. Bar. in alle. l. Relegati. An autem debet securari adulteris et similibus no. in auctē. De māda. pri. § Nec autem. et ibi glo. et Iaco. de bel. et Cy. C. De his qui ad eccle. confu. l. Presenti. circa fi. ¶ Incidēter no. circa securitatē quod ubi est perfecta dilectā

Ibi securitas. Et securitas conscientie in tribulationibus releuat. xxiij.q.i. Non turbatur. Nam nichil ualet ad securitatem sicut bona conscientia. xi.q.iii. Sentis. et.c. se.

¶ Securitas. Et sic ns. ex supradictis Quod si quis timet uim fieri siue offendi Potest petere sibi concedi a iudice saluam guardiam. uel custodes clientes qui eum custodiant expensis tamen petentis Non iudicis. ar. l. fi. In prin. C. De erro. mili. ano. l. i. Nec obstat. l. i. C. De offi. iudi. mili. Quia ibi erat iudex incompetens. no. in l. Illicitas. § . Potento. ff. De offi. presi. supra alle. Ad heredes tamen talis salua guardia non transmittitur Nisi de eis facta esset mentio ar. ff. Loca. l.

¶ Item queritur. § . Qui impleto. hoc per Bar. in. l. Sancitum. ff. Rerum. diui. No. etiam Quod iudex homines inimicantes uel discordantes ad inuicem ad pacem debet reducere. ut in aucte. De manda. prin § . Oportet. §. Deinde. colla. .iii. Et ibi Iaco. de bel. Hinc est quod quando timor est armorum. uel rixe. uel ratione possessionis. uel alterius controuersie Iudex iubere potest partibus ne accedant ad possessionem uel locum. ut. l. Congruit ff. De offi. presi et.c. Discordantes. xc. di. et. c. di. c. Precipimus. Et de tregua et pace. c. i. et Bar. in. l. Equissimum. ff. De usu fructu.

¶ Securitas inter generosos seruari debet. vide supra. Amicitia. a.

¶ Securitatem vel treguam frangens punitur. vt infra. Tregua. a. Et vide ibi per totum.

¶ Securitate Regia castra gaudent et fortalicia Regni castelle vide supra. Castrum. c.

¶ Secura sint omnia itinera. vide supra. Itinera. a. b.

¶ Secura mors que dicatur. vide supra. Mors. a.

Sententia interlocutoria post conclusionem usque ad. iij. dies Diffinitiua vero usque ad. xx. dies per iudicem proferatur. Et tunc autem iudex expensas soluit duplicatas Donec sententiam pronunciaret. Foro. nouo Regis Al. de alcala. ti. xij. l. ij.

¶ Confirmatur ista. l. per Regem eiusdem. iiij. Tolleti. ano. Mill. .cccc. lxij. Et addit quod iudex ipso facto penam incurrit quinquaginta mille mor. pro Regis camera. Et tertia pars accusatori seu procuratori fiscali Si per eum causa fuerit prosecuta. vt ibi per l. lix.

¶ Sententia potest dari nulla usque ad. lx. dies A die pronunciationis sententie numerandos. Et tunc autem nullitatem al

legans non est Audiendus. Si uero intra .lx. dies nulla dicatur et super nullitate fuerit pronunciatum Amplius non poterit talis sententia de nullitate impugnari. poterit tamen pars per dictam sententiam grauata ab eo appellare uel etiam supplicare. Si iudex pronuncians sit talis a quo appellari nõ potest. Et tunc autem nulla exceptio nullitatis contra sententiam opponi potest per uiam appellationis uel supplicationis pronunciatam. ut litium sit Finis. Foro nouo. Regis Al. de Alcala. ti. xiii. l. fi.

¶ Sententia. Dici nulla. Agitur eni de nullitate coram delegante superiori Si sententia est lata per delegatũ. ut. l. Si ut propois. C. Quomodo et quãdo iudex Agitur etiam de nullitate sententie coram ordinario pronũciante Si petatur principaliter. ut iterum pronunciet. et questio nullitatis uenit incidenter. ut. l. Si expressim. ff. De appe. Potest etiam simpliciter peti. ut sententia ãnulletur. ĩ. tẽpus huius legis. uel corã superiori. ut. l. Absentem. C. De accusati. et. l. i. ff. Que sen. sine appe. re. que dic. ut plene notat Bar. in alle. l. Si expressim. An autem exceptio nullitatis impediat executionẽ sententie uide plene per Bar. in. l. iii. §. Condemnatum. ff. De re iudi. ¶ Audiendus. Et est ratio ut litium sit finis et circuitus euictetur. ut cle. Auditor. De rescriptis Sed quid si sententia nullitatis continet eundem errorem Sicut prima sententia. An secunda sententia lata contra primam ualeat. ¶ Item an potest dici sententia nulla si qua est appellatõno. Cy. plene in. l. i. C. Quãdo prouo. nõ est necesse. et Bar. in alle. l. Si expressim. Concor. in simili casu. ĩ. ti. i. l. ii. Sit talis. Et sic no. Quod defertur dignitati et honori iudicis. Concor. c. Ut debitus. De appe. Sit finis. Hoc enim est fauorabile. ut in. l. i. ff. De re iudi. et in cle. Si cui. De appe. et in auctẽ. De mãda. prin. §. Sit tibi. colla. iii.

¶ Sententia per auditores lata in gradu de re. iusta confestim executõni mandetur Quacunque oppositione cuiuscunque sit nature non obstante Facta tamen sententie executioni parti opponẽti Remanet ius saluum coram auditoribus. non tamẽ propter hoc preiudicium aliquod fit supplicatõni que cum captõne permittitur. ut in. l. Disponitur supra. Auditores. g. pragma. san. Regis Jo. ii. anno. Mill.

¶ Sententia Quacunque oppositõne. Non ergo habet locum hodie in sentẽtiis que lata est per auditores. disti. Bar. quam ponit in. l. iii. §. Condemnatum. ff. De re iudi. et Spec. ti. De litis. contesta. §. Quando autem. seruatur tamen in aliorum iudicum sententiis. s. quod exceptio nullitatis impedit executionem sentẽtie Quando ex parte eius qui opponit non est aliquid probandum. uel si incõtinẽti

.F. i.

potest probari sine alteriori indagine. ¶ Et hoc ibi concludit Bar. uide quod no. supra. Auditores. g. Nec etiam potest merus executor sentencie recusari, nec ab eo appellari. ut in. c. Nouit. De appe. et ibi glo. et Innocē.

¶ **Sententia in delinquentis cōtumaciam latam tenetur iudex in cuius iurisdictione delinquēs reperitur exequi Si petatur Vide supra. Remissio. a.**

¶ **Sententiare debet iudex secundum ueritatem Que in processu inuenitur probata obmissis aliis solennitatibus ordinis iudiciarii. Vide supra. Processus. a.**

¶ Sentētia. In processu. Itē no. Quod sentētia debet retractari semper quādocūque error uel iniquitas recolligi potest ex actis Ac si error fuisset in sentētia expressus secundum Innocē. et Io. an. Quod est singulare. ut notat Rota Conclusione. ccc. xxxiii. quod est uerum in sententia lata in matrimonio carnali uel spūali. ut in causa beneficiali que non transit in rem iudicatam. notat Rota. Cōclusione. ccc. xxxiii. Hoc limita et intellige quando sententia expresse refert se ad acta. ut notat Anto. De re iudi. cum Bertoldus. ¶ Et an tunc et quando sententia dicatur continere magnifestum errorem Vide ibi. et per eum in. c. Quoniā contra De probati. et in. c. Clericus. De iure iuram. ¶ Et de frigidis. c. Fraternitatis. De re iudi. c. i. De renunci. c. In presentia. ¶ Et uide Bar. ¶ Et Bal. in. l. i. C. De erro. cal. et in. l. Cum prolatis. ff. De re iudi. ¶ Item no. Quod sententia lata expresso iuris errore est nulla Quando de illo errore est casus legis Secus si ex iuris similitudine uel ratione casus decidatur. et idem quando lex est multipliciter intelligibilis. notat Anto. De appe. c. Cum spāli. et. c. i. De constitu. li. vi. per eundem. et De re iudi. c. i. ¶ Et in repetitione. c. Ab excōmunicato. De rescriptis.

¶ **Sententia lata In termino assignato post terminum ab ea appellari non licet. Vide supra. Appellatio. c.**

¶ Sententia. In termino competenti. non tamen nimis breui Ideo dicit Bar. quod quando sententia lata est tan breui tempore quod uerisimiliter apparet deffectus cause cognicionis Reddit sententiam nullam. ut in. l. Prolatam. C. De sen. et inter omniū iudi. Idem dicit Paulus in cle. Pastoralis. §. Ut illud. De re iudi. Quod festinus processus non est causa concludendi nullitatem. quod intelligo quādo iudex non supplantatur in cognitione cause Alias sic. De re iudi. c. Cum bertoldus. Ad hoc faciunt notata per Bar. in. l. Multum. ff. De condi. et de. ubi dicit quod sententia lata facta citatione ante quam relatio nuncii fuisset facta iudici Quod non ualet. Quia de eius contumatia tempore late sententie iudici non constabat. Facit ad hoc. l. Hoc autem. §. Non defendi. ff. Ex quibus causis in posse. ea. Ibi dum dicit constare debet liquereque pretori et c̃. Quia ut patet per illum. §. Non sufficit quod aliquis sit contumax Sed est necessariū quod de eius contumatia constet iudici. Anto. de butrio. in hac materia. c. Uēa. De coha. cle. et mulie. dicit quod sola obmissio non admisse defensionis non facit sententiā nullā

Sed iniustam. ut ipē notat in. c. Eccl̄ie sancte marie De cōsti. Saluo ubi aliter euidenter pateret cause cognitionem exclusam. Et hoc quia multa possunt iudicē mouere que nō patent. ut in. c. Presentia De probati. et. c. Sicut De re iudi. Secus si ex temporis breuitate pateret. ut notat Bar. in alle. l. Prolatam. Facit tex. in. c. Cum ex litteris. De in inte. resti. ¶ Item no. Quod cum iudex sententiam uult ferre Primo debet omnia diligenter inuestigare. ut. c. Super questionum. §. Intentionis. De offi dele. Et si iudex non uidet processum. nec acta iudicii etiam si bene pronunciet Sentētia est nulla. ut no. per Bar. et Bal. in. l. ii. C. De eden. Et etiam si dicatur uiso libello et omnibus actis et cetera. Non preiudicant ista uerba cum non est uissus processus nec acta. ut no. in auctē. Si quis in aliquo. C. De edē. et Bal. in auctē. Ad hoc. C. De iudiciis. Nō enī sufficit acta precessisse nisi iudex uiderit ea. C. Ex quibus cau. in posse. ea. l. Hoc autem. §. i. ut refert Salicetus in. l. Properandum. §. Et si quidem. C. De iudiciis. ¶ Item nec totus processus cause una die fieri potest Maxime in causa ardua. ut no. ff. Ex quibus cau. ma. l. Sed si per pretorem. §. Quotiens. Non enī potest esse ponderatum quod nimis est festinatum. ut notat Bar. in prima constitutione. ff. Veteris. §. Item. Quia nouerca enim est iustitie uoluntas precipitatis iudicis. ut no. in cle. Pastoralis. De re iudi. Et ibi glo. de hoc Anto. de butrio. in. c. Iurgantium. De re iudi. et Bar. ubi supra.

¶ Sentētia a qua fuit appellatum remanet firma si appellatōnem non prosequitur infra terminos De quibus vide supra. Appellatio. e.

¶ Sententia a iudice supplicationis lata pretextu nullitatis seu grauaminis nō poterit impugnari. Vide infra. Supplicatio.

¶ Sententia quando proferatur a iudice interlocutorie. seu diffinitiue per responsionem articulorum uel positionum partium Vide supra. Positiones. a.

¶ Sententia diffinitiua proferatur a iudice cōclusione facta. et termino assignato ad eam proferendam. Vide infra. Testes.

¶ Sententia per auditores lata An et quando per eos reuocari seu corrigi debeat Vide supra. Auditores. e. f. g.

¶ Sententia ab auditoribus lata Quando per viam supplicationis poterit a Rege determinari Vide supra. Auditores. f.

¶ Sententie executionem que iam transiuit in rem iudicatam. vz. vel armis impediens uel defendens punitur. Ut supra. Executio. f.

¶ Sententia pretextu confessionis facte per xpianum in iudiciō dicendo iudeo debere pecunias. aurum. et argētum Non pro

.F. ii.

fetatur. vide supra. Confessio. a.

Sermones petentium elemosinas audite nemo compellitur per principis rescriptum. vide supra. Rescriptum. f.

¶ Seruire tenentur Regis vassalli personaliter in guerra. vide infra. Vassallus.

¶ Seruus iudex esse non potest. vide supra. Iudex. e.

Sigilari debent cum maiori Regis sigillo. venie. iustitie. et mercedum rescripta. Si uero talia rescripta cum secreti sigillo sigillata reperiuntur Minime sunt adimplenda. Sed nec citationes eorum artant citatos. Si autem tabellio procancellario sigillum tenēs secreti talia sigillauerit rescripta Officium perdat. Ordi. Regis Hen. Tauri. l. xxii. Et in alia. ordi. eiusdem Regis Tauri. l. xvii.

¶ Siglari. Et circa hanc materiam no. Quod sigillum sine litteris non probat cōmissionem presertim spālem Quia est res inanimata ac mutus & incertus testis. notat Bal. li. Feu. ti. De pace constan. in prin.

¶ Item no. Quod sigilla partium probant contractum ubi deficit tabellio Quia sigillum habet uim consensus et confirmationis Licet sigillum nō est de subsā legis faciende ut notat Bal. ubi supra.

¶ Sigillum Regis falsans. vel falsans alicuius prelati Sigillum punitur. vt supra. Falsum. b.

Significatō uerborum cum Rex veniam mortis concedit nisi mors sit secuta. vide supra. Mors. a. b.

¶ Significatio uerborum cum Rex donat loca et iura aliqua Quando uidetur iustitiam dare. vide supra. Donatio. a.

Solariegus qualiter cum domino suo se debet habere. Et quid ei soluere teneatur. Ordi. Fori noui. de Alcala. ti. xxiiii. l. ii.

¶ Solariega res non debet ad aliud dominium nisi propter matrimonium transire. Eadem. ordi. l. iii.

Solennitas uel substantia ordinis iudicii obmissa processum non uiciat. vide supra. Processus. a.

Solidus quingenti solidi sunt quatuorcenti morobetini antique monete. vt Ordi. Regis Al. de Alcala. l. que incipit

ningun fijo dalgo. Si tamen solidi sunt de bonis quinque solidi sunt octo morobetini diete monete. ut eadem ordinatōne .l. que incipit Si el fijo dalgo tomo mas et cetera.

Soluere nollens arrendator recuperatori pecunias quas debet in termino punitur. ut supra. Arrendator. m. Consilium. c.

Soluere promittens non assignata die incontinenti tenetur. no. Jo. an. in nouella in c. Imputari. De re. iuris. li. vi. no. in. l. In omnibus. ff. e. ti. Soluere. Et circa hoc nota Quod creditor seu recuperator non cogitur particularem solutionem recipere. ut. l. Plane. ff. Fami. ercum. et. l. Tutor. §. Lucius. ff. De usuris. et. l. Jullianus. § . Offerri. ff. De actio. empti. Quia particularis solutio non modica habet incomoda. ut dicta. l. Plane. Fallit si debitum totum non sit liquidum. uel quia negatur in parte Quia tunc cogitur partem cōfessatam recipere et de alio litigare. Item fallit in aliis casibus de quibus eleganter per Jo. de pla. in. l. pe. C. De collatione fundorum patri. li. xi.

Solutores uillarum seu castrorum frōtarie Qualiter deputētur. Vide supra. Castra.

Sortilegi diuinatores. augureri. uel astrologi puniuntur. ut supra. Diuinatores. a.

Spectatiua gratia ad officia uacatura nō dentur. Vide supra Officium. f.

Spoliatus quomodo restituatur. Vide supra. Restitutio. c.

Sponsalia uel matrimonium cum domini consanguinea uel filia sine domini mandato contrahens punitur. ut supra. Fornicatio. a.

Sponsalia per uerba de presenti contrahens prima uxore seu sponsa de presenti uiua punitur. ut supra. Coniugatus. a.

Sponsus de presenti sponsam adulterantem impugne occidere potest. Vide supra. Adulterium. a.

Statuta laicorum In preiudicium clicorum facta. ut non nisi certam summam clicis offeratur. Seu ne laici hereditates laborēt clicorum non ualent. Ordi. prelatorum. Vē. .i. Tanti. Deti. b.

Statuta. In preiudicium. Unde no. Quod in statutis penalibus et odiosis debemus inspicere ethimologiam tanquam proprium uocabuli significatū. Est enim ethimologia resolutio uocis in proprium effectū rei que demonstratur. ut. ff. .§. m.

De uerbo. signi. l. Liguerij. et. l. Ut alphenus. ut refert Bal. in l. feu. ti. Si de inuesti. contro. fue. t. i. §. Si quis. De manso.

¶ Statuta ordinationes pacta seu prohibitiōnes cum penarum vel sine appositione facientes de non obediendo. monitiones excōmunicationes. litteras. seu iusta prelatorum mandata. vel iudicum ecclesiasticorum quibus iurisdictio pertinet. Et cōsulentes necnon et auxilium vel fauorem publice vel occulte. ad hoc prebentes. Ipso facto mille moro. penam quocienscun que hoc fecerit icurrunt. Pene autē huiusmodi. Tertia pars ecclie cathedralis ubi hoc contingerit fabrice. Aliaque tertia Regis camere. Residua uero officiali penam exequenti applicentur. Eandem uero penam dictis statutis. ordinationibus seu prohibitionibus utentes incurrunt. Dictaque statuta sint penitus nulla. Ordi. Regis Jo. i. Guadalfa. l. ii. vide supra. Clericus. h.

¶ Statuta. Penitus nulla. Sunt enim cassa et irrita talia statuta et constitutiones contra libertatem ecclesiasticam et earum personas inducta. Et si infra ānum a libris non deleantur Bona statuentium impugne ab omnibus occupētur. ut in auctē. Cassa. C. De sacro sanctis ecclis. ¶ Item et statuētes sunt ipso facto excōmunicati. et priuantur feudis que ab ecclia obtinent. et etiam cōsules et scriptores talium statutorum. ut est expressum in. c. Nouerit et. c. Graue. De sen. excō. hoc idem tenet Bar. in. l. Cunctos pplōs. C. De sūma tri. d. q. et. Cy. in. l. ui. circa fi. C. Que sit longa consue. Et tex. iūcta glo. in. c. Que in ecclisarum. De consti. ubi dicit quod etiam si talia statuta utilitatem ecclie concernant non ualēt Nisi auctoritas pape interueniat. Et hoc dico etiam si talia statuta simpliciter loquantur non expressis cliciis Dum tamen redundent contra ea que sunt cliciis in priuilegium concessa. ut Bar. uult in allegata. l. Cunctos pplōs. v. q. Et docto. in dicto. c. Nouerit. Libertas namque ecclastica consistit in priuilegiis ecclasticis super spūalibus uel temporalibus generaliter siue singulariter. siue a deo siue a papa. siue ab aliis principibus concessis. ut notat Jo. an. post Innocē. in dicto. c. Graue. Et notat Lapus de castelle. sua alle. xcii. circa prin. ¶ Item et statuta municipalia ligare non possunt clicos uel ecclias cum funditus sunt nulla ut. xcvi. di. c. Unde quidem. Maxime si talia statuta sunt artatiua uel preceptiua. ut notat Lapus de castelle. in dicta sua alle. Cum se. et Dominicus in. c. fi. De offi. dele. li. vi.

¶ Statuta ciuitatum et locorum circa ea que fiunt a maiori parte concilii inuiolabiliter obseruentur Si uero aliquid circa hoc statutum non est Jus cōmune est usquequaque obseruan

dum. Ordi. Regis Jo. ii. Zamore. pecti. xxii.

¶ Statuta. uide quod nota. supra. Analis. b. ¶ Item no. Quod ubi nõ apparet de consuetudine uel dominio nulla cõmunitas habet iurisdictionem Sed rector universitatis qui confirmatur a superiori habet iurisdictionem. ut in auctẽ. De desẽ. ciui. §. Auditur. Et ideo quia cõmunitas terrarum non habet iurisdictionẽ per se Sequitur quod de iure cõmuni sine consensu magistratus cõmunitas nõ potest facere statuta Sed cum consensu magistratus potest. Item et ipse magistratus cum consilio ppli. ut no. in. l. i. §. i. Quod quisque iuris. et ff. De cõsti. prin. l. ii. in fi. ut refert Bal. post Innocẽ. in. c. Cum accessissent. De consti. A maiori parte. Sufficit enim maiorem partem consiliariorum adesse. ut. l. Nominatio. C. De decurio.

¶ Statuta locorum debent circa regimen et gubernationem cõciliorum seruari supra. Concilium. d.

¶ Statuta in fraudem redditiuum et prouẽtuum ecclesiarum per dominos locorum seu per concilia minime fiant. Vide supra. Domini locorum. a.

¶ Statuta super preciis laborum hominum concilia locorum facere possunt. Vide supra. Concilium. b.

Stipulationis solennitas etiam si in obligatione non interueniat valet obligatio supra. Obligatio. i.

Studii salamãtini et vallisoleti cathedre libere et debite secundum studiorum constitutiones dentur. Nec aliquis qui de gremio studii non sit se intromittat loquatur nec intẽdat in dictis cathedris. Quod si contrarium fecerit Terciam bonorum partem perdat Et camere Regis applicetur. et per decennium exulet. et in ciuitate studii non ingrediatur. quod si contrarium fecerit etiam alia sua bona Regis camere applicentur. Et hoc precepit Rex per preconium in ciuitate Salaman. publicari. Ordi. Regis Hen. iiii. Madrid. ãno Mill. cccc. lviii. pecti. xiii.

Studentes seu alie quecunque persone studii Salaman. nõ sint de partialitate seu bando Nec fauorem prestet alicui partialitati dicte ciuitatis. quod si fecerit Si persona salariata fuerit Ipso facto per annum a salario dicti studii sit suspensus pro prima vice. Et pro secunda per triẽnium. Pro

.f. iiii.

tertia uero perpetuo. quod si persona salariata nō fuerit ip so facto pro studente minime hēatur. Et ab studii gremio se gregetur. nec studii gaudeat priuilegiis. Et a ciuitate cum quinque leucas per circuitum exulet. ¶ Item scholasticus. et re ctor. consiliarii. et alii uniuersitatis deputati. et omnes studē tes in initio cuiuslibet anni iurare tenentur quod non erunt de bando siue partialitate ciuitatis. Et quod supradicta obser uabunt. Et hoc iurent tempore quo statuta et constitutōnes studii iurare consueuerunt. Quod nisi fecerint pro studētibus exinde minime habeantur. et perpetuo a ciuitate exulēt. Pre cipit Rex rectori. et studii deputatis ut super hoc statutum et constitutionem faciant Sub penis perdictionis temporali tatis. Et quod alieni hēantur a Regno. Ordi. Ren. iiii. Tolle ti. anno. lxii. Petri. ix.

¶ Substitutus in testamento capit hereditatem Si heres eam re pudiet. Vide infra. Testamentum.

Successores plures unius patroni non tenentur plus iu ris ab ecclesiis uel monasteriis accipere quam eorum so lus predecessor accipere consueuit. Vide supra. Patronus. a.

¶ Succendēs ignem alterius domum punitur. Ut supra. Incē dens. a.

Supplicare tenetur quis infra decem dies a sentētia pre torum maiorum de alcadas curie Regis. et debet coram Rege usque ad. x. dies comparere a die supplicationis nume randos. Illanque sequatur et finiat usque ad tres menses. a die quo iudex super hac causa a Rege deputatur iusto impedi mento cessante. Iudex autem supplicationis nouas partium allegationes seu rationes ante sentētiam a qua supplicatum extitit contingētes nullatenus audire presumat Sed ex actis processus causam diffiniat. Supplicās uero a presidum uel ade lantatorum seu maiorum pretorum frōtarie Regni merine sē tentiis infra. x. dies ut premittitur supplicare tenetur. Et infra quadragita dies a die supplicationis numerādos coram

rege comparere debet. Causamque sequi et finire tenetur a die quo iudex supplicationis deputatur usque ad .vi. menses impedimento dicto cessante. Foro nouo Regis Al. de Alcala. ti. xiiii. l. i.

Supplicare. Infra .x. dies. Concor. l. Si quis. Et aucte. Que supplicatio. C. De preci. impera. offe. De qua supplicatione. uide. iii. parti. ti. xi. per totum. et Spec. e. ti. per totum. ¶ Tres menses. Nota nouum tempus factale quo elapso sine legitimo impedimento transit sententia in rem iudicatam. ut hic. et. C. De tempori. appe. l. Cum antiquioribus. §. Illud. ubi ex causa datur secundum factale et non amplius. ut ibi. s. si non stat per partem ut finiatur causa uel si stat per iudicem quominus finiatur. Et aucte. Ei qui. Et aucte. Ite si. e. ti. De tempo. appe. Alia tamen factalia dantur per in integrum restitutionem. ut no. glo. in alle. aucte. Ei qui. No. tamen quod impediens partem ne causam. i. terminum diffiniat tenetur ei ad interesse. ut. ff. De eo per quem factum est. l. Arbitrio. §. Si dolo. Sed si ipse non est soluendo Restituetur ad litem. ut. ff. De eo per quem factum est. l. fi. Et no. glo. in dicta aucte. Item si Punitur etiam iudex in obmittendo sicut in faciendo, et ideo tenetur parti ad interesse Si per eum stet quominus causam infra iuris terminum diffiniat. ut scripsi Foro legum. li. i. ti. Del officio delos alcaldes. l. viii. in prin. cum ibi allegatis. ¶ Item no. quod lex Regis. Io. de Biruiesca que est. i. e. c. Concor. cum ista. l. in secunda parte. Nam quod hic dicitur de supplicatione que fit a presidum seu maiorum iudicum sententiis Idem dicendum est de sententiis auditorum que. i. sex menses sunt finiende. Proceditur enim de similibus ad similia Cum eadem est ratio et conditio. ut plene no. per Cy. in l. Cum de nouo. C. De legibus. Cessante. no. tamen quod alle. aucte. Item si habet etiam locum quando iudex non est in culpa. nec est negligens Quia tunc si non stat per partem Nichilominus etiam post terminum factale datur secundum. Et postea datur restitutio. ut Cy. plene. ubi supra. Que differentia sit inter appellationem et supplicationem. Vide Cy. in. l. Unica. C. De sen. prefe. c. pretorio. et Spec. in rubrica De supplicatione.

¶ Item no quod supplicatio proprie non fit Nisi ab illis a quibus non potest appellari. Nam cum supplicatio sit contra ius et in preiudicium alterius Nullus inferior a principe illam admittere potest. ut no. in Spec. De supplica. §. i. Si tamen recipitur supplicatio large pro petitione restitutionis in integrum contra sententiam Tunc eo casu etiam idem iudex seu equalis. s. episcopus in sui uicarii sententia potest supplicationem admittere. et per in integrum restitutionem suam sententiam reuocare. notat Io. an. in nouella in. c. Romana. §. i. De appe. li. vi. et uide eundem. Io. an. in. c. Ex litteris. De in integrum resti.

¶ Supplicationis causa per iudicem ad hoc deputatum diffinita Nulla partium ab ea appellare vel supplicare Seu nullam dicere poterit. Opponens uero minime audiatur. Foro nouo ti. xiiii. l. ii.

¶ Supplicationis. Seu nullam dicere. Simile est quod statuitur de sententia lata ab auditoribus Regis in suplicationis gradu. in ordinatione Regis Jo. i. Segobie quam uide supra. Auditores. g. ubi fit diferentia de confirmatoria sentētia auditorum uel reuocatoria ad hoc quod denegetur supplicatio iusta. seu nullitas quam uide. concor. C. et. ff. De sen. que a prefec. preto. pro. per totum. ¶ Itē no. Quod de iure partitarum iudex iste supplicationis erat datus a lege. ut. iij. parti. ti. iiij. l. i. Et. ii. parti. ti. v. l. ix. et dicebatur super iudex. Hodie autem sunt auditores qui de causis ad Regem deuolutis per appellationem supplicationem seu alias cognoscunt. ut in dicta ordi. audientie Segobie. Et in ordinatione de Briuiesca l. xi. quas uide supra. Auditores per totum.

¶ Supplicans uel agrauans a sententia in curia Regis per iudicem appellationum. vel per Regis notarios seu per eorum uices gerentes lata Tenetur cum toto processu se coram auditoribus infra decem dies presentare ad prosequēdum supplicationem Quod si non fecerit grauamē seu supplicatio hēatur pro deserta. et sententia manet firma. et in rem transit iudicatam. Cessante tamen legitimo impedimento. ¶ Si uero ab auditoribus coram Rege fuerit appellatum uel supplicatum ista lex locum non habet Sed seruetur lex super hoc Condita ordi. Regis Jo. i. Briuiesca. l. xxvii.

¶ Supplicans. Condita. que est supra. e. ti. a. ii. Respon. et supra. Auditores. e. f. g.

¶ Supplicatio ab auditoribus cum cautione permittitur. Vide supra. Auditores. g. Sententia. c.

¶ Supplicatio seu appellatō ab auditoribus interposita denegatur in casibus supra. Auditores. e.

¶ Supplicans ab auditorum sentētijs tenetur eos requirere ut suam sententiam reuocent. vide supra. Auditores. f.

¶ Suspitione coram iudice proposita qualiter causa sit determinanda. Vide supra. Recusans. a.

Tabellio imperialis siue sit clericus. siue laicus officium in Regno nō exerceat Alias in exilium mitta
a tur. Et bona perdat. Ordi. Regis Alfon. Madrideti. lx.

¶ Tabelliōes an possint secum habere correctores ultra nume
b rum ciuitatum et locorum Vide supra. Correctore.

¶ Tabellio concilij nullam in concilio vocem seu uotum habere

c potest. Ordi. Hen. iiij. Tolleti. ãno Mill. cccc. lxij. peti. xix.

¶ Tabelliones nouiter creati a Rege Henrico. iiij. Reuocantur
d vide supra. Generosus. verso. Item Rex Hen. iiij.

¶ Tabelliones non sint clerici de tales instrumẽta inter laicos
e conficiant. Quia talia instrumenta fidem non faciunt. eadẽ
Ordi. peti. lix.

¶ Tabelliones Camere Regis debent fideliter necnon et legali
f ter cum omni fidelitate officium suum exercere Eadẽ. Ordi.
peti. xxx.

¶ Tabelliones. Camere Regis. Tales notarii camere non grauãtur ad munera que ratione laboris persone iniunguntur. Grauantes autem puniuntur. et per officiũ superioris defenduntur. l. Precepit. C. De canonum largitionum tributorum. ubi tractat Bar. quod officiales qui personaliter habẽt seruire in officio non cogũtur ire ad exercitum. nec facere custodiam. Fideliter. Unde no. quod non potest quis exercere officium in quo semel delinquid. l. Si aliquis. C. De succepto. et Archa ubi notat Bar. quod notarius semel condemnatus de falso instrumento Non potest de cetero notariatus officium exercere. Et de hoc vide quod ipse notat in. l. ii. ff. Ad. l. Iulli. repe. ¶ Itẽ no. Quod si iudex qui erat tabellio scripsit omnia acta coram se facta quod sententiam pronunciare potest. et sententia lata valet. nec impeditur fungi hic duplici officio. Quia circa idem tendũt pro quo facit. C. Qui milli. non possunt. l. Is quidem et extra. De consuetu. c. ii. et De preben. c. Cum singula. li. vi. Hec est no. Bar. in. l. Ponponius. C. De prohemiis sacrarum sententiarum. li. xii:

¶ Item no. Quod notarius in causa suspectus alicui partium nõ debet remoueri Sed alius sibi adiũgi sicut fit de iudice ordinario. ut. l. Apertissimi. C. De iudici. Docto. tamen signanter. Io. de pla. in. l. Nulli. C. De munera. et actuaris. tenent quod remoueantur in totum adinstar iudicis delegati. Facit glo. in auctẽ. De trien. et semi. § . Et quod sepe. colla. iii.

¶ Tabelliones iudicum cõmissionum Regis qui per loca Regni
g mittuntur maiora iura pro suis scripturis exigere nõ debẽt
quam locorum tabelliones. Ordi Al. Legionis. peti. xiii.

¶ Tabellio pro fideiussione criminali duos moro. pro ciuili ue
ro unum moro. Dumtaxat leuare permittitur. In copiis ue
h ro vel transumptis processiuum litium quos partibus tabellio
dederit In qualibe tira vel mẽbrana sint adminus. cccc. par
tes. Foro nouo de Alcala. ti. xv. l. i. pars huius legis ẽ supra
Iudex. p.

¶ Tabellio. Et no. quod ille debet soluere tabellioni pro scripturis et documentis

ad cujus securitatem et cautellam fiunt. et si scriptura concernit comodum utri usque Abutroque debet fieri solutio pro parte in auctē. De tabellio[n]ibus. § . Nos autem in glo. colla. iii. et War. in. l. fi. § . In computatione. C. De jure deli. et Jo. de pla. in. l. fi. in. fi. C. De eroga milli. ano.

i ¶ Tabellio carceris officio non utatur Donec prius juret quod bene et fideliter officium suum exercebit. ¶ Item carceris tabellionatus minime arrendetur. Ordi. Regis Den. i. Tauri. .l. xiiii. Et in alia eius Regis Tauri. ordinatione. l. xvi.

k ¶ Tabelliones qui cum Rege in curia sua resident jura leuēt duplicata Quam alii audientie tabelliones. Eadem ordi. l. xv.

l ¶ Tabelliones camere audientie Regis sint sex duplumque exhigant pro juribus suis qui jurare in manibus cancellarii tenentur. Eadem Ordi. l. xvi. Vide supra. Auditores. a.

m ¶ Tabellio cancellarie regestrum habeat omium sententiarum quas auditores tulerint. Et scribat in regestro sentētias pronunciantes. et eos qui in contraria sunt oppinione. Et si expediat Regi de hoc fiat relatio. Tabellio autem contrarium faciens sui officii quitationem per ānum perdat. Ordi. Peti. Regis Jo. i. Briuiesca. Peti. v.

n ¶ Tabelliones Que iura debent pro scripturis contractibus et litteris leuare vide ad plenum. Ordi. Den. Tauri. alias Burgis. super hoc facta. Confirmatur ista. l. per Regem Jo. ii. Guadalfa. anno. xxxvi. l. vii.

¶ Que jura. Et no. quod etiam a sponte dante non licet officiali ultra quantitatē taxatam recipere. ut. l. Per omēs. C. De stractoribus. li. xii. et C. De re mili. .l. fi. § . Nunc autem. et glo. et War. in. l. Inuictus. § . fi. ff. De re. iuris. et. c. Dillectus. De simo. et pariter puniuntur et dans et recipiēs. ut auctē. Ut indi. si. quo. su. § . Si quis autē colla. ii. in. fi. Et ideo si notarius pro scriptura nō potest nisi certā quātitatē recipere. nō pōt etiā a spōte dāte recipere ut War. in dicta .l. Inuictus. nō ob. cle. i. De cēsi. & cle. i. De imuni. eccli. ubi ab eo a quo nō possā exigere possū recipere Si spōte soluat Quia loquitur in casu permisso a iure & ad de quod licet accusato dare pecuniā pro redimēdo sāguinē suo sed nō licet accusāti recipere. notat glo. ii. q. i. Prohibentur. Et facit. l. Transigere cum sua glo. .C. De transac. notat Jo. de pla. in alle. l. Per omnes Quem vide ibi late.

¶ Item no. quod mali notarii seu tabelliones appellantur superbi et rapaces. l. Ex aula nrā. C. De proulle[x]eorū qui.

o ¶ Tabelliones camere Regis. necnō et alii officiales quicunque

salarium vel rationem a Rege. vel Regina. principe seu prin
cessa non habentes a pectis. exactionibus. seu tributis minime
excusantur. Tabelliones tamen audientie et prouintiarum.
necnon et monetarii qui in libris sunt Regis colocati priuile
giis gaudent officiorum. Dum tamē monetarii sint tales qui
peritiam habeant monetam fabricandi. Et eam in domibus
ad hoc deputatis quando consueuit fabricari operētur. Idem
quod hic dicitur in quibuscunque aliis exemptis Qui ratione
officiorum uiuunt est usquequaque obseruandum. Montarii
etiā usque ad numerum dumtaxat limitatum Si in libris sunt
Regis ut premittitur collocati. exemptione iam dicta gaudēt
Alii uero minime. Ex nunc uero Rex in futurum de officio ta
bellionatus sue camere donec vacet minime prouidebit. Imo
officia illa Rex ad certum numerum reducet. reuocat insuper
omēs alios camere tabelliones qui a Rege salarium nō habēt
Si uero per importunitatē Rex de his prouideat officiis pro
uisio non valebit. Tabellio autem Regis qui talem subscripse
rit prouissionem officio suo ipso facto sit priuatus. Taliter ue
ro prouissus officio illo minime utatur Sub penis contra eos
inflictis Qui sine Regis auctoritate officiis funguntur publi
cis. Ordi. Regis Jo. ii. Vallid. l. iiii. anno domini Mill. cccc.
. xlii. Et. l. xxviii.
Tabelliones. Excusantur Non obstantibus quibuscunque priuilegiis et rescrip
tis Si ante quam eis concederentur dicta officia tenebantur contribuere. Ordi.
Regis Jo. ii. Vallid. anno. xlii. l. xxx:
Tabelliones nō intendit dominus Rex Jo. ii. de nouo creare
nisi per vacatōnē. et si forte de facto prouideat quātumcunque
p derogatorias clausulas seu alias firmitates contineat Talis
prouissio non valet. Non tamen propter hoc intendit Rex
preiudicare tabelliones de numero ciuitatum et locorum. Or
di. Regis Jo. ii. Vallid. Peti. xxix. anno. xlii.
q Tabelliones excusātur a guerra. Vide supra. Aduocatus. b.
Tabelliones cancellarie Regis hēant salaria. Ut supra. Preto
r res. b. g.

¶ Tabellionatus vel notariorum officia ciuitatum vel locorum
s que ex cõsuetudine habẽt vel priuilegio Eis seruãda sunt. vide supra. Officium. a. b. h. n. l.

t ¶ Tabellio si instrumentum conficiat per quod laicus ecclie subiciatur perdit officium. vide supra. Citatio. a.

v ¶ Tabelliones camere Regis vel prouintiarum qualiter circa officia sua se debent habere vide supra. Consilium. i. m. r.

x ¶ Tabelliones pretorum curie Regis quot sunt et quantum debent pro scripturis leuare vide supra. pretores. b.

y ¶ Tabelliones adelantati sint duo cum pretoribus. vide supra Adelantatus. b.

z ¶ Tabellio compellitur processum sine pecuniis parti appellanti paupertatem probanti dare. vide supra. Appellatio. e.

aa ¶ Tabelliones apostolicales vel ecclie fidem non faciunt in probanis supra. Notarius. g.

bb ¶ Tabellio contractum obligatõnis xpiani qui iudeo fit vel mauro conficere non debet. vide supra. Contractus. a.

¶ Tabellio pretoris rerum vectitarum i libro scribere tenetur
cc equos et bestias. signaque et colores earum. vide supra. Equus. e. f. g.

dd ¶ Tabellio non sit aduocatus litis que coram eo uentilatur. vide supra. Aduocatus. g.

ee ¶ Tabellionum officia ultra numerum limitatum minime augeantur. vide supra. Numerus. a.

ff ¶ Tabernarii seu regatones nullam sequantur familiaritatem potentum in curia. nec extra. vide supra. Regatones.

¶ Tassillis in ludo utens punitur. vt supra. Ludus. d. e.

¶ Tassillis. Crimina uero que ex tassillorum ludo oriuntur Vide eleganter et pulcre per Hosti. in sũma. ti. De excessi. prela §. Sunt igitur. circa fi. tituli.

¶ Tassillorum ludus An et quando est permissus. et quando pertinet ciuitati vel loco vide supra. Ludus. a. b. f.

Terra feudum siue lancee Regis diuiduntur inter Regni milites. et soluuntur. vt supra. Lancee. a.

Terminus assignatus octo dierum in prima instantia. vel quatuor dierum in secunda instãtia. seu trium dierum in tertia Si incidat in diem feriatam. vel si iudex ea die non iudicet possunt partes in prima die audiẽtie satisfacere. Ordi. Regis Jo. i. Briuiesca. l. xxvi. i fine. vide huiusmodi legis partes supra. Aduocatus. g. Probatio. c. Positiões. a. Testes.

¶ Terminus. An ultra terminum assignatum per iudicẽ potest pars testes et instrumenta producere. et quando intelligatur terminus peremptorius Vide quod scripsi supra. Probatio.

¶ Terminus ad producendos testes ultra marinos datur ut supra. Dillatio. a.

¶ Termini partibus assignati per iudicẽ in prima. vel secunda seu tertia instantia sunt peremptorii. vide infra. Testes.

Termini mõtes et hereditates ciuitatum et locorum Regis que ipse dedit aliquibus personis restituantur locis quorum antea erant. Hedificia quoque necnon et populatio postea facta destruantur. Ordi. Al. Madrid. peti. xlix.

Termini. Gratia cuius no. Quod territorium non est aliud quam terre spacium munitum et armatum iurisdictione. In mari autem non dicitur territorium Nisi habito respectu ad alueum maris Sed dicitur districtum. i. aque spacium seu latitudo Similiter munita iurisdictione et imperio. ut. c. Ubi. maius De electi. li. vi. no. Bal. in li. Feudorum. ti. Que sunt regalia. c. i. ¶ Item districtus idem est quod quidam homines subditi Et est iurisdictõ territorii. Facit quod no. insti. De acti. § . Rursus. Et nemo potest prohibere ne quis uadat in districtum alterius. ut no. in. l. i. C. Ubi. De posse. agi. Oportet. et ar. ff. De cõdici. et De mo. l. Quibus diebus in prin. notat hoc Bal. in li. Feudo. ti. Quibus modis feudum amit. c. i. § . fi. De honore districtu et iurisdictione Qualiter super his formetur libellus. et quomodo probetur Vide notabilem tex. in. c. Inter dilectos. extra. De fide instru. ¶ Item no. Quod nomine prediorum et non prediorũ non continetur iurisdictio Etiam si sit concessa tota prediorũ latitudo. ar. ff. De contrahen. empti. l. Domum. C. De donati. l. Sancimus. Et sic no. Quod aliud est habere dominium. et aliud est habere iurisdictionem et districtũ. no. Bal. in alle. c. i. § . fi. Quibus modis feudum amit. ¶ Item no. Quod non possunt uẽdi iurisdictiones. ut in auctẽ. Ut iudi. sine quoque suffra. § . Cogitatio. Nam dicit Salustius quod nõ sine periculo emitur ab uno quod multitudinis est Sed hodie usurpatur de facto. ut no. Bal. in li. Feu. ti. De feudo marchie cõmitatus. c. i. circa prin. Et adde Quod no. Archi. ii. q. vii. Sed obicitur.

¶ Termini ciuitatum vel villarum occupati per aliquos milites seu alios Restituantur. vide supra. Rex.

¶ Termini de iure cōmuni in tōto regno pertinent ad Regem. Vide supra. Rex. in fi.

¶ Terminorum vel pascuorum questio ordinem iuris nō requirit. vide supra. Inquisitio. b.

Tercerii seu custodes decimarum usque ad quot tēpus debeant decimas conseruare vide supra. Decima. c. d. et supra. Orrea. a.

Testamentarius non ostendens nec publicans testamentum usque ad. xxx. dies a die quo officium acceptauit numerādos coram loci iudice legatum perdat. Et si nil est ei relictum perdat quod pro suo labore ei dādum erat Insuper cētum soluat Regi moro. Et ultra hoc dampnum soluit Regi duplicatum Quod legatarius vel heredibus ob defectum publicationis cōtingit. Ordi. Regis Ven. ii. De penis. l. xxviii. . cum se.

¶ Testamentarius res emens defuncti punitur. ut infra. Tutor.

Testamentum seu ultimam ordinās voluntatem cum publico Tabellione debet tres testes adminus loci uicinos ubi testamentum conficitur presentialiter adhibere. Si uero testamētum sine publico conficiat tabellione Quinque adhibeat testes. ut primittitur vicinos Si i dicto loco haberi possunt Si autem tot testes reperiri in loco non valēt Tres testes adminus sint presentes. Testamētum inquit taliter ordinatum perpetuam obtinet firmitatem. ¶ Item licet testator heredem in testamento non instituat In legatis. et in omnibus alíis in eo contentis valet testamentum. Et in tali casu heres venit abintestato secundum iura uel patrie consuetudinem. Et testamētum adimpleatur. Cum itaque testator heredem in testamēto instituit. et heres hereditatem Repudiat. valet nichillominus testamentum in legatis. necnon et in omnibus aliis. que in eo continentur. ¶ Item si heres vel legatarius quibus substitutio relinquitur hereditatem vel legatum repu

dixerint veniunt substituti. Foro novo Regis Al. de Alcala. .ti. xviij. l. i.

Testamentum. Tabellione. Minor ergo numerus testium requiritur in cõfectione testamenti cum fit coram tabellione Quam sine eo Cum quia tabellio in numero testium computatur. ¶ Item quia fides tabellionis aufert omnẽ suspitionem falsitatis. ar. C. De testi. l. Si quando. et Spec. ti. De testa. § .i. . h. Quod si vis. et ibi Jo. an. in addici. ¶ Quinque testes. No. ergo quod ista. l. non actenta dispositione legum antiquarum Sed naturali equitate considerata Permittit maxime rusticis minus solẽniter testari in locis in quibus tabellio seu copia testium nõ reperitur. Ratio ergo finalis huius legis est testiũ inopia. Nã propter necessitatem aliquando receditur a solennitate. ut est tex. in. l. fi. C. De testa. Et ibi no. Bal. unde est ar. secundum eum quod testamentum factum in carcere tirannij coram tribus testibus cum plurium copia haberi non potest metu tirãnij Valeat. Idem si nõ possunt haberi plures propter mortalitatem uel alium repentinum casum. De hoc aliqualiter per Bar. in. l. i. ff. De bono. posse. Secundum tabulas. et Bal. ubi supra. ¶ De hac materia vide quod scripsi Foro legum .li. iii. ti. Delas mandas. l. i. Quinque. Et sic no. quod ubi certus numerus testium est de subã actus et de forma obmissio sbãlis forme viciat. C. De testa. l. Si unus. Et est expressum. C. De fidei comi. l. fi. Et insti. De fidei co. heredi. § . fi. no. Bal. in. l. i. C. De bo. posse. Secundum ta. in fi. ¶ In legatis. hoc credo verum Nisi legata adeo magna essent quod exhaurirent quasi totam sbãm defuncti. tunc enim viciatur testamentũ in totum quo ad legata. ut no. Bal. in. l. Demostratio. § . Quod autem iuris. ff. De condici. et de ¶ Item no. circa hãc. l. Quod si testes dicant audiuisse ticium instituisse talem. et non dixerunt se adhibitos esse et rogatos ad hoc Nichil probatur. ut. l. Diuus. et ibi Bar. ff. De testa. milli. Quod est menti tenendum. Et ideo quando habes probare testamentum per testes sis cautus ad formandum articulos ad probationem faciendam. Repudiat An tunc trãsmittatur hereditas ad heredem extraneum Vide quod no. Foro legum. li. iii. ti. Delas herencias. l. x.

¶ In legatis. Quod si testator instituat uxorem heredem dum uixerit in omnibus bonis suis Et post uitam uxoris mãdauit distribui bona sua pro ut in quodam memoriali seu cedula cõtinetur An valeat tale fidei comissum seu legata incerta Et videtur quod nõ valet Quia si in legato uel fidei comisso resultat incertitudo personarum Non valet ipso iure. ut. l. Quidã. De rebus du. et. l. Paulus. l. i. ij. .e. ti. Nam ubi nomen fidei comissarij in testamento scriptum non est Nulli persone nec certe nec incerte datum videtur. nec cogitur heres soluere Nisi appareat de quo testator senserit. ut alle. l. Quidam Incertitudo enim circa personas quibus legatur viciat legatum. ut. l. Si fuerit. De rebus du. et. l. Si de pluribus. e. ti. ¶ Hec questio in terminis determinatur per Bar. in. l. Quem heredi .ff. De rebus du. Et melius in. l. Si ita scripsero. ff. De condi. et de. ubi concludit quod si de cedula constat taliter quod faciat fidem Valent legata seu fidei comissum in cedula expressum Si tamen de cedula nõ apparet seu est talis quod nõ faciat fidem per comparationem Non valent legata in ea expressa. et in tali casu

heres uxor erit heres perpetuo Quia alias sequeretur absurdum quod testator decessisset pro parte temporis testatus et pro parte intestatus .i. postquam fuisset mortua uxor Quod est impossibile. Hoc tenet Bal. in .l. Id quod pauperibus. C. De epis et cle. Ex quibus concludo quod quando est incertitudo circa personas quibus legatur uicientur legata. ut alle. l. Si fuerit. Si uero incertitudo uenit certificanda ex aliquo futuro euentu Valent legata. ut concludit Bar. in alle. l. Quidam. De rebus du. et Dy. in regula contra eum in fi. De regu. iuris. li. vi. ubi autem non aparet uere uel per coniecturas memoriale uoluntatem testatoris ostendens nulla fiet executio Bal. in alle. l. Id quod pauperibus. q. xii. Iuncta. q. xiiii. et in tali casu uxor habebit totam hereditatem perpetuo ut ita dixerim. Quia uniuersalis dispositio testatoris nullis terminis coartata includit omnia. ut. l. cum uirum. C. De fidei comi. et ubi nomen fidei comissarii testamento ascriptum nõ est Nulli persone nec certe nec incerte datum uidetur fidei comissum. ut alle. l. Paulus. l. .i. ii. De rebus du. ut supra dixi Hoc idem uult tenere Io. faber. insti. De legatis. §. In certis.

¶ Testamentum coram iudice infra iuris terminum non publicans punitur. Ut supra. Testamentarius. a.

Testari seu secrestari possunt hereditates. nõ tamẽ propter hoc agricultor laborare impeditur licet fructus secrestentur. Vide supra. Secrestatio. a.

Testibus ricte receptis et eorum attestationibus publicatis in causa principali uel appellationis non possunt testes super eisdem articulis uel directo contrariis produci Foro nouo Regis Al. de Alcala. ti. x. l. fi.

Testibus. Testes. Concor. quod no. in. c. Fraternitatis. De testibus. Et ibi per Io. an. et Anto. et cle. testibus. e. ti. Et quod no. Spec. ti. De teste. §. Satis utiliter per totum. Hoc tamen quod hic dicitur fallit in. xxi. casibus Quos notat Spec. in dicto. §: Satis utiliter. b. Item etiã no. ubi uide. Quis autem dicatur nouus articulus. uide ibi. per Spec. in dicto. §. b. Illud autem notandum est. ubi uide exempla. An uero testes iam producti et interrogati possũt post publicationẽ iterum interrogari Vide Spec. in dicto. §. Satis utiliter. b. Quid ergo si pecto.

¶ Testibus rite receptis et eorum attestatõnibus publicatis copiaque partibus data utrique parti perẽptorius assignetur. viii. dierum terminus ad contradicẽdum si uellint personas et dicta testium. contradictiones tamen et obiectiones generales nullatenus admittantur Sed singulariter specificate ac declarate. ut si contra testem opponatur quod est excõmunicatus declarandum est an maiori uel minori excõmunicatõne

sit innodatus. Judex quoque excōmunicatōnē proferens nec non et causa tempus et locus veniunt declaranda. ¶ Item si dicatur quod testis falsum tulit testimonium Declarandum ē quo tempore et in qua causa. ¶ Item si dicatur homicidia quem occidit contra ius. ¶ Et in quo tempore et loco. et sic opponēs exprimere ac declarare tenetur objectiōēs quas forus disponit contra testes obici posse. Et secundum quod A lia iura disponunt. Si vero objectiones ut premittitur non de clarantur vel exprimuntur nō declarate. Nullatenus admit tantur. Si autem cōtradictiones juste et admittende fuerint Terminus competens per judicem ad eas probandas assigne tur. Testibus itaque reprobatoriis receptis et publicatis. Si pars alia cōtra hos reprobatorios alios testes producere nol lit utrique parti terminus. viii. dierum assignari debet ad producenda instrumenta. aliaque documenta si ea producere velint. Que quidem instrumēta vel scripturas in quacunque parte litis partes producere possunt et presentare. In hoc ta men ultimo termino pars scripturas producens verbaliter vel replicando dicere tenetur. Do et presento scripturas que ex parte mea sunt in hac lite producte. insuper et nunc istas preseto. Post terminum autem istum copiaque partibus da ta. viii. dierum terminus partibus ad scripturas contradicē dum assignetur postquam vero terminus iste efluxerit Ter minus alius peremptorius ad renunciandum et concludēdum est assignandus. Post conclusionem autem ad audiendum dif finitivam sententiam alius assignari debet terminus. Ordina. Regis Jo. i. Briviesca. l. xxvi. in. respō. Vide hujus legis par tes supra. Appellatō Probatō Positōnes. a.

¶ Testibus. Copiaque. Quod judex facere tenetur. ut in. c. Quoniā contra. De probaci. et in. l. ii. C. De lite pen. et in. l. Gesta. C. De re. judi. ¶ Octo dierū Olim erat iste terminus arbitrarius inspecta scripture qualitate. ut no. Spec. ti. De testi. §. Publicatis. v. Quid si tabellio. circa fi. et in ti. De dilatōnibus. §. Videndum. v. Ubi autem. Et credo quod etiam hodie iste terminus ex causa po test prolongari per judicem cum statuatur cum hominis ministerio. ut no. in. c. Indultum. De regu. juris. li. vi. et ibi per Dy. et Jo. an. Alia jura. Cōcor. quod

no.in.c. Licet. De probaci. et Spec.e.ti. De testi.§.i.per totum. ¶ Item circa materiam testium no. Quod testis sponte se gerens ad testificandum repellitur et eius testimonium non ualet.ut in aucte. De testi.§. Si uero ignoti.ibi Festinantes et c̄.et.l. Que omnia.ff. De procura. Et hoc ibi tenet Ja.de bel. quia testes debent esse citati Non sponte testificari debent. Facit.l. Iullia.ff. De testi. Que non obstat. Quia ibi dum dicitur non coati Intellige per pignus. uel per multam. Sed nichillominus sunt citandi.ad hoc facit tex.c.i.extra. De testi.eo gen. Alii dicuut quod non sunt citandi per alle.e.ibi. Ne inuictis testimonium denuncietur. Hoc etiam uidetur uelle tex. in.l. Inuicti.de le.ii. Sed est dicendum Quod quandoque quis se ingerit sponte ad testificandum non citatus a iudice nec productus a parte Et tunc testimonium eius non ualet Sed suspectus redditur.ut.l. Que omnia.in prin. De procura. Facit ad hoc.l.Uxor.§. Qui se filio.ff. De fal. Quandoque a iudice nō citatur Sed a parte producitur Et ualet testimonium eius. ¶ Sed potest opponi de testimonio sponte prolato.et sic intelligitur glo.l. Post legatum.§. His uero.ff. De his.qui. ut indig. Et allega.l. Iullia. ¶ Quandoque citatur a iudice. Et sine dubio ualet tunc eius testimonium.ut.l. Si quando in prin.et ibi glo.C. De testi.et.l.Cum ab initio.ff. Quemadmodum.testa.apperi. De quo plene per Bar.in alle.l. Post legatum.

¶ Testimonium xpiani sine testimonio iudei in iudicio non ualet.nec alias contra iudeum super debitis que xpiani iudeis debent. In aliis autem causis tam ciuilibus quam chriminalibus ualet testimonium duorum bone fame xpianorum contra iudeos. Ordi. Peti. Hen.i.Tauri. Peti.xix. Et Regis. Jo.i. Burgis. Peti.xxiii. Et eiusdem Regis Vallid. Peti.xii. Et Regis Hen.ii. Madrid. De iudeis. Peti.vi.

¶ Testes deponentes de tempore cuius contrarium memoria non existit qualiter deponere debeant vide supra. Prescriptio.d.

¶ Testes quot debeant in testamento adhiberi vide supra. Testamentum.a.

¶ Testes volens ultra marinos producere quot terminos habebit vide supra. Dilatio.a.e. Probatio.b.

¶ Hanc.l.confirmarunt Rex Fer.et Regi.in Madrigal.anno .lxxvi.Peti.xxxvii.Et decreuerunt quod etiam in sua cancellaria dicta.l.obseruetur. Et reprobarunt consuetudinem audientie qua auditores consueuerunt post publicatas attestationes recipere ad probandum partes.et quod probēt modo

probandi qui de iure sit locus Sed quod expresse dicatur et declaretur quod partes probēt per scripturas publicas. vel per confessionem. et sententia aliter lata non valet. ¶ Item statuerunt quod pene que pretextu huiusmodi interlocutorie apponuntur parti que non probauerit aplicētur stratibus audientie et necessitatibus eiusdem. et ponātur in deposito et cetera.

Thelonarius portaticum a trāseuntibus seu alia tributa de mercibus que soluere nō tenentur nullatenus petat pro se autem alium vel alios in turibus vel locis in quibus portaticum colligi consueuit deputare tenetur ne transeuntes impediātur. Et nisi transeuntes in locis thelonarium inuenerint penam aliquam non incurrunt licet cum mercibus suis trāseant. nec in tali casu sunt si non soluunt excaminati. Ordi. Regis Jo. ii. Palencuela. peti. xiii. Et eiusdem Regis Zamore. peti. xv. vide supra. portaticum. a.

¶ Cōfirmatur ista. l. per Regem hen. iiii. Cordube. āno Mill. cccc. lv. peti. xxxvii. Et addit quod licet quis portaticum non soluat non sit excaminatus. nec mercācias seu bona perdat Sed tantum cum quadruplo portaticum soluat adinstar alcauale.

¶ Confirmatur ista. l. per eundem Regem hen. iiii. Madrid. āno. Mill. cccc. lviii. peti. xix.

Thesaurus vel alia bona sciens vel audiens ubi sunt confestim id cum publico notificet tabellione iustitie loci in cuius iurisdictione bona illa vel thesaurus reperiuntur. Et si uerum reperitur quod notificatur Quartam partem in premium habeat. Justitia uero illius loci statim ex suo officio inquirat. et clausam inquisitionem quam fecerit Regi mittat quod si negligens fuerit Officium perdit. Ordi. Regis Jo. i. briuiesca. l. xv. vide supra. Mineras. a.

Thesaurus. Circa hoc no. Quod cum moneta inuenitur in forma thesauri in aliquo forte uase Tunc habent locum iura que de thesauris loquuntur. ff. De rei uen. l. A tutore. De acqui. re. do. l. Sub qui. Et. C. De the'auris. l. i. G. i.

.h.x. Pecuniam autē ab incognito loco transducta et in agro meo reperta Non dicitur thesaurus. Et quicunque inuenerit eam michi restituere tenetur secūdū Bar. et Bal. super rubrica. ff. De rerum diui. Quod est notādum. ¶ Itē no. Quod non occupatur thesaurus per usum nisi apprehēdatur. ut. C. De fideius. .l. Barsatoriam. et ibi Cy. et ipse notat. C. De acqui. posse. l. Licet. Et facit ad questionem statuto caue tur quod quicunque fuerit inuentus cum cultello sol- uat. x. certe si aliquis sit usus et non inuentus non soluet secūdum Iaco. de are. et Cy. ut refert Bal. super dicta rubrica. De re. diui. uide de thesauro inuento ad quem pertinet. ni. parti. ti. xxiij. l. xlv. Peregrina. ui q. Et uide. l. Nunquam. §. ij. et. l. Isqui. cum glo. ff. De acqui. re. do. et insti. e. ti. §. Thesa urus.

Tirannus quod fit tempore tirāni. uideri et inspici debet ante quam cōfirmetur. Ordi. Regis Al. Madrid. Peti. .lxxxi.

Tirannus. No. quod omnia facta tempore tirannidis aduemente iusto domi nio debēt cassari. ut. l. Decernimus. C. De sacro sā. eccli. ubi dicit Bar. quod nescit quando ueniet istud tempus iusti domini. Et prophetauit ut ibi dicit Bal. ¶ Item no. Quod prouintie que consueuerunt Regi per Reges et princi pes dicuntur esse sub eorum domino naturali. i. de iure gētium. ut. ff. De iusti. et iure. l. Ex hoc iure. Et si alius accipiat ibi dominium contra uoluntatem Re gis Ille est tirannus. ut est tex. in alle. l. Decernimus. ergo usurpata dominia ap pellantur tirannides. ut ibi Bal. ¶ Item no. Quod si Rex patitur aliquem re gere non quia regat bene Sed quia non potest ipsum expugnare Iste est tirānus ut alle. l. Decernimus. et. l. Omni innouatione. et est rebellis imperij. Et tene tur crimine lese maiestatis. ut. l. i. et. ij. Ad. l. Iulli. maies. Bal. ubi supra ¶ Item no. Quod dominium tirannicum non potest prescribi. ut. C. De decurio. .l. Cum qui. h. x. Nam qui habet minus legitimū ingressum dignitatis uel officij nunquam prescribit. ut. C. De decurio. l. Si quis decurio. Unde intrusi nunquā prescribunt. xij. q. ij. Alienationes. ¶ Item tiranni tempore non currit prescriptō contra ciuitatem Sicut nec tēpore prelati male alienātis. no. in. c. ij. De prescri pti. ubi glo. et docto. ¶ Item no. Quod largo modo loquēdo omis ciuitas est sub tirannide quando subditi non possunt libera uoce defendere bonum publicum. C. De decurio. l. Quāquam fumares. ¶ Item no. Quod inuadentibus castra perti- nentia ad iustos dominos Non possunt illa castra cōcedi per principem salua iusti tia. Siue isti inuadentes sint priuate persone Siue singulares Siue sint cōmuni cantes. ut in. l. ij. De fundis et salptibus. li. xj. ubi hoc no. ¶ Item no. Quod sta tuta facta per tirannum non ualet Quia cum statuere sit iurisdictionis. et ipse nullam habeat iurisdictionem Non potest statuere. ut patet in diffinitione iuris dictionis. ff. De iuris. oim iudi. l. i. Sed si sunt statuta populi et non sunt facta optentu persone tiranni Sed ob aliam iustam causam puta pro maleficiis punien dis Uel ciuilibus causis dirimendis Talia statuta ualent ratione statuentium et ipsius statuti ratione. ut. l. Omnes ppli. Et hoc uerum Si pplūs potest cōgrega ri. Si tamen tirannus non patitur quod pplūs congregetur sed aliqui pauci ex eo

Jsti nō possunt statuere. ar. l. i. in fi. De liber. bij. Ad hoc quod notat Innocē. in. c. Cum ex injuncto. De novi oper. nunci. Si vero statuta facta sunt optentu tiranni non valent. Quia presumuntur quod sunt facta metu impulsionis. vel nimia reverentia. ut. l. Novissime. § . i. Quod falso. tu. au. et. l. i. § . Que honerā de. ff. Quarum rerum actio non datur. Et est horum catō Quia tirannus est juris publici violator. et non habet titulum nec possessionem juris. ut alle. l. Decernimus. Et tempore tiranni quod fit in eius favore per antianos presumitur metu factum. quod vero fit pro bono publico sponte Quia inspicitur id quod prodest. i. publicum bonum. non id quod nocet. i. tiranni imperium. Quia utile per in utille. et bonum propter malum non viciantur. l. Necnon. C. In qui. cau. majo. cum similibus. ut notat Innocē. et Bal. in alle. c. Cum ex injuncto. ¶ Itē no. Quod si processus factus in juditio fiat optentu persone tiranni. ut videlicet contra partem ab eo expulsam Non valet Quia citati expulsi non artantur comparere propter metum. ut cle. Pastoralis. De re judi. Et quod no. in. c. Statutum. De rescriptis. li. vi. Si tamē judex ellectus a pplō procedat non contemplatione tiranni Sed contemplatione alterius meriti vel demeriti Bene valet processus. Quia subest jurisdictio et justa causa intervenit. ubi enim est justitia cause et auctoritas jurisdictionis Ibi non potest esse vitium. ¶ Item no. Quod non valet sententia lata propter metum tiranni. ut. l. ti. § . i. ff. De judici. Quod est verum in jurisdictione conferenda que non confertur ubi est metus. Secus est in collata exercenda. Et in tali casu si est sententia clavium ut excōmunicationis Talis sententia est nulla ipso jure. Quia non debet clavis vim pati. ut. c. i. Quod me. causa. li. vi. Sed in aliis tēporalibus valet. Sed obstat exceptio. ut no. xi. q. iii. c. Quatuor. ¶ Item no. Quod contractus factus cum tiranno. si contrahēs cum eo sit enormiter lesus Presumitur factus dolo vel impressione ideo non valet. alias valet. ut. l. fi. C. De in ter. ma. et Bal. in alle. l. Decernimus circa fi. ¶ Itē no. Quod testamentum tiranni non valet. Quia testamentum est de jure civili. et tirannus est reus perduelionis cujus testamentum non valet. ut. l. Cum filius. § . fi. de le. ii. ¶ Item no. Quod si in terra tiranni. ubi debet fieri ellectō est major pars capituli Valet ellectio. Sed si major pars est expulsa Non valet. sed debet intrinseci ire ad extrinsecos ad locum honestum. et ibi facere ellectionē. ut notat Innocē. in alle. c. Cum ex injuncto. ubi notat quis et quando debent cōvocari absentes ad ellectionem.

Titulus bone fidei requiritur in prescriptione āni et diei Vide supra. Prescriptio. a.

¶ Titulus. Titulum principis rei sue imponēs illam perdit et juris publici efficitur. ut. l. i. C. Ut nemo pri[v]us. Ex qua no. regulam contra illos qui depingunt arma dominorum in parietibus domorum suarum. ut ibi notat Salice.

Tolletum i litteris Regis que civitati Tolleti diriguntur prius ponatur quam Legio et ecōtra. Ordi. Regis Al. Legionis. peti. fi. Vide supra. Legio. a.

¶ Torneamentum an et quando sit militibus permissum Vide

.G. ii.

supra. Miles. B.

Torqueri non debet generosus. Ordi. reti. Regis Alfō. de Alcala. reti. viij.

Torqueri. Circa materiam torture est notandum Quod ad hoc quod confessio in crimine preiudicet ut quis torqueri possit Requiritur perseueratio expressa. Et quod pluries confitetur diuersis temporibus. Sed quando pluries eodem tempore confitetur Ista est una confessio tantum. et proprie non est perseuerantia. ut elle ganter no. Bal. in prohemio. C. in fi. Et allegat glo. in simili. ff. De pig. acti. .l. iiij. glo. fi. ubi dicit Bar. quod talis non uidetur sepius cōfiteri. Sed sepius loqui. Et ideo una sola confessio dicetur. licet sepius loquatur. Quod est nimis notā dum. Concor. vij. parti. ti. iij. l. iiij. Que in tali confessione in tormentis facta requiritur Quod confessus ad carcerem reducatur. et in crastinum iudici presentetur. Concor. quod no. Salice. in. l. ij. C. De custo. reo. et. l. ij. C. Quorum appella. nō recipi. nec repeti potest tortura. ut ibi notatur propter leuia inditia Sed propter indicia magnifesta et multum urgentia. ut notat Bar. in. l. Diuus. ff. De questioni. Et. vij. parti. ti. iij. l. iij. et. vij. parti. ti. xxxj. l. vij. Et eadē partita. ti. j. l. xxvj.

Tregua vel securitas coram tabellione uel testibus ponatur Taliter quod probetur. Et licet inter non generosos ponatur debet obseruari. inter generosos autem tregua non est ponenda Donec sint diffidati. Frangens uero treguā vel securitatem si generosus fuerit. et ipse treguam concessit potest diffidari. reptari. et penam repti incurrit. Si autem generosus non fuerit et treguam concessit. vel si per Regem fuit possita. si occidat uel percuciat seu alium in tregua vel securitate capiat Tanquā aleuosus occidatur. et bonorum medietatē perdat. Si uero tregua per merinos vel officiales sit posita Occidens moriatur. Capiens autem uel percutiēs. dc. soluat moro. Iniurians uero arbitrarie puniatur. Foro nouo. Regis Al. de Alcala. ti. xxxiij. l. iij.

Tregua. Vide circa hanc materiam Quod dixi supra. c. Securitas. a. Cōcor: cum hac. l. vij. parti. ti. xij. per totum. unde no. Quod tregua est securitas personis et rebus ad tempus concessa. De tregua et pa. c. j. Et qui facit treguam non facit pacem. nec desistit a guerra Nisi ad tempus. Quia qui distulit non in totum deluit. ij. q. iij. § . Notandum. ff. De iudici. l. Destitisse.

¶ Tregua inter dominum et vassallos non permittitur generalis. Ordi. reti. Regis Al. de Alcala. reti. v.

¶ Treguā uel securitatem frangens est alleuosus. Vide supra.

Aleuosus.c.

¶ Tregua posita inter euntes ad assonatam si non desistant vel non redeant a iudice requisiti puniuntur. Ut supra. Assonata.b.

¶ Tregua iuris pendet inter reptatum et reptantem termino repti durante supra. Reptare.c. Uide de hac materia supra Securitas per totum.

Tributa redditus seu vectigalia vel iura regalia per concilium vel aliam singularem personam non licet capere nec impedire. Sed nec etiam arrendatores vel collectores illa soluant sine computatorum vel thesaurariorum Regis littera et mandato Quod si fecerint cum duplo restituant. Idem de acipiente. Et hoc uerum si sine uiolentia vel compulsione talis fiat solutio. Si uero iura regallia taliter acipiens requisitus noluerit infra. xxx. dies Cum duplo restituere mercedem. et quicquid habet a Rege ipso facto perdit. Pragma. sanc. Regis Jo. ij. Madrid. anno. xxxiij. Uide supra. Rex.

Tributa. no. Quod pedagium siue uectigal debetur ratione soli publici. Tributum uero ratione priuati. no. Bal. in. De mili. uassa. qui contuē. c. i. in fi. ¶ Item no Quod pedagium nullus potest colligere Nisi princeps uel ille cui a principe est concessium in priuilegium. uel qui prescripsit ius colligendi pedagium Si fiat contra libertatem transeuntium requirit tantum tempus Cuius contrarii memoria non existat. Si uero fiat contra alium cum iam erat ius quesitum contra transeuntes Tunc sufficit longum tempus cum ti. uel longissimum sine titulo Et in tali prescriptione non requiritur alia scientia principis nec etiam transeuntium Quia incerti sunt Sed bene requiritur sciētia illius cui iam erat ius quesitū contra transeuntes. licet Bar. aliter dicat de ista scientia. Et aduerte quia tale ius quesitum ex prescriptione censetur reale et non personale. unde transit cum solo. no. Bal. in. ij. Feu. ti. Que sit regallia. c. i. ij. colum. ¶ Item no. Quod munera patrimonialia sunt super inditiones. Et sunt hodie ordinaria que omnes subire tenentur. ut. l. fi. C. De mune. patri. li. x. ¶ Item munus ordinarium est quod continetur in lege uel senatus consulto uel constitutionibus principum. ut. C. De uocatione munerum pu. l. Unica. li. x. ¶ Itē no. Quod preses uel alius iudex non potest collectam imponere Sed si necessitas imminet debet scribere prefecto. et prefectus. scribit principi qui hoc permittit. ut. l. placet. C. De excusati. mune. ¶ Item no. Quod nemo excusatur ab his que comparantur ad opus publicum seu ad exercitum principis. ut. l. ii. C. De quibus muneribus nemini se excusare liceat. li. x. Et. l. ij. e. ti. ¶ Item no. Quod susceptores nō debent diu tenere

.G. iii.

publicas pecunias Sed statim in suis locis apponere. ut. l. Minime. C. De susceptoribus et archadiis. li. x. ¶ Item no. Quod construens domum in solo reipublice compellitur a preside debitam prestare pensionem. ut. l. Pro edibus. ff. De diversis prediis. Non ergo debet demolliri ne urbs deformetur ruinis. ut. l. i. §. Si quis neminem. ff. Nequid in loco publi. et hoc quando nemine prohibente. ut. l. In provincials. ff. De navi. oper. nunci. ¶ Item hoc verum si tale hedificium non impedit usum publicum Alias compellitur destruere. ut alle. §. Si quis neminē. notat Jo. de pla. in alle. l. Pro edibus.

Item no. Quod duo fratres simul habitantes et habentes patrimoniū indivisum debēt habere unum solum extimum. notat Bar. in. l. Tria onera. l. x. ii. ff. De excusa. tu. Sed in oneribus personalibus vel que imponuntur respectu personarū debent habere duos extimos Licet habeāt patrimonium indivisum. per. l. Licet indivisa. C. De decurio. li. x. et ibi Jo. de pla. in fi. Et vide Bal. in. l. Proximus. §. Si pater. ff. De excusa. tu. Et idem Jo. de pla. in. l. i. C. De hono. et muneri.

¶ Tributa seu impositiones novas domini locorum in hereditatibus in suis dominiis existentibus imponere non possunt in preiudicium vassallorum Regis qui in civitatibus vel locis corone Regis cōmorantur. Ordi. Regis Jo. ii. in Palencuela. Decti. vi. anno M. cccc. xxv.

¶ Tributa. Impositiones novas. Cives tamen possunt inter se gabellam imponere non tamē forensibus et absque principis auctoritate. ut. l. Vectigalia. et ibi Bar. ff. De vectigali. ¶ Item no. circa hanc materiam Quod propter solam possessionem quis non vocatur ad munera personalia. ad patrimonalia autem pro his possessionibus quas in loco possidet subiee tenetur. ut. l. Cum nec. Juncta glo. ibi. C. De incolis. li. x. ¶ Item no. Quod etiam alienginia qui possident aliquid in loco patrimoniale munus gratia utilitatis publice indicitur. ut. l. ii et ibi glo. C. De muneribus patrimoniorum. li. x. ¶ Item no. Quod reaque sub nomine et titulo alieno excusantur a muneribus publicantur. l. i. C. De navibus non excusan. li. x. Et. l. ii. e. ti.

¶ Domini. Et ad hoc no. Quod solus princeps callectam imponit pro publica utilitate Sed pro necessitate civitatis vel provintie ipsa civitas imponit et cogitur imponere. no. Bar. in. l. ii. C. De super indictionibus. li. x. ¶ Item no. Quod qui ostendit se tribus proximis annis soluisse Recte soluisse pressumitur Nisi contrarium probetur. ut. l. Quicunque. C. De exact. tribu. li. x. An autem officiales. vel consiliarii civitatis teneātur solvere tributa Vide Bar. C. De imuni. nō l. x. Quot autem sunt munera. Et quis teneatur ea subire. Et an munus sit dignitas. Et an mulier possit habere dignitatem Vide plene per Bar. in. l. i. C. De muneri. et in quo loco et c̄. li. x. ¶ Item mulier nupta desponsata vel vidua sive incorrupta ubi tenetur solvere munera personalia vel patrimonalia Vide. C. De mulieri. In quo loco munera et c̄. li. x. Incidenter no. Quod hedificans in solo publico cogitur per officium iudicis annuā pensionem prestare Alias hedeficium debet demoliri. ut. l. i. C. De diversis prediis. li. xi. ¶ Itē no. Quod emphiteota civitatis

alienans praedium dempto canone alienatio valet Sed pactum non tenet Qui possessor teneatur canonem soluere. ut est casus in. l. Qui ex. ti. C. De diuersis predijs. li. xi.

¶ Tributa Regis. vel ciuitatis exactiones nullus soluere excusetur. Et si dicat quod est cuiuscunque militis vel generosi vel cuiuslibet alterius familiaris Quod si hoc dixerit exactionē seu tributum cum duplo soluat. Ordi. Regis Jo. ij. Vallid. l. iij. anno. Mill. cccc. xlij. Et. l. xxvij. Et uide supra. Vachalarij. et supra. Collecta et collectores.

¶ Equalitas debet fieri in petitis et tributis in ciuitatibus et locis secundum numerum uicinorum. Ordi. Regis Hē. iiij. Cordube. āno. Mill. cccc. lv. peti. xx.

¶ Equalitas. Concor. l. Omne territorium. C. De censibus cēsitoribus et per'equatoribus et inspectoribus. li. xi. ubi tex. inquit Omne territorium censeatur quotiens defectorum leuamen exposcitur ut sterilia aeque uel arena hisque culta uel optima sunt compensentur. et ut ibi inquit glo. Quod cum territorium simul cum ciuitate soluebat. ut. C. De natura. l. iii. in prin. Et aliquorum praedia defecerūt uel alio modo pereunt Debent in tributis alleuiari. ut ibi. et. ff. De censi. l. Forma. §. Illam. et. C. De alluuio. l. ij. Compensentur ergo et equa'iter imponatur extimum in locis secundū quod plus uel minus uel aliter considerādo. uel equētur ut quantum diminuitur in locis desertis Tantum addatur alijs ut non minus ciuitas cum territorio soluat quam consueuerit. ut ar. in aucte. De colla. §. Et his. ut sic lucrum cum damno compensetur. ut glo. in dicta. l. Omne territorium. et Jo. de platea.

¶ Tributaria res cum onere suo etiam ad generosum eā emētem transit. Foro nouo de Alcala. ti. xxxiij. l. ij. Vide supra Clericus. h. et vide supra. l.

¶ Tributaria res. No. tamen quod empta ex castrensi peculio eius conditionis efficiuntur. ut. l. i. C. De castren. pecu. li. xii. Et sic no. quod res succedit loco precij fauore militie. Sic. C. De rei. uen. l. Si ut proponis. alias contra. C. De castren. pecu. l. Si ex eo.

¶ Tributa uel iura regallia consilio facto. dicto. vel statuto diminuens punitur. vt supra. Redditus. b.

¶ Tributa aliqua clerici Non soluant. nisi sint affixa et annexa hereditatibus quas habent. Vide supra. Clericus. h.

¶ Tributa. Non soluant. Item senes non tenentur conferre ad condemnationem illorum qui non ceperunt malefactorem. ut. l. Si quis in graui. §. Ignoscitur. ff. Ad silui. ¶ Item no. Quod si littera securitatis uel de soluto publicarū fictionū ostendatur Nulla exceptio admittitur contra eam non numera. pec. ut. C. De

.G. iij.

apochis. publicis .l.fi.li.x. ¶ Item no. Quod qui ostendit se tribus annis retro soluisse presumitur per totum tempus preteritum soluisse Nisi contrarium probetur. ut est casus in .l. Quicunque. C. eo. ti. De apochis. pu. li. x. ¶ Item no. Quod si quis in fraudem publice functionis ad patrocinium alicuius confugerit. et sub pretextu donationis uenditionis uel alterius cõtractus uoluerit excusari. Talis contractus non ualet. et tabellio qui scienter conscripserit perdit bona. et bona taliter confugientis perduntur et patrociniũ suscipiẽtes. et ministerium prebẽtes puniantur. ut est tex. in .l.i. C. Ut nemo ad suum patrocinium suscipiat et cetera li. xi. Nam etiam militia assumpta in fraudem ciuilium munerum Non prodest. ut .l.ii. C. Qui militare non possunt. li. xii.

Tributa Regis prescribi non ualent. Uide supra. Prescripto .d.

¶ Tributa Regis pro minori precio arrendentur xpianis quam iudeis. Uide supra. Arrendare .c.

¶ Tributa soluantur pro hereditatibus emptis per iudeos mauros et clericos. Uide supra. Judeus .q. Clericus .h.

¶ Tributorum collectores nisi iustum impedimentum ostendant Non datur eis maior dilatio ad colligendum quam de consuetudine hactenus hauerunt. Uide supra. Collectores .b.

¶ Tributaria bona an transeant ad exemptos cum onere suo Uide supra. Bona .i. Generosos .b.

¶ Tributa imponantur bonis relictis a transeuntibus ad alia loca. Uide supra. Dominium .a.

¶ Tributorum collectores qualiter sunt deputandi. Uide supra Collectores .a. f.

Tutor uel curator minorum. uel alterius. seu etiam administrator. uel testamentarius publice uel occulte bona illorum quorum administrationem gerit emens Emptio nõ ualet. Et ualoris quadruplum Regis camere soluit. Ordi. Regis Al. Segobie. De penis .l. fi. Et Ordi. Regis. Uen. ii. De penis .l. xvi. Et uide supra. Rector .e. Rector .b.

Tutor. Emptio non ualet. Uide ad hoc quod notabiliter notat Barbacius in .c. Possessiones. De rebus eccle. non alie. Concor. ista .l. cum .l. Non licet. ff. De contrahen. empti. Et hoc siue emat per se uel per alium. ut ibi. Ide etiam porrigendum est ad procuratorem uel ad alium quencunque qui alterius negotia gerit. ut in .l. Si cum emptione. § .fi. ff. De cõtrahen. empti. Non enim bona fide tutor rem gerit cum ipse uenditor est et emptor. ut .l. Pupillus. § . Item

ipse.et.§. Sed si per interpositam.ff. De aucto. tu. ubi etiam per interpositam personam talis emptio nō ualet. Quod habet locū si talis tutor uel administrator clam et mala fide rem pupilli emit.ut in iuribus. supra alle. et no. glo. in dicta.l. Si in emptione.§.fi. et Cy.in.l.Cum ipse. C. De contrahē. emp. Si autem tutor uel administrator palam et bona fide rem emat pupilli. ut si res est uenalis exposita nulla adhibita fraude Hoc poterit facere. ut.l. Tutor rerum.ff. De admi. tuto. et alle.l. Pupillus.§. Sane quod approbat Jo. an.in addici.Spec.ti. De instruc.edic.§. Nunc uero. h. pe. Concor.v.parti.ti.d.l.iii.idem Abb.in.c. Cum in iure. De electi. Item etiam no.de iudice qui mala uel bona fide rem sub diti emit.ut notat glo.et docto.in supra alle.l.Non licet. Secus tamen uidetur in iconomo ecclie Alio quocunque administratore cui alius administrator succedit cui prohibitum est de iure ne bona fide. seu palam. uel clam rem eius emat Cuius administratōnem gerit. ut auctē. Quibusdam.C. De sacro sanc. eccle. Et in eo quod de iudice dixi No.quod preses aut iudex non potest emere per se uel per aliū nec familiaris eius in loco sue iurisdictionis Nisi necessaria pro uictu et uestitu. ut.v.parti.ti.v.l.d. ¶ Item contra tutores dissipantes bona minorum.uide.c. in Religiosum.lxxxvij.di. ¶ Item no. Quod tutor debitorem qui non soluit liberare nō potest. nec donare seu nec debitum remittere. ut.l. Tutor ad utilitatē et.l. Lucius titius curator in fi. ff. De admi. tu. Licet potest bona fide transigere.ut ibi.no. glo. Non enim potest tutor liberationem obligationis prestare debitum maxime liquidum remittendo. ut.l. Pactum curatoris. C. De pactis.quia non potest heredem spoliare.ut alle.l. Lucius titius in fi.et.l.Cum hi.§. Si pretor.ff. De transactio. Nec actionem natam potest tollere. ut glo dicte.l.Pactū Nec pactum gratuitum facere potest. ut ibi.no. Cy et Spec. ti. De instructi. edic.§. Nunc uero.h. De illo autem queritur. ¶ Item no. Quod ex inordinata administratione crescit carestia. ut.l.i.C. De frumento urbis. constantinopoli.li.xi. ¶ Item no. Quod concessa libera administratione alicui nō intelligitur ei data potestas dilapidandi. uel pactum gratuitum faciēdi.ut.l. Filius fa. ff. De donati. ¶ Item no. Quod si pater non uult rem filii gubernare datur per iudicē hereditati filii minoris curator. Idē de re singulari minori delata. ut.l.fi.§. Sin autē patre. C. De bo. que.li. Nam licet alias filio existēti in patris potestate curator seu tutor non datur Propter patris tamen negligentiam datur curator bonis.ut ibi. iuncta glo.uide Salice.in alle.l. Pactum curatoris.C. De pactis.

¶ Item no. Quod ubicumque quis prohibetur in persona sua a contractu celebrādo uidetur prohibitus in persona propinquorum et affinium. ut auctē. Quibuscūque .C. De sacro san.eccli.ubi hoc notat Bal.in prin.et in.l.i. ff. De re.diui.ad hoc facit. C. De secundis nupti.l.Hac editali. Et in auctē. De nuptiis §. Optime quod metus causa si impressione et si quacunque predictus po.l.i. Licet est contra in consanguineos tutoris. C. De contrahen. emp.l. Cum ipse. Habet ideo locum quod supradictū est in prelato ecclie. de quo uide latius Bal. in alle. auctē. Quibuscunque.

¶ Circa expensas factas per tutorem an credatur suo iuramento Notat ellegāter Bal.in.l.fi.§. In computatōne.C. De iure delie. ¶ Item no. Quod tutor uel curator qui est administrator necessarius Si damnificat minorem in contrahendo

uel in iudicio Est in optione minoris An uellit agere côtra administratorem. uel eius heredes ad emendandum damnum An uellit petere restitutionē in integrū. seu rem a tertio uendicare est tex. cum glo. in. c. Ex presentium De pigno. Et sic restringitur glo. c. Cum uenissent. De in inte. resti. et ibi Abb. ¶ Item no. Quod tutor solus non potest uendere Sed debet minori auctoritatem prestare. .ff. Si cer. peta. l. Singularis. Et si tutor contrahit de re pupilli illam alienādo Contractus est inutilis. ut. ff. De rebus eorum. l. Illicite. Emptio non ualet. Idem dic si heres post repudiationem hereditatis in fraudem emit omnia bona testatoris per se uel per interpositam personam. ut est casus in .l. Ex qui bonis. ff. De acqui. heredi.

Vacantia bona defuncti a nemine sunt occupāda. Vide supra. possessio. a.

Vacatura officia nemini dentur. Vide supra. Officium. f. 1. l.

¶ Vacantibus officijs auditorum seu pretorum curie vel presidum. pretorum. rectorum. vel merinorum. ciuitatum. vel locorum Qualiter alij sunt eligendi vide supra. Officium. g.

Vagabundi non permittantur in Regno. siue sint uiri siue femine. uiuere namque debēt de laboribus manuum suarum. nisi tales infirmi vel uiciati corpore fuerint. seu in magna positi senetute. seu etiam minores duodecim ānorum Ordi. Regis Hen. Tauri. l. xl.

¶ Confirmatur ista lex per omnes leges que sequuntur. per Regem Jo. ij. Madrid ãno domini M. cccc. xxxv. petiti. .xxxviij.

¶ Vagabundi Mendicantes et ualidi. siue sint uiri. siue femine per pretores locorum ut laborent. vel cum dominis biuāt coguntur. vel officia adiscant. Et hoc sic per loca publice preconizetur. Et nisi bagabundi hoc ut premittitur fecerint Eorum cuilibet quinquaginta dentur flagella. a locisque eiciantur. Officiales autem circa hoc negligentes perdunt officia. Ordi. Regis Jo. i. Burgis. peti. xx.

¶ Vagabundi. Mendicantes. No. quod pauper qui laborare potest si se immisceat elemosine imperatoris redigitur in seruitutem. ut. C. De mēdi. et uali. l. 1. li. xi. Et no. glo. in. § .1. lxxxij. di. Et ei qui potest laborare non debet ecclia prouidere ut. c. Non omnis. v. q. v. Et iustius feceris si iniuste petentē correxeris Quā

li ei deberis. ut notat glo. in dicto. § .i. lex.xiij. dl.

¶ Vagabundi qui de labore manuum suarum uiuere nolunt per quemcunque regnicolam capi possunt. ut ei per mensem sine salario seu premio seruiant. in quo mēse eis uictualia ad ministrare tenetur. Si uero nullus eos capere uellit per loci iustitiam ubi uagabundi degunt. lx. eis dentur flagella. et a locis expellantur. Justitia uero circa hoc negligēs. dc. soluat mor. Regis camere applicandos. Quorum tertia pars accusatori tribuatur. Ordi. Regis Jo. i. Briuiesca. l. xxi. vide supra. Lenones. a.

Vandam quam milites portare debent. et qui milites. et quibus utantur uirtutibus. vide supra. Miles. a.

¶ Vandum seu partialitatem studentes non sequantur vide supra. Studentes. nec epi. vel alij ecclesiastici. vide supra. Episcopus.

Vassallus Regis qualiter tenetur pro terra uel feudo. et cum quibus equis et armis seruire. et que pena imponitur non seruienti ut debet. vel a duobus dominis feudum tenens vide Foro nouo de Alcala. ti. xxxi. l. i. supra. Iudeus. c. Desertores. a.

¶ Vassalli Regis qui ad guerram armorum gentes tradiderint in seruicium Regis iurare tenētur circa numerum gentium quas tradiderint nullam adhibeant fraudem seu cautellam. Ordi. Regis Jo. ij. Burgis. anno. xxix. peti. i.

¶ Vassallis et alijs gentibus ad guerram per gentibus bene et integre Soluatur solidum quod pro guerra eis debetur. ut de hoc non conquerātur. Ordi. Regis Jo. ij. Burgis. peti. iij. anno. xxix. Et eiusdem Regis Madrid. anno domini Mill. cccc. xxxvi. peti. xij.

¶ Soluatur solidum. Et circa hoc est notandum quod miles qui capitur in bello nō debet habere salarium nec alia consueta sibi dari pro tempore quo steterit captus si prompte et eius leuitate et negligentia capiatur. Secus de milite qui improuisse capitur sine eius negligentia. et forte dum iter consuetum facit. uel epistolas fert ut dicit glo. in. l. i. C. De re milit. li. xij. uel forte dū necessitati nature seruiebat

Quia tunc reuersi ab hostibus recuperant stipendia et denaria medij temporis. Et est ar. quod si ambaxator capitur a latronibus uel inimicis sua culpa uel negligentia Quod pro tempore cauptiuitatis non debet habere salarium nec debent ei damna refici alias Secus de quo plene per Bar. in. l. Si seruus. § . Quod nemo . ff. De furtis. et tangitur in. l. Inter causas. § . Non omnis. ff. Mando. notat Jo. de pla. in alle. l. a. circa fi. C. De re mili.

¶ Item tempore guerre inquantum comode fieri potest Rex excusare tenetur ciuitates et loca sui Regni a traditionibus panis et uini et aliarum rerum. e. ordi. peti. iij. et in his nulla fraus vel cautella est permittenda. ut. e. ordi. peti. vj. Et eiusdem Regis Madrid. peti. xviij. anno Mill. cccc. xxxv. Item rustici laborantes inquantum comode fieri potest releuentur a guerra. e. ordi. peti. vij. Quod uassallis aut alijs subditis et naturalibus Regis debetur liberetur eis per tertios cuiuslibet anni in locis ubi cōmorantur. Ordi. e. peti. xxij.

¶ Vassalli Regis si aliqui moriantur Rex tenetur filijs eorum primogenitis de feudis patrum prouidere. Ordi. Ven. iij. in curijs Cordube. anno Mill. cccc. lv. vide supra. Miles .

¶ Vassalli Regis omni tempore Stent impromptum cum armis et equis. Et uassalli quilibet in suis territorijs alarde faciant Saltem semel in āno in prima die marcij. Vassalli uero Regni Castelle. Legionis. et Galecie. et de stirematuris usque ad Villā Regalem Sint ad guisam armati. Et abinde in Ādaluzia cum Regno Murcie ambulent ad ginetam. Vassallus uero cum alarde fecerit ad guissam arma tradat completa de guissa cum equo. vel cossero bono. et cum iumento vel faca. Si tamē alarde faciens solum equum tradat vel cosserum bonum Suffitiat ei tempore pacis. Si vero equum nō tradat quantumcunque iumentum seu iumenta habeat Non admittatur. Vassallus autem cum armis cōmodatis alarde faciēs Accōmodās equos et arma perdit. et ipse vassallus perdit feudum. valoremque armorum et equorum soluit. Pena vero huiusmodi Tertia pars iudici exequenti. Et tertia Regis camere. Residua vero accusatori applicentur. Ad accusationem autē huiusmodi qui

libet admittitur regnicula. Fiat autem alarde coram illis qui
pro Rege eum recipiendi habent potestatem. Homines vero
pro aliis venientes etiam si alibi hitent. vel ab aliis feudum hē
ant Separatim in alarde scribantur. et equos armaque tra
dant. ut de Regis vassallis supradictum est. Alias autē eorum
alarde minime recipiatur. Si vero tales cum dominis suis a
larde facere voluerint Hoc eis permittitur. Vassallus autem
Regis feudum seu acostamentum alterius domini non hēat.
ut pro eo in guerra cum lancea vel lanceis servire teneatur.
Quod si contrarium publice vel occulte fecerit feudum perdit
quod a Rege hűerit. et quod recepit a Rege a tempore quo ab
alio feudum accepit restituat. Si tamen Regis vassallus feu
dum ab alio tempore pacis accipere voluerit. vel tempore lō
ge tregue. Hoc ei permittitur dum tamen publice Regis feu
dum dimittat. Tempore vero guerre. vel cum de proximo
guerra speratur non licet ei. Quod si fecerit totum feudum
quod a Rege tempore pacis seu longe tregue levavit cum du
plo restituat. Ad accusationē vero huiusmodi quilibet admit
titur. pene vero predicte Tertia pars accusatori. Due autem
residue partes cum principali Regis camere applicātur. Hoc
idem in aliis comitum. ducum. militum. et scutiferorum Re
gni vassallis est usquequaque observandum. Et pena illorum
dominis applicatur. ut de Rege dictum ē. permittitur tamē
Regni magistris. ducibus. cōmittibus. et aliis gratias et do
na si voluerint Regis vassallis non ratione feudi dare. Pra
gma sanc. Regis Jo. i. Segobie. anno Mill. ccccxc.

Vassalli. Stent impromptum. Est tamen notandum Quod quando iniusti
tia domini est notoria Vassallus non tenetur eū adiuvare. Nam ad diffici
lia nulla fides se extendit nec obligatio. ut. ff. De pactis. l. Juris gentium. § . Si
ob maleficium. Nec societas nec confederatio. ut. ff. Pro socio. l. Nec permittē
dum. Quinimo nec expressa obligatio valet. ut. ff. De fidei cōmis. l. Si a reo. § .
Si reo. Nam qui ad turpem causam se referunt non oportet ad effectū produci.
ut. ff. De anuis lega. l. Quintus nuncius in fi. Item quia talium iuratio est
contra ius divinum. ut no. In auctē. De nupci. auctē. Quod eis. Sed est alius
casus mirabilis in quo vassallus tenetur dominum iuvare Etiam si sciat eum in

iustitiam habere. f. ad domini defensionem. Sed qualiter hoc procedat. nõne dominus faciẽdo iniustitiam prouocat in se guerram. ar. in h. Feu. ti. De mili. uassa. qui contumax est. c. i. in fi. Respondeo quod non Si prouocat in se guerram passiuam Secus si actiuam. Sed alia ratione uidetur quod non debet eum adiuuare contra iustam defensionem Quia istud auxilium est a iure prohibitũ. Nam lege cauetur quod non licet propulsare legitimum aggressorem. ut. C. De his qui ad eccle. confu. l. Si seeuus. ¶ Item quia hoc est contra iustitiam que nõ tribuit ius suum unicuique. ¶ Item nec iuris diffinitio competit Quia non est ars boni et equi. ¶ Item sceleratis prestare patrimonium defensionis est legibus et ipi nature ualde contrarium. ut. C. Ne sacrum bap. l. fi. in. fi. Et. C. De defenso. ciui. l. Per omnes. Bella enim iniusta sunt quedam latrocinia. ut no. ff. De iure iuran. l. Ex hoc iure. Et si dicatur consuetudo feudorum hoc habet Respõdetur quod abhominabilis consuetudo non est seruanda. Sed etiam si materiam consideremus adhuc absurdum est quod uassallus in defensione iniusta prestet auxilium et fauorem domino delinquenti ad delinquẽdum. Et ideo debet teneri quathenus delinquit. ut no. in. l. ii. §. Si quis non homines. ff. Vi. bo. rap. Et per Innoce. in. c. fi. extra. Quod metus causa. Et extra De iniuris. c. In nra. Sed quidquid dixerim aliud est dicendum propter securitatem feudorum ut fauorem defensionis ar. ff. Qui et a quibus. l. Prospexit. Et põt hac ratione suaderi. quod usus armorum est prohibitus offẽsori. inscio principe. ut. C. Vt armo. usus. l. i. li. xi. Et idõ propter eius odiositatem facilius est defensio permittẽda. ut in rubrica Hic finitur lex et c̃. ¶ Item quia tutella non est proprie maleficium Etiam si iniusta sit defensio. ut. l. i. C. De bonis. eorum. qui mor. sibi cõsci. ¶ Item ad unguem discernere causas bellorum que aliquando sunt occulte difficile est Quia locus et tempus non patitur intricataque sũt facta bellorum. Et ut Dauid ait Nunc hunc. nunc illum cecidit gladius. notat Bal. in h. Feu. ti. De mili. ua. qui cõtumax ẽ. c. i. ¶ Item no. Quod tenetur uassallus adiuuare dominum contra omnes hoies Etiam contra patrem filium et frem. non tamen contra principem nec contra dominum antiquiorem. nec contra se. ut h. Feudorum. rubrica Hic finitur lex et c̃. §. fi.

¶ Item no. Quod homines seu uassalli Regis non sũt Regis uassalli. ff. De uerbo. signi. l. Modestinus. Sicut nec libertus liberti mei est meus libertus. ut. ff. De libe. agno. l. Si quis a liberis. §. Si quis a libertis. ff. De ali. et ciba. lega. l. Alimenta. §. i. Et facit. lxxxi. di. Legitur. Ex quo no. Quod licet magni barones comites seu duces et alii similes sint immediate uassalli seu homines legii Regis Castelle Tamen homines ipsorum baronum seu comitum nõ sunt homines ipsius Regis. ix. q. iii. Nullus primas. De offi. ordi. c. Pastoralis. et. c. Romana Licet sint sub potestate et principatu Regis. Et inde is habet imperium generalis iurisdictionis. seu potestatis quod pluribus modis accipitur. ff. De uerbo. sig. l. Potestatis uerbum. Et sic omnia sunt Regis quantum ad iurisdictionem Cum sit dominus sui Regni. ut. C. De quadri. prescripci l. Bene a zenone. ff. Ad. l. rodiam. De iactu. l. De precatõ. xxiii. q. viii. Conuenior. Sic et omnia que sunt in regno Regis castelle Quantum ad iurisdictionem generalem. viii. di. Quo iure

¶ Item no. Quod si baro uel comes Regis facit guerram cõtra Regem nõ tenẽtur

sui homines seu uassalli eum adiuuare Cum baro insurgens contra suum Regem incidat in crimen lese maies. eo quia directe uidetur contra principem facere. ff. Ad. l. iulli. maies. l. i. vi. q. i. § . Uerum. &. Quisquis cum militibus. lxxix. di. c. .ii. Quia Rex castelle princeps est in Regno suo cum in temporalibus superiorem non recognoscit. qui filii sunt le. Per uenerabilem. Ideo homines sui nō tenētur illi in tanto crimine obedire. non enim opem fert qui ad peccandum adiuuat. .xiii. q. vi. Si res. Nec preceptum illius eos excusaret. ff. De acti. et obli. l. Seruus. xi. q. iii. Non semper. Nec etiam iuramētum ad hoc eos obligat. quia non est cōstitutum ut sit uinculum iniquitatis. xxii. q. iiii. Inter ceteras. Et rei turpis nulla est obligatio. ff. De uerbo. obli. l. Generaliter. Et in omni iuramento auctoritas superioris intelligitur excepta. De iure iuran. Uenientes. ¶ Item. Quod si comes habet guerram cum alio comite et precipit uassallis suis ut eū adiuuent. Rex uero precipit eis quod iuuent eum contra alium Regem qui uult occupare Regnum suum Potius debent obedire Regi quam comiti Quia sunt uocati ad maius tribunal. ff. De re iudi. Contra pupillum. § . fi. Nam in tali casu Rex qui habet administrationem Regni uocat eos pro cōi bono. s. pro defensione patrie et Regie corone. ideo sibi de iure gentiū tenentur obedire. ff. De iusti. et iure. Uel uti. i. di. Ius gentium xxiii. q. iii. Fortitudo. Nam pro defensione patrie licitum est patrē interficere. ff. De reli. et sump. fu. l. Minime. Et publica utilitas includens in se priuatam prefertur priuate. De postu. prela. c. Bone. idē. Si tamen Rex uocaret eos pro aliquo Regno non tangentem publicam utilitatē Potius tenerentur obedire cōmiti domino suo. ut concludit Spec. ti. de Feudis .§ . i. &. xvi. qō.

¶ Item unus solus uassallus pro duobus alarde faciens per annum in taracana seruiat. et perdat feudum si quod habet a Rege. Et si humilis sit seu de uilioribus triginta puniatur flagellorum fustibus. Ordi. Regis. ii. Zamore. peti. xvii.

¶ Addit Rex Io. ii. in ordinationibus quas burgis fecit. anno. Mill. cccc. xxix. quod generosus pro duobus alarde faciens. vel cum pluribus dominis. et cum uno equo pro pluribus per decēnium in taracanis seruiat. Et si humilis sit centum flagella patiatur.

¶ Uassalli Regis ab eo feudum vel terram tenētes personaliter in guerra seruire tenentur. nec pretextu alicuius officii vel alia quacunque causa excusantur. quod si non fecerint ultra alias penas a iure statutas feudum et omnia bona perdant nisi forte aliquam legitimā iuris habuerint excusationem. Ordi. Regis Io. ii. Zamore. l. fi.

¶ Uassalli Regis qui ab eo feudum hn̄t Si pretextu clicatus ne

dias secularis iurisdictionem declinent Ipso facto terrā seu feudum perdunt. Pragma. sanc. Regis Jo. ii. Scalona. anno Mill. cccc. xxiii.

¶ Vassallus quid debet domino soluere. Et an potest se ad Regalengo transferre. Et an solare cum onere tributi dimittere possit Et alia. circa hoc uide Foro nouo. Regis Al. de Alcala. ti. xxxiii. l. i. ii. et. iii. et per totum.

Vassallus nō admittitur maliciose contra dominum suum cōqueri. Ordi. Peti. Regis Al. de Alcala. Peti. iiii.

¶ Vassallus pro domino admittitur ad reptādum. Vide supra. Reptare. b.

Vassallus. Et circa hanc materiam queritur An si uassallus fidejubet pro inimico domini perdat feudum. dic ut no. in Spec. de Tregua et pace. § . i. Nam si causa tang't iniuriam domini Priuatur feudo alias non Quia non tenetur pro domino gratas inimicicias procurare. nec alienus fieri a cōuersatione amicorum. no. Bal. in li Feu. ti. Que fuerit prima causa. unde admit. c. Porro si domino.

¶ Item est notandum Quod is qui per alium uadit ad guerram. et alterius expensis Nullam habet excusationem a solutione debitorum propter dilationem a Rege concessam generaliter omibus euntibus ad guerram. ar. l. Filius. ff. Delegatis: et ibi doctores.

¶ Vassallorum Regis lāce diuiduntur et soluuntur. Vt supra. Lancee. a.

Vectigal perpetuum uel decramā minime Colligatur sed a uenditoribus et emptoribus soluatur pro ut in quaterno vectigallium continetur. Ordi. Regis Jo. i. Sorie. Peti. xiiii.

Vectigal. Quid debet. no. quod non debet solui uectigal seu gabella de proprio uictu nec de eo quod ad fiscum portatur. nec de ruralibus instrumentis. de aliis autem et de his que causa negociationis portātur debet solui. ut. l. Vniuersi. C. De uectiga. et comi. et ibi Bal.

¶ Item no. Quod non debet solui pedagium guidagium. nec per consequēs altera Nisi de his que negociationis causa portantur Secus si ad propriam utilitatem aliquid feratur. no. glo. c. Super quibusdā. De uerbo. sig. super parte Pedagia. No. quod non soluitur alcauala seu gabella de agro. nec. de māso ecclie. ut. c. Secundum canonicam xxiii. q. viii. ubi glo.

¶ Vectigal. Item no. Quod cōfiscatio in uectigalibus fit ipso iure. ff. De publica. l. Cōmissa. Et alibi in auctē. De incestis nupci. in prin. Et sic priua tractatur sententia quam processus fiat Quia est sententia legis que iustificatur in semetipā

cum non possit esse dissoni ueritati. et sententia hominis non ualet Quia esset in ta facto et ordine peruerso. ut notat Bal. Super rubrica. De rerum diui. ff. Ubi notat ipse quod collector gabellarum non potest prorogare terminos legales Nisi in rem suã sit minister. ff. De uerba. obli. l. Qui rome. §. Calimacus. Tamen eius culpa nocet domino in obmittendo. ff. De pactis. l. Imperatores. et. ff. De publica. l. fi. §. Si quis professus. ¶ Item no. Quod licet maritus solus uere possideat rem dotalem tamẽ quo ad munera publica separatur dos a ceteris bonis uiri et per se censetur. et non est ponenda in extimum simpliciter. Sed tanquam res dotalis. ut. ff. Ad munici pa. l. Lucius. §. Idem respondit. ubi est tex. notabilis no. Bal. in. l. Sciendum. §. Si fũdus. ff. Qui satisda. cogun. ¶ Nota quod licet aliqui dicunt quod si sit perfecta uenditio et partes recedant a contractu. Quod gabella non debetur dissoluta uenditione. Quia ad pristinam causam res redoit. per tex. l. Uoluntate. iũcta glo. ibi. ff. Quibus modis pigno. uel hypo. sol. Uidetur tamen contrarius tex. in. l. i. ff. De freuis expor. Angelus tamen in. l. Iuris gentium. §. Adeo. ff. De pactis indistinte tenet quod debeatur gabella. Quia illud quod dicitur in. l. Ab emptõne. ff. De pactis. et. c. i. De regu. iuris. habent locum in preiudicium partium contrahentium. non in preiudicium tercii. Cui est iam ius quesitum ex primo contractu. ut l. Si insulam in fi. et. l. Si mulier. iuncta glo. ff Solu. matri. et. l. Stipulatio. De docte. ff. De iure. doci. Et ideo dicit ipse Si de contractu debet solui gabella ciuitati. licet re integra contrahentes a contractu discedant Nichillominus de contractu illo debet solui. Facit optime. l. i. §. Si rem. ff. De positi. Colligatur. Item si gabella debet solui de licte inspicitur quod petitur Non quod debetur. no. l. ij. ff. De iure. oim iudi. .l. fi. An exceptio non solute gabelle per emptorem obstet contra uenditorem quõ uenditor soluit gabellam. no. Bar. ff. De eo. per quem factum est. l. fi. §. Sed et si stipulator. ¶ Itẽ si de contractu debet solui gabella An debeat solui de distractu simplici Dic quod non nisi transeat in nomen contractus. no. Guillelmus. et Bar. in. l. ab emptione ff. De pactis. ¶ Item si de qualibet alienatõne debet solui gabella An de cessione iurium naturalium debeat solui. dic quod si traditur possessio rei solui debet. alias nõ. ad hoc no. glo. in aucte. Litigiosa. C. De litigiosis. et Butri. in. l. Si quis matre. ff. De procura. Et no. per Bar. in. l. i. §. Nouissime. ff. Nau. cau. sta. in. l. In comissoria. ff. Locati. ¶ Item no. Quod uestimentorum et annullorum non debet solui gabella no. Bar. ff. Ad. l. rodi. De iactu. l. ij. §. Si nauis alias. pro casu. l. Censoria. ff. De uerbo. signi. ¶ Item no. Quod potest publicanus uendere rem propter gabellam uel tributum non solutũ ut. l. Creditor ff. De acti. empti. Si quis plus exigat de gabella quam debeat tenetur furti. uide. l. ij. C. De his qui notatur infami. Si fraudata gabella in mari. merces alique licite alique illicite portantur. An omnes perdantur. An ille solum que illicite portantur. no. Io. de are. et Cy. in. l. Cum proponas. C. De nauti. feno. uide. l. Cotem. ff. De publica. ¶ Item no. Quod exigens gabellam ultra debitum uel pro mercibus pro quibus solui non debet Pena capitali tenetur. l. Uniuersi. C. De uectiga. ¶ Item no. Quod quelibet ciuitas potest imponere et releuare gabella a iure permissam. et applicare ad quoscunque usus. C. De uectiga. l. Uectigallis. et Bar. in. l. Non quidam. C. De noua. uecti. insti. non po.

¶ Item no. Quod de venditione potest solui gabella. non de conventione de vendendo ut notat Ducri. in. l. i. C. De pactis pigno. ¶ Itē no. Quod cives possunt inter se gabellam imponere non tamē forensibus absque principis auctoritate. ut. l. De ctigalia. ff. De uecti. et ibi Bar. Cōductor uectigalis qui maximos huit fructus in primo anno compellitur sequenti anno conducere. ut. l. Cotem ff. De publi. § fi. Si portans illicitas merces inuenitur in uia An potest puniri. no. Jo de are. in dicta. l. Cotē. §. Dn̄s. An propter sterilitatē fiat remissio. ea. l. §. Maximos. Idem si propter guerram. ut ibi Bar.

¶ Vectigal pereuntes ad nundinas seu ferias liberas in locis soluatur a quibuscum mercancijs suis exeunt. vide supra. Mercatores. a.

¶ Vectigallium collectores tuta ut in ciuitatibus compareant non atent nisi ut permittitur supra. Citatio. i. et Collectores. v.

¶ Vectigallium et monetarum lites pretores audiāt ordinarij vide supra. Moneta. c.

¶ Vectigal colligitur. vt supra. Cōcilium. c. vide supra. Tributum per totum. et supra. Exactio. et supra. Impositio. et supra. Alcauala. et supra. Repartitio.

¶ Vectigal tenetur clericus soluere. vide supra. Clericus.

Venditio si est facta ultra dimidiam iusti precij Si venditor dicat quod rem decem valentem pro minori precio de quinque vendidit. vel si emptor dicat quod rem que decem ualebat pro maiori precio de quindecim emit Tunc enim emptor Suplere tenetur iustum precium quod res emptōnis tēpore ualebat. vel rem venditori recepto precio quod ei dedit restituere. Vēditor uero tenetr restituere emptori id quod ultra iustum precium recepit. vel tenetur rem recipere quā vēdidit. et precium quod recepit emptori restituere. Hoc idē in arrēdationibus permutationibus et alijs similibus est obseruandum contractibus. Etiam si per publicam fiant Subastationem. Quod habet locum a die quo tales fiunt contractus usque ad quadriennium. et non amplius. Foro nouo Regis Al. de Alcala. ti. xvij. l. i.

Venditio. Suplere tenetur. Concor. l. ij. C. De rescin. uen. Et tex. et glo.

singularis in. c. Cum causam. De empti. et uendi. Et ibi Hen. Et. d. parti. co. ti. l. Agena cosa. Et foro legum. c. ti. l. v. Et unde quod ibi dixi. Et foro. ius. h. . d. ti. iiij. l. vj. cum se. Est tamen notandum Quod ista lex habet locum quādo quis decipitur in precij ualore Secus si decipiatur in quantitate pondere uel mēsura Quia tunc poterit agere ad quantitatis. uel ponderis suplementum Etiam si nō sit ultra dimidiam deceptio. ut est glo. singularis in. c. Per tuas. De donati. Similibus. An autem lex ista hēat locū in contractu transationis Vide per glo. in alle. c. Cum causam. et per Bal. in dicta. l. ij. C. De rescin. uen. op. viij.

¶ Item an si ex uendictione uenditor sit deceptus ultra dimidiam iusti precij. et emptor obligauit alij rem quam emit. et postea uenditor primus retraxit rem per huius legis remedium An res remanet obligata. uide Jo. an. in addici. Spec. ti. De soluti. super rubrica in fi. Subastationem. Hodie contra. j. l. proxima. Idem si per apreciatores fiat. ut ibi. Et idem quod hic notat Hen. in. c. Cum dilecti. De emp. et uendi. ¶ Item in eo quod hic dicitur quod idem in aliis contractibus similibus Dico quod in aliis contractibus non est in facultate recipientis resarcire precium Nisi ubi cadit emptio quod no. Hoc tenet. Cy. in. l. Unica. C. Cōmunia utriusque iudi. Et ita si permutaui et fui deceptus in tertia Illa tertia diuidetur si diuidi potest uel cōmunicetur Nec erit in facultate tua dare partem precij.

¶ Item si uendens dicat dono in quo res plus ualere reperiatur et c̃. An cesset huius. l. Remedium. notat Bar. in. l. Si quis cum aliter. ff. De uerbo. obli. Talis tamen donatio refertur ad modicam quantitatem. ut. ff. De contrahen. empti. l. Hanc legem. ff. De positi. l. Publici. in fi. Et uide Bar. in. l. Si quis donatōnis. ff. De contrahen. empti.

¶ Gabella soluenda est de re tantum que tradita est. ut no. glo. in autē. Litigiosa . C. De letigiis. et Butri. ff. De procura. l. Si quis mērem. Et unde quod notat Bar. in. l. i. §. Nouissime. ff. Nau. cau. sta. et in. l. In cōmissoria. ff. Loca.

¶ Item no. Quod ille qui emit uectigal uel pedagium Videtur emisse penas transgressorum. ut. ff. De acti. em. l. Creditor in prin. Et ibi Cy. in addici. Bal. in. ij. lj. Feu. ti. i. De feudi cognitione. l. Sciendum est. ¶ Item no. Quod colligentes pedagia debent tenere itinera secura. unde si fit aliqua robaria in eorum curia uel territorio seu districtu ab eis possessis ubi exiguntur pedagia tenentur restituere. uel malefactorē exhibere. ff. De incē. rui. et nau. l. Ne quid. ut refert Bal. in lj. Feu. rubrica. De pace. iura. fir. § . Conuenticulas. ¶ Item no. Quando emptores gabellarum lucrantur penas et bāna. ut dixi. quia sunt in fructu. ut dicta. l. Creditor. Et similem. l. Habes. C. De uectiga. et cōmiss. l. Si quis. et ibi Cy. no. Bal. in. l. i. C. De fructibus et litis expen.

¶ Ad quadriennium. Nota ad hanc. l. premittendo quod pecunia fuit inuenta ut inter contrahentes equalitas seruaretur. lxxviii. di. l. Siciens. De rerum per. c. Ad questiones. Non enim seruatur equalitas iustitie ex parte uenditoris Si res uēditur plus iusto precio. Nec ex parte emptoris Si rem emit minus iusto precio ut hic et alle. c. ij. De empti. et uēdi. Facit glo. x. q. ij. Hoc ius. Et cum in illa parte sit inequalitas et iniustitia Non adest bona fides. licet contractus sit inhitus sub nomine uēditionis. Et hoc uerum si deceptō sit notabilis in precio. ut quia ultra dimidiā et c̃. ut hic no. Jo. calde. in suis questionibus. q. xij. An uendens re

ad certam mensuram si ante traditionem minuatur quantitas uel mensura An potest agere emptor ad suplementum quantitatis uel mensure. Ven. in. c. Per tuas. De donati. ¶ Item an uenditor potest precise compelli ad factum traditionis rei uendite emptori. no. Ven. in. c. Cum Johēs. De fide instru. i. di.

¶ Rex tamen Jo. i. in ordinatione sone peti. iii. statuit quod uenditio per appreciatores facta cum emptorum compulsione. ut supra. Collectores. c. Vel etiam uenditio publice facta non potest pretextu deceptōnis ultra medietatem iusti precii. nec alias retractari.

¶ Rex tamē. Ultra medietatem. Et sic seruatur in pratica ista. l. Et idem intelligo si res ipsius qui est uictus daretur insolutum uictori per iudicem secundum formam. l. Aduo pio. §. In uenditionibus. ff. De re iudi. Et quare hoc fiat Vide rationē per Val. in. l. Ordo. C. De executi. rei iudi. Est ergo ut ille uicto quod res eius subastetur. et non adiudicetur uictori. ut no. glo. in alle. §. In uenditionibus. Aduerte tamen ad unum dictum Var. in. l. Si tamen nulla. ff. De re iudi. quod ad hoc quod sit tutum remedium emptori in subastatione quod cum optinuit rem ex causa iudicati Obtineat sententiam uel exemplum sententie autenticum et acta processus. Est tamen uerum. ut ipse Var. no. in. l. Acta. ff. e. ti. Quod si in sententia fiat mentio de actis processus. et sententia fuit lata presentibus partibus Per talem sententiam probātur acta. Ita notat Janocē. in. c. Cū in iure. De offi. dele. ubi alii moderni.

¶ Venduntur pro Regis iuribus in publica subastatōne Bona meliora collectorum. et suorum fideiussorum mobilia usque ad triduum. Jn mobilia uero usque ad. x. dies. Et si usque ad quantitatem debitam concurrentes emptores non reperiuntur Dantur appreciatores et emptores. ut supra. c. Collectores. c. Ordi. Regis Jo. i. Burgis. peti. xvii. cum sequēti.

¶ Venduntur. Bona meliora. Est tamen notandum Quod non debet domus destrui non soluentium collectas uel condemnationes. Nec possunt accipi tegule de tecto uel hostia ut uēdātur pro debito publico. ut no. Bar. in. l. Cetera. §. Sed si quis cum sequenti. ff. De le. i. ¶ Item no. Quod. ī. tempus subastationi statutum quilibet ueniens admittitur. licet alteri res fuerit uēdita. ut. l. Si tempora. De iure fisci. li. x. Usque ad triduum. Sed pone quod Rex mādauit exactori ut compelleret omnes debitores fiscales coartatione qua sibi uidebitur An talis exactor debeat seruare legem municipalem seu consuetudinem Vide quod no. supra Rex. a.

¶ Vendere. dare. seu permutare nemo audeat Regni naturalium equos seu equas maiores uel minores sine spāli Regis licētia extraneis a Regno. quod si fecerit quidquid receperit seu

pro dictis bestijs hitutus est Et tantumdem de suo perdat et debet donec dicta soluerit penã incarcerari. ¶ Item nemo extraneus sine speciali Regis licẽtia Jam dictas bestias sic vẽditas. permutatas. seu alias alienatas per se uel per alium accipiat. quod si fecerit bestias et bona perdit que habet. Pretor autem rerum vetitarum vel suum locum tenens premissam exequatur penam. Fiat autem inquisitio super hoc. vt supra Inquisitio. e. Si uero pretor ad hoc exequẽdum auxilium petat Debet ei per concilia locorum et per custodes castrorum vel fortaliciorum. et per alios quoscunque impartiri sub. xv. mille moro. pena. Et super hoc personaliter singulares persone coram Rege. Concilia uero per procuratores usque ad. xv. dies comparituri citentur. Quicumque autem extraneus a Regno res uetitas extrahens cum tunc capi nõ potuit ubicunque potest Regno hẽri poterit Capiatur et occidatur. bonaque sua perdat. Ordi. Regis Jo. i. Guadalfa. l. xix.

¶ Vendere. Circa hoc no. Quod uenditione prohibita Videtur prohibita pignoratio. cum per pignorationem perueniatur de facili adistrationem. ut. l. ii. C. De iure docti. impe. et. l. Lucius. ff. De pigno. no. Abb. in. c. In causis. De ellecti. Et sic no. Quod uendictionis uerbum extenditur ad omnem alienationem. Et sic prohibitus uẽdere prohibetur permutare et donare. no. glo. fi in. c. Ex parte. De postu. et uide. l. Statu. liberi. in fi. ff. De sta. ho. Et per legistas. in. l. Sancimus. C. De rebus alli. non allie. Et hoc procedit nisi in distractione fieret mẽtio seu cõmemoratio precii Quia tunc intelligitur stricte de contractu uenditionis. ut est tex. notabilis in. l. fi. C. De predijs. decu. siue de. nõ allii. l. x. notat Abb. in. c. Ex parte. supra allegato.

¶ Vendantur greges seu armenta per hitantes intra. xx. leucuas regnicolis habundantibus. ut possint per uendentes auctores nominari. contrarium autem facientes rationem non dantes quibus vendiderunt tanquam publici extrahentes puniantur. Eadem ordi. l. xx.

¶ Venditio potest libere panis et uini fieri ante quã colligatur nisi in fraudem fiat usurarum. Ordi. Regis Jo. ii. Madrid. peti. xv. anno Mill. cccc. xxxiii.

¶ Venditio. Potest libere. Regulariter enim non cogitur quis rem suam inuictus uendere. C. De iure deliberando. l. Nec emere. et De contrahen. empti. l.

Nec invictus. Fallit in casibus ibi notatis. Unum tamen ne. quod tempore neces
sitatis si carestie cogitur quis uendere minus iusto precio. ut no. in. l. i. §. Quesi
tum. ff. Ad. l. rodi. De iactu. ¶ Item cogitur quis uendere iusto precio res que
sunt ad comunem usum hominis. ut carnes frumentum et similia. ut in iuribus
supra alle. et in. l. i. §. Cura carnis. ff. De offi. prefec. preto. ubi hoc notat Bar.
et uide Pen. in. c. i. De emp. et uē. ij. disti. et ibi Colle. et Bar. in. l. Nemo.
. C. De iude.

Vendita res patrimonij uel auolengi potest per proximio
rem usque ad. ix. dies a die uenditionis cōnumerādos retrahi
nec talis potest ignorantiam si in patria fuerit pretendere.
vide supra. pspalen. e.

¶ Patrimonij. Et ad hoc no. Quod prohibitus emere in loco non prohibetur eme
re bona que fuerunt antecessorum suorum Idem si illa predia ueniunt iure heredi
tario. ut. l. i. ff. De decurio. et. l. Nullus. C. Quibus ad conducenda prediorum
fiscalium et c̃. lj. xi. De materia hujus. l. uide quod plene scripsi Foro legun. lj.
. uj. ti. Delas uendidas. l. Todo onbre.

¶ Vendi non possunt pro debitis arma seu equi militis uel gene
rosi. vide supra. Miles. b.

¶ Venditio mauri potest retrahi ad redimēdum xpianum pro
eodem precio. vide supra. Captiui.

¶ Venditio facta in fraudem usurarum probatur. ut infra. V
sura.

¶ Vendens et emens quam mēsuram uel pondus obseruare te
neantur. vide supra. Pondera. a.

¶ Vendere possunt decimarum custodes seu terceri decimas. vi
de supra. Decima. c. d.

¶ Venduntur bona debitorum Regis. vt supra. Collectores. c.

¶ Vendi et emi possunt libere in toto Regno equi et eque et ce
tera. vide supra. Equus. b.

¶ Vendens et emēs res uetitas extraneis a Regno punitur. vt
supra. Equus. c.

¶ Vendens medicamenta nociua an puniatur. vide quod no. su
pra. Occidens per insidias.

¶ Venduntur bona que in potestate arrendatorum reperiun
tur pro debitis Regis. vide supra. Bona. c.

¶ Venduntur arrēdatoris bona mobilia usque ad triduum im

mobilia usque ad .xx. dies. vide supra. Judex .i.

¶ Venatõ cum apis minime permittitur. vide supra. Cipus .a.

¶ Venatio. No. quod prohibita uenatione generaliter permittitur uenatio luporũ et aprorum .i. porcorum. ut in lī. Feu. rubrica De pace tenẽ. c. i. §. Si quis rusticus. et ibi no. Bal. An autem Rex uel alius dominus potest prohibere uenationẽ perdicum seu columbarum Vide Bar. in. l. Diuus. ff. De serui. rusti. pre.

¶ Venari perdices vel lepores tempore niuium non licet. vide supra. Perdices. et supra. Lepores.

¶ Vene auri et argenti. necnon minere et saline pertinent ad Regem. vide supra. Minera. a.

Veniam generalem indulget Rex de maleficiis commissis preter alleue vel proditionem. seu securam mortẽ. dum tamen Jnimici occidentis ueniant concedãt. Ordi. Regis Jo. .i. Burgis. Petri. fi. Et in sua Pragma. san. quam ibi fecit. ubi ponit formam venie. vide supra. Rex. b.

Veniam. Jnimici. Est tamen notãdum Quod sufficit quod pax fiat. seu uenia concedatur a maiori parte offensorum uel heredum. licet ab omibus nõ fiat. no. Bal in. l. Cum inter ueteres. ff. De fidei cõmi. liber.

¶ Venie rescripta Regis qualiter expediantur. vide supra. Littera. a. Rescriptum. B.

¶ Venie rescripta per que aufertur ius partis in accusando seu petendo res ablatas non ualeant. nec effectum consequãtur quãtumcunque per ea iustitie inhibeantur. quo non obstãte Justitie complementum partibus faciant. Et talia rescripta secundum formam intelliguntur legum Regni antiquarum Et casus in eis contenti fuerint excepti. alias non valent rescripta venie aliter cõcessa. Et etiam si excepta fuerit Taliter veniã consecutus nichillominus tenetur res restituere ad que tenetur de iure vel de facto. Et quo ad hoc nichil prodest sibi venia. ¶ Item dicta venie rescripta in statutis ab vno prelato. et ab uno milite. et tribus doctoribus residẽtibus ĩ cõsilio firmẽtur. Secretarius autem. regestrator. nec cancellarius nec suorum loca tenẽtes nõ admittant. nec transeant aliter venie rescripta concessa. quod si contrarium fecerint officia perdant. Et aliter rescripta venie impetrantes nullam spem

.D. ii.

habeant consequi veniam delictorum suorum. Et pro cõfessis atque cõuictis chriminum et excessium in eis contentis hẽan tur. Et nichillominus cõtra eos possit de iuris rigore procedi Et talia rescripta nec vallent. nec aliquem consequuntur effe ctum. Etiam si in eis istius legis et aliarum legum que super hoc loquuntur expressa mentio fiat. Et etiam si in eisdem re scriptis inserta et incorporata sint de uerbo ad uerbum. Et si dicatur quod hoc procedit de Regis voluntate. et de eius sci entia. et proprio motu. et potestate absoluta cum quibusuis derogationibus et abrogatõnibus Rex absoluit a penis in eis contẽtis iustitias eadem rescripta non adimplẽtes. Ordi. Re gis dñi. iiij. Tolleti. ãno Mill. cccc. lxij. peti. xlij.

¶ Venia que pretextu priuilegiorum in castris frõtarie residẽti bus concessa An et qualiter extẽdatur. vide supra. Priuilegi um.

¶ Verborum significatio. vide supra. Significatio. a. b.

¶ Verdugo vide supra. Executor chriminum.

Vestes et ornamẽta que portare possunt milites. proce res. generosi. scutiferi. rustici uxoresque istorum. nec nõ et expẽse et cõuiuia que in spõsalibus. matrimoniis. bapti smis. et funeribus fieri possunt continentur In ordi. Regis. Al. de Alcala. circa fi. quas hic nõ insero Quia indessuetudinẽ abierunt.

¶ Vestes. qui possũt uestes preciosas seu deauratas tradere. uide. C. De uestibus oloberis et deauratis. li. xi. per totum.

¶ Vestes quas possunt milites. vel scutiferi. seu alij ciuitatenses portare. vide supra. Miles. a.

¶ Vestes quas desuper iudeus portat perdit nisi signum defe rat. vt supra. Judeus. b. x.

¶ Vetitas res uendens vel extrahens a Regno punitur. vt su pra. Equus. c. Extrahens per totum.

Vexilla ciuitatum cum Regis mandato a ciuitatibus pro deunt. Rege in patria nõ existẽte non debẽt cuiusquã

domini in ciuitate existentis capitaniam sequi. Omnes tamē domini et proceres. et quicunque alij capitanei in ciuitatibus existentes tenētur ciuitatum vexilla sequi. Idem de omnibus alijs ciuitatum hoībus pedestribus. seu equitibus qui omnes vbicunque steterit dicta vexilla sequi tenentur donec ad ciuitatem redeant. Regē tamē seu infantem Regni heredem tenentur dicta uexilla sequi. Cum autem ciuitatis uexillum decesserit sequantur gentes quem Rex imperauerit. Ordi. Regis Io. ij. Zamore. Peti. xvij.

¶ Vexillum coram Rege portans a cōsilio ubi Rex ingreditur .xij. moro. habere debet. vide supra. Officiales. d.

¶ Via vide supra. Itinera per totum.

Victualia libere per Regnum tradantur Statutis cōtrarijs non obstantibus. Ordi. Regis Hen. i. Tauri. l. Penulti. Et eiusdem Regis in Alcala. l. fi. vide supra. Panis.

¶ Confirmatur ista. l. per Regem Io. ij. in curijs de Vallid. anno. Mill. cccc. xlij. Peti. xix.

Vidua infra annum lutus nubens. dc. soluat moro. Regis camere. Ordi. Regis Al. de penis. l. xij. Et ordi. Hē. ij. de penis. l. xij.

¶ Rex tamen Hen. ij. in sua pragma. san. Segobie. āno Mill. .cccc. i. statuit quod vidua sine aliqua pena et sine aliqua infamia potest libere secundo infra ānum luctus cuicunque uoluerit nubere. non obstantibus legibus fori et ordinatōnum et alijs quibuscunque legibus super hoc editis in contrarium que anullantur. Iudices autem contra hoc in preiudicium dictarum viduarum seu eorum qui cum eis contraxerint nil attemptare presumant sub pena duorum mille moro. pro Regis camera. Insuper uero contra facientes coram Rege citātur.

Vidua. Concor. quod scripsi Foro legum. li. iij. ti. i. l. penultima. Et ultra illa Abbas de cecillia in. c. fi. De secundis nupti. comunē oppinionem doctorum recitando. s. quod pene impositis in odium secundi matrimonij. seu propter festinantiam contractus matrimonij. i. annum sunt sublate. non tamē pene appo

.D. iij.

sitio in fauorem filiorum primi matrimonii. qui apponuntur mulieri transeunti ad secundas nuptias post annum Quia ille non sunt apposite in odium matrimonii. Sed in fauorem filiorum. cum qua concor. Bar. in. l. Decreto. C. Ex quibus causis infa. irro. et Bal. ibi hoc etiam si oriatur incertitudo prolis. ut concludit Abbas in dicto. c. fi. contra oppinionem Pauli deleaza. et Bal. in dicta. l. Decreto et Bar. in dicta. l. Liberorum. ff. De his qui no. infa. et Pe. de ancha. in repetitione. c. Canonum. De constitu. per aliquas ratõnes per eundem Abba. alle. Et dicit plus quod si audatia contenderetur ipse teneret contra cõmunem oppinionẽ quod etiam penas inflictas fauore filiorum mulier non incurrat Quia esset causa impediendi matrimonium a deo concessum. Item ex defectu potestatis cum imperator non habet potestatem interdicendi matrimonium ad tempus. nec imponẽdi penam per quam tollitur indirecte libera facultas contrahendi. facit quod notat Jo. an. in. c. Statutum. De hereticis. li. vi. Non enĩ negari potest quin ex istis penis etiam infictis fauore filiorum intimidetur matrimonium. et tollatur libera facultas contrahen. Et sic posset mulier peccatum fornicationis incurrere a secũdo matrimonio abstinendo. incurrit tamẽ penas iuris ciuilis ex suo facto. ut puta quia obligauit se ad tutellam filiorum. et postmodum nõ redita ratione nec petito tutore filijs Transiuit ad secundas nuptias. ut. l. Matri. et aucte. Eisdem penis De secundis nuptijs. Nam non punitur quia contraxit Sed quia nõ licite administrauit alias sicut administrare tenebatur. dicit tamen Abb. quod in iudicando uel consulendo graue esset recedere a cõmuni oppinione doctorum. quam non reperit in hoc per aliquem uiolata. Et sic concludit quod pena legalis apposita contra mulierem. i. annum luctus nubentem Etiam si sit apposita in fauorem filiorum primi matrimonij est sublata per canones Nisi esset apposita ex facto culposo ipsius matris. ut si agnouit filiorum tutellam et non petito tutore transiuit ad secundas nuptias. Est cõclusio Abbatis. in. c. Ecclesia sancte marie. De constituci. .x. columna.

Item no incidenter Quod priuilegium concessum alicui et descẽdentibus suis masculis et feminis ita damnum transit ad descendentes per lineam femeninã si stant vidue et ad maritum non cõuolauerint. Et est ratio Quia postquam uidua uirũ assumit in aliam familiã se transfert et statim primam mutat ut. l. Quotiẽs. C. De priuile. scola. li. xii et ibi Jo. de pla. Facit. l. Mulieres in fi. C. De digni.

Vidua que uxor fuit generosi gaudet uiri libertate. vide infra. Uxor.

Vidua potest quãto maluerit tempore pro uiro lutum portare. vide supra. Luctus. a.

Vinum Regni Aragonie Nauarre seu Portogallie non tradatur nec mittatur in Regno. contra faciens cuiuscunque sit status seu conditionis Pro prima uice perdit bestias et vinum. et quidquid portauerit. Pro secunda uero vice eandem penam incurrit. insuper omnia bona perdit. Pro

tertia autem vice penas iam dictas insuper mortis penam in currit. Inquisitio autem in hoc casu permittitur quotiescun que pretori rerum vetitarum visum fuerit expedire Qui suam exequatur inquisitionem. et ei auxilium ad hoc prebeatur. Contrarium faciens arbitrarie per Regem punitur. pene vero iam dicte Tertia pars pretori. Et tertia custodibus. Residua vero Regis camere applicantur. Ordi. Regis Jo. i. Guadalfa. l. fi. Confirmatur per Hen. iiii. Tolleti. anno Mill. cccc. lxii. peti. xxviii.

Vinum. Idem dicunt aliqui de vvis Quia materia que reducibilis est ad formam idem de ea iudicatur quod de forma. ¶ Item quando forma reducibilis est ad materiam comprehenditur appellatione materie. ff. De legatis. iii. l. Quesitum. §. Illud fortasse. Si tamen statutum dicit non portari vinum ut hic Nota propter hoc sunt prohibite portari uve. ut. ff. De legi. l. Quod ratione. notat Dy. et Bal. in alle. l. Quesitum. ¶ Item no. Quod licet acetum fiat ex vino tamen aliud est vinum et aliud acetum. quod apparet Quia ponuntur ut species distincte. Idem de carnibus et lardo. ut. l. i. et ibi Bar. C. De erogatione militaris anone. li. xii. ¶ Item no. Quod tutor qui in fine calendas novembris facit bibi vinum vetus per familiam de suo resarcire tenetur Cum debebat facere bibi vinum novum Cum arrogatio veteris esset damnosum. ut. l. Jubemus. C. De arroga. milli. an.

¶ Vinum non intromittatur in civitatibus Segobie. Zamore. Salaman. Cordube. et Conchen. et in aliis locis in quibus habent privilegia et rescripta Regum que precipit Rex observari Et quod iustitie locorum dicta privilegia. rescripta. leges. et ordinationes locorum exequantur. Ordi. Regis. Hen. iiii. Madrid. anno Mill. cccc. lv. peti. xv.

¶ Violencia nulla inferatur vassallis per dominos locorum. vide supra. Domini. e.

Vis nulla fiat per milites vel prelatos in locis Regie corone. nec per vim hospitia seu rupas capiant. nec paleam vel alias res. nec alia damna inferant. quod si fecerint arbitrarie puniuntur. Ordi. Regis. Jo. ii. Palencuela. peti. viii. Et eiusdem Regis. Zamore. peti. iiii. vide supra. Hospitia. e.

¶ Vis. No. quod invadere refertur ad immobilia occupare ad mobilia. no. glo. ff. De rei ven. l. Domum. et. ff. De acti. emp. l. ii. et. l. Instrumenta. ff. Ad exhiben.

Vim faciens capiendo aliquem vel bona sua occupando puni
tur. vt supra. Restitutio. c.

Vim facies agricultori in labore hereditatis. uel aliquid ab eo
extorquens preter tu secrestationis hereditatis punitur. vt
supra. Secrestatio. a.

Vim faciens in publico itinere. occidendo. uel depredando re
gi. dc. Soluat moro. foro nouo Regis Al. de Alcala. ti. xxxvij
. l. iij. vide supra. Itinera. b.

Sexcentos soluat moro. Hac tamen pena punitur uim faciens. ut hic Quando ci
uiliter agitur per fiscum. Si autem agatur criminaliter et fit uis cum armis ta
men tunc fit uis publica Cuius pena est deportatio et oim bonorum amisso. ut. ff.
De ui. pub. l. l. Qui dolo. § . fi. & . ff. Ad. l. iulli. De ui. priua. l. i. Et punitur in
famia et relegatione. ut ibi. et hoc in libero homine. sed si ciuiliter agitur per par
tem. Siquidem aliquid debetur uim inferenti Perdit debitum et ius crediti. ut
. l. Creditores. ff. Ad. l. iulli. De ui. priua. et. l. Edita. ff. Quod me. causa.

Vis nulla fiat uidue. vel alii femine circa matrimonium con
trahendum. vide supra. Rescriptum. d. Et uide supra. Domi
ni locorum. r.

Visitatõnem iusticiam. seu correctionem prelatorum su
orumque officialium publice vel occulte circa subditos
suos impediens. et circa excessuum emendationem Ipõ facto
quingentorum moro. penam incurrit. Quorum tertia pars
ecclesie cathedralis fabrice. Alia uero Regis camere. Residua
autem iustitie loci penam exequẽti applicentur. Si uero per
. xxx. dies in sua perdurauerit duricia dictam uisitatõnem ut
primittitur impediẽdo penam. x. mille soluat moro. ut pre
missum est diuidatur. Non tamen propter hoc laicis preiudi
catur circa iura que habere contendunt. Ordi. Regis. Io. i.
Guadalfa. prelatorum. l. v.

Vota beati Iacobi. et sancti Milliani de cogolla petantur
et recuperẽtur in tempore quo petuntur. et recuperã
tur tertie Regis. et non postea. Ordi. Regis Io. ij. Madrid. ã
no. Mill. cccc. xxxiij. peti. xiij.

Vncias auri cuius est valoris. vide supra. Appellatio. l.

Universitas sine rectoribus et iustitia loci. repartitiones
seu decimas facere minime potest. vide supra. Repar
titiones. a.

Universitas. No. quod universitas potest collectam pro debito imponere. ut
no. Py. et Bar. in. l. Solent in h. ff. De ali. et ciba. le. et Innocē. in. c.
Graue. De sen. exco. de hoc no. in. l. i. §. Quibus. ff. Quod cuiusque universi.
no. Et no. Ja. de are. in. l. iii. §. Mancipium. ff. De re. iu. et Spec. in ti. De
sen. §. Quid sit dicendum. h. Sed quid si universitas. Universitas an resideat
in uno Vide Bar. in. l. Si grege. ff. De le. i. ¶ Item no. Quod deficientibus
rectoribus universitas non potest exercere iurisdictionem maxime contentiosam
secundum Innocē. in. c. Cum accessissent. De cōsti. non obstat. l. Ubi assunt.
Quia ibi est spāle fauore pupillorum. ut ibi no. Bal. Et universitas an potest ac
cusari uel accusare. vide Hen. in. c. Dillectus. ii. De symonia.

Usuram exercens si xpianus est cuiuscunque sit status
perdat omē id quod ad usuras dederit uel mutuauerit
et lucro cedat recipiētis. Et insuper tantumdem soluat. Ter
tia pars accusatori. Residuum uero Regis camere applican
dum. Si autē in hac pena semel cōdemnatus detectum fuerit
iterum phenus exercere bonorum Medietatē perdat ut pri
mittitur diuidēdam. Cōuictus itaque tertio ad usuram dare
tanquam pertinax et obstinatus Omnia bona perdat. et ut
supra. diuidantur. Contractus autem Si in fraudē usurarum
deprehenditur factus. videlicet si usurarius ab aliquo rē emit
et pactum apponit quod si usque ad certum tempus venditor
precium dederit quod ēptor rem restituere teneatur. et quod
venditor non possit dare precium quod recepit usque ad cer
tum tempus. et quod interim emens rei fructus in usus pro
prios conuertat ideoque hac fraude probata. cum venditor
precium emptori restituit quod recepit rem suam recuperet
Et fructus quos emptor habuit cōputētur i sortē. probatur
itaque usura Si tres vel plures iurati deponant aliquid rece
pisse ad usuram. licet de facto suo quilibet deponat. dum ta
men tales sint testes quibus fides sit adhibenda. aliis etiā pre
sumptionibus et circunstanciis interuenientibus quibus iudex
moueri debeat ad credendum verum esse quod deponitur. tes

V.v.

tes tamen taliter deponentes ex suo tantum testimonio nil recuperant de his que propter usuram dederint. Nisi plene quod deponunt probauerint. Tunc uero pena hic apposita Regis camere applicatur Foro nouo de Alcala. ti. xxiij. l. i. uide supra. Contractus. a.

Confirmatur ista. l. per Regem Jo. ij. Madrid. anno Mill. .cccc. xxxv. peti. xxxv.

Usuram. Pone quod Fenerator re uera mutuat michi centum pro quibus ego facio cartam uenditionis cujusdam domus hoc pacto. quod ego promitto re emere hanc domum post quinquenium et non ante pro eodem precio. Respondit Bal. Quod non potest probari a perte de mutuo. tamen ex consuetudine feneratorum presumit contractum usurarium. Item quod est contra naturam uere uenditionis. ut. c. Ad nram. De emptione et uendi. De pigno. c. Illo uos. Alii contra dicunt quod alle. lex. uel decretalis hoc dicit. et ex forma sui iste contractus non est fenerationis. ¶ Item emptio et uenditio non potest fieri ad certum tempus et facit. C. De pacti. inter emp. l. ij. Et isti dicunt melius nisi sit solitus fenerari et in fraudem usurarum simulata instrumenta conficere Nam in eodem genere malitie semel malus semper talis presumitur. ut regula semel malus. De re. juris li. vj. Et conclude. Quod alteratio contractus et pacta insolita et quod sit usurarius faciunt contra ipsum presumi cui presumptioni statur. et idem de aliis similibus pactis insolitis Que uidentur contra naturam uere uenditionis. et facit .ff. De probati. l. Qui testamentum. ubi propter legis interdictum presumitur fraudis simulatio. et. c. ti. l. Cum tacitum. et. C. De natu. li. l. i. et. l. Si quis. et. ff. De legi. l. Fraus cum similibus. hoc no. Bal. in li. Feudo. De feudis. da. inuice. l. Comissorie. c. i. ¶ Item exceptio usurarum est. in. xv. dies probanda. cum usura sit expoliatio alterius. ut. c. Inter usuram. xxiiij. q. iiij. Et hoc adinstar exceptionis spoliationis. ut. c. Frequens. De resti. spoli. li. vj.

¶ In fraudem. Et sic no. Quod aliquo colore quesito in fraudem juris canonici. et istius legis que usuras reprobat. et repetitioni fauet transitis de qualitate unius contractus ad aliam qualitatem Quod ex forma contractus et ex qualitate conuincitur creditoris. ut. c. Illud. De pigno. et. c. Ad nram. De empti. et uen. sic presumitur contractus usurarius in quo pena adducitur que legitimum modum usurarum excedit. ut. ff. De acti. empti. et uen. l. Jullianus. §. Ibidem. et. ff. De pigno. acti. l. Uel uniuersorum. ff. De usuris. l. Qui semisses. ff. Ad macedo. l. Sed jullianus. §. Quod dicitur. ¶ Fraude probata. Justum est ergo super tali fraude prouideri. ut hic. Nam iustius prouidetur contra fraudantes intentionem legis Quam ipsum textum legis. ut est tex. notabilis in. l. Ita fidei. ff. De jure fisci. quod comendat Bal. in. l. i. in fi. C. De probati. ¶ De facto suo. Et sic no. Quod hujus legis rigore quis conuincitur usurarius propter dicta testium de facto proprio deponentium. Concor. l. Dignitatibus. et quod ibi no. C. De testa. nec. obstat quod in facto proprio nemo testis idoneus. Quia illud locum habet quando

er depositione propria testi. sequitur cōmodū. ut alle. l. Dictantis ue. Secus quā
do nullum cōmodum testis est hiturus. uel quādo testis protestatur quod nō intē
dit ex suo testimonio aliquod jus querere. ut ibi no. Bal. plene. hoc tamen quod
ista. l. disponit est contra jus expressum Quo cauetur quod testes singulares non
probant. c. Veniens. De testi. et in quolibet facto probando per testes requiritur
pluralitas testium. et unitas uel singularitas nichil operatur. ut. ff. De testi. l.
Ubi numerus. Et testes non solum in jure Sed etiam in facto debent esse cōcor
des. ut plene no. per Bal. in. l. i. C. De testamentis. Et sic quo ad repetitionē
usurarum. uel quo ad penam usurario imponendam Non est sufficiens singularis
depositio testium Sed sufficiat quo ad probandum infamiam in genere. ut Bal.
ubi supra. ¶ Item tabellio contractum usurarium scienter conficiens Reddit se
inhabilem. ut no. Bal. super rubrica. Res. inter al. acta &c. Et scripsi Foro legū
h. i. ti. Delos estrumentos. l. i.

¶ Usura cum grande reperitur peccatum in lege nature. et
scripture. et gratie. Judei siue mauri illam non exerceant.
Nec judex contractus usurarios exequi permittat. Reuocan
tur leges. jura. et priuilegia contra hoc cōcessa. c. Foro. no.
ti. xxiii. l. ii. Etordi. Regis Hē. i. Burgis. peti. ii. Et Regis
Jo. i. Burgis. peti. xxv. Et eiusdem Regis Madrid. peti. i.
et per totum.

¶ Usura. Peccatum. De quo usurario dici potest quod in uanitate sensus. et in
obscuritate mentis ingreditur qui diuicias per fas et nefas querit. qui adulatur
Regibus hereditates captas alienas. Et opes congregat quas in momento cui sit
relicturus ignorat. c. Nouē. xxxvii. di. Post concupiscentias enim tuas ne eas.
mens potentie auida. nec abstinere nouit a uetitis. nec gaudere concessis. nec pie-
tati adhibere consensum. xlvii. di. c. Unum. Nam mens alligata uicio cupidita
tis cito deuiat a uero. xcvi. di. c. Bene. lxxxiii. di. Nichil. Et totus mūdus obo
lus nō uidetur auaro. xiiii. q. iii. c. Quid dicā. Contra id michi res non me rebus
subitere cōcor. ut glo. in. l. Sancimus. C. De sacro san. eccli. ¶ Itē no. Quod
quēadmodum qui ambulat inter duos inimicos uolens ambobus placere sine mali
loquio esse non potest. Et necesse est ut et isti male loquatur de illo. et alii male
de isto. Sic mercator sine mendatio et perjurio esse non potest. Sed talium sub
stantia stabilis esse non ualet. nec ad bonum proficit quod de malo congregatur.
. c. Eiciens. lxxxviii. di. Jo. crisos. super matheum. xxi. Hinc est quod de male
acquisitis tertius heres non gaudebit. C. De admi. tu. l. Lex que tutores. et no-
tat Archi. in dicto. c. Eiciens. Notandum tamen est Quod non est peccatum
habere diuicias ex licito tamen acquisitas si adsint bona opera. ut. xxx. di. Hoc
scripsimus. Sed tunc est peccatum cum per diuicias iusticia deseritur. ut. c. Ha
bebat. xii. q. i. uel cum homo spē ponit in eis. viii. q. i. Sunt in ecclia. hoc notat
glo. in. c. Clericus. xii. q. i. ¶ Item no. ut dicit Seneca Quod forcior qui cupidita
tem uincit quam qui hostē subicit. Et alibi. Ferocissima pestia est cupiditas qui so
let egenos facere quos capit que finem querēdi non inuenit. ut notat Jo. an. in no

uella. in.c. Auaritie. De electi. li. vi. Et in.c. Nisi cum pridem. De renunc. Item no. auarum cecum appellari.ut dicto.c. Auaritie. Auaritia enim et ambitio excecant animos. ut agenda non uideant. et a prohibitis non declinent. ut.c. Quorundam. De ellecti. li. vi. et.c. Virũ.et.c. Sicut hi. xlvij. di. Unde no. Quod possessio diuitiarum est in distribuendo. auarus autem hoc non faciens fructum diuitiarum nõ habet. ut no. Jo. in dicto.c. Auaritie. Nam male possidet qui uel suis male utitur ut auarus. uel qui aliena presumit. ut.c. Jus dictum est De regu. juris. Omnis enim orõ siue supplicatõ auari ad deum est pro pecunia obtinenda. xlvij. di. Sunt hi. nec compossessorem querit. ut. xxij. q. vij. Quod autẽ notat Hosti. in dicto.c. Jus dictum est. An autem contractus usurarius sit permissibilis aliquo jure disputat. Jo. an. in.c. Peccatum. De regu. juris. li. vi. in mercuri. ubi plene tractat que sit usura. Et an sola intentio uel spes lucri constituat quem usurarium. et in quibus rebus usura cõmittatur. Et an contractus usurarius sit extra naturam rei uiciosus et malitia conuolutus. Et an jura debeant concedere contractum usurarium propter aliquod bonum quod inde oritur. uel propter aliquod malum quod inde uitetur. ¶ Item an jus ciuile possit juri canonico obuiare. Et an dicta jura habeant adinuicem discordantiam. ibi eleganter per Jo. an. unum tamen uolo te scire Quod ex liberalitate dantis potest purgari turpitudo solius recipientis. Nam si promitto tibi usuram. tu turpiter recipis hanc promissionem ex qua infamaris. tamen si liberaliter soluo nõ optentu promissionis Sed animo donandi Purgata est turpitudo. nec amodo repetam. ut. ff. De condi. ob turpem causam. l. Si ob turpem. que lex est clauis in ista materia. ¶ Item si tibi promicto per metum et recedente causa metus et conjectura metus. soluo sponte nõ repetam Secus si metus a me non recessisset Quia in necessitate metus nemo liberalis existit. presumitur durare metum durãte impressione timore uel tiranno. ut notat Innocẽ. in.c.i. Quod metus causa. Idem est si non sit metus tirãni Sed statim tirãnicum alicuius ppli. Nam lex praua tirãnica ẽ sicut dicit Cy. in alia materia. in. l. Si qua pena. ff. Qui sunt sui. uel alieni juris het per Bal. C. De cõdici. ob turpem causam. l. Ex cautione in fi. ¶ Item circa has leges que de usuris seu fictione loquuntur est premittendum quod jus positiuum interdum ex causa reddit aliquas potentias inhabiles ad inueniendos contractus Etiam qui sunt de iure naturali uel gentium. s. consensum perficiũtur. Et licet consensum non tollat quia non potest. nec ibi est aliqua fictio cũ ibi non disponat contra ueritatem. talis lex posita nec obligat in foro contencioso nec in penitẽtiali. uel conscientie. exemplum est uidere Quia licet solo consensu matrimonium contrahatur seu perficitur. xxvij. q. ij. Sufficiat. tamẽ lex positiua prohibet quasdam personas. s. affines. consanguineos. et alios et c̃. Quãdoque jus positiuum nõ reddit personam inhabilem ad contrahendum sed super contractu inito a tali persona uel sub tali forma disponit quãdoque secundũ ueritatem. Et talis dispositio in utroque foro est seruanda Exẽplum si actum ẽ inter contrahentes quod sit mutuum licet iniant contractum sub forma uenditionis Hic uere est contractus pignoraticius nõ ficte. Ita disponit lex. C. Plus ua. quod agi. l.iij. et.c. Ad nr̃am. De empti. et uendi. Quandoque jus disponit uel presumit contra ueritatem facti s. quod aliud sententiatur etiam si ueritas aliter se hñerit. et hec proprie est fictio

Et in tali casu potest lex positiua diuersis considerationibus diuersam habere essentiam secundũ diuersitatẽ Fori. xvii. q. iiij. c. si. De spon. Tua. De eo qui cog. consan. uxo. sue. c. Ex litteris cum se. ¶ Item circa hanc materiam est notãdum Quod non potest papa nec princeps per suam legem facere licitum quod lege dei ẽ illicitum. xxv. q. i. Sunt quidam. ¶ Item ad materiam usurarum no. Quod iudicium dei respicit ueritatem. c. A nobis. ii. De sen. exco. & non aliquam fictionẽ. xi. q. iii. Si quis hominem. et. c. Se. nolite. deus enĩ ueritas ẽ a quo omis fallacia est exclusa. De cele. missa. In quãdam. xi. q. iii. Abiit. De peni. di. ii. c. Si enĩ inquit. non enim hois consuetudinem oportet sequi Sed dei ueritatem. viij. di. c. si.

¶ Item no secundum Pe. de ancha. in. c. Ad nram. De empti. et uendi. ut refert Barba. in. c. Ut unus quisque. De pec. cle. quod si aliquis exercuit mutuũ. nec fecit aliquod aliud exercicium. nec probatur usurarius. et est factus locuplex et opulentus Quod presumitur ex usuris quisiuisse. dicit tamen quod debet concurrere fama uicinie. facit. c. Quãquam. De usuris. li. vi. et tex. in. c. Cum in diciosi: e. ti. quod est bene notandum contra milites Qui hodiernis temporibus non exercent se in armorum usu. et mutuando locupletantur. et sunt de gente solita facere usuras. quia tunc credit Barba. ubi supra. quod etiam si non concurrat fama uicinie sufficit suspicio sinistra. quia de gente non sancta et bona et solita huiusmodi usuras facere. et hoc dicit propter ellegantem doctrinam Ange. in. l. Fugitiui. C. De seruis fugi. ubi arguit contra eum qui natus ex parentibus inimici. status quem uide. et facit. l. Quod si nollit. §. Municipium. ff. De edilic. edic. ut Barba. ubi supra. Cius tamen oppinio damnatur in hac parte. per. c. i. Cum sequẽtibus. lvi. di. Et latius scripsi Foro legum. li. iiij. ti. iij. l. ii.

¶ Item Rex Hen. iij. in curiis burgis approbauit et confirmauit leges supra proximas que de usuris disponunt contra iudeos. et prohibuit ne iudeis per se nec per alios obligationes seu contractus super xpianos. nec supra concilia. seu cõmunitates faciant. Et eos annullant irritos et cassos declarauit et prohibuit. nec iudices eos exequantur. nec iudicent per scripturam publicam nec per testes. Et hoc idem statuit cõtra sarracenos. Et addit quod hoc etiam intelligatur de quibuscunque contractibus et obligationibus quas iudei seu sarraceni siue de pane seu de pecuniis et de bino. Nec alias faciunt bel habent contra xpianos cõcilia siue cõmunitates. siue sint contractus mutui. siue emptionis uel uenditionis. cõmodati bel depositi. et alterius cuiuscunque qualitatis. Contractus tamen emptionis non aliter permittitur inter eos nisi incõtinenti emptor det precium bẽditori. et bẽditor rem tradat

emptori. non tamen aliqua fiat obligatio super tali vendictio nis cõtractu. Et si iudeus uel maurus aliter fecerit ipõ facto contractus seu obligationes sunt nulle et cassę. iudices autem nullatenus eas exequi presumant. tabelliones uero dictas nõ presumant scribere seu facere obligationes seu contractus. nec de eis fidem faciãt alias ipso facto officio tabellionatus priuentur. Littera tamen testimonialis uere uenditionis rei. cuius precium statim soluitur et res traditur in qua nulla fiat obligatio alicuius rei dandi uel soluendi licite potest per tabellionem confici. Iudei tamen et mauri bene possunt facere et obligationes xpianorum recipere super redditibus Regis Et sint eius arrendatores ut hactenus usi sunt facere.

Item statuit idem Rex in curiis de Madrid quod non solum scripture obligationum nec testes faciunt fidẽ et prohibẽtur contra xpianos Sed nec etiam cõfessio facta per xpianum in iudicio quod debet aliquam quãtitatẽ iudeo seu mauro panis vini pecunie uel alterius cuiusque rei ualeat. Et illam Rex annullat. et prohibet ne iudex pretextu talis confessionis xpianum audeat condemnare. nec aliquam executionis litteram dare. et que contra facta annullat et cassat. Insuper statuit quod quicunque xpianus talem confessionem faciens Etiam si iuramẽtum siue omagium super ea faciat Soluat tantumdẽ de propriis bonis ut fuerit res confessata. Iudeus uel maurus qui tale iuramentum omagium siue confessionem petierit soluat duplum quantitatis supradicte. Cuius pena in locis domini Tertia pars accusatori. Et tertia domino loci. Residua uero Regis camere applicatur. In aliis autem Regis locis Tertia pars accusatori. Tertia uero Regis camere. Residua autẽ pro reparatione murorum loci applicatur. Et si in loco non sint muri illa tertia propriis conciliis illius loci tribuatur.

Rex tamen Hen. iiii. in curiis Tolleti ãno domini Mill. cccc. lxii. Heti. xxii. dictas leges interpretando moderando atque declarando Quia dicti iudei nisi per tractus emendi et uẽ

dendi uiuere. seu suas non possunt merces et bona tractare. ut sperientia docet. et in talibus requiruntur fideiussiones cõtractus. iuramenta sententie. et cõfessiones. Statuit quod in confessionibus licitis et honestis non tamen in fraudem usurarum celebratis qui non sint fictici et simulati Sed a iure permissi dicti iudei licite contrahere possunt per scripturam uel sine ea tam in vendendo quam in emendo. pignorando. permutando. pasascendo. conueniẽdo. et quomodocumque alias Et possunt sententias seu confessiones uerbaliter. vel per scripturam in casibus licitis et permissis recipere. Et tales cõtractus. sentẽtie. et cõfessiones efficaciam atque robur hẽant firmitatis a iure nisi in iuridica forma probatum fuerit dictos contractus. sententias. atque cõfessiones usurarios fictos esse atque simulatos. uel in fraudem usurarum celebratos. Et circa hoc leges contra hoc cõditas a predecessoribus suis precipit non valere. Precipit tamen dictus dominus Rex Ven. quod in contractibus qui de mutuo sonãt creditor intra biennium teneatur probare id quod in mutui contractu cõtinetur esse uerum Sicut in dicto contractu cõtinetur. Et hoc si debitor exceptioẽm posuerit nõ numerate pecunie. quod quidem lex seu exceptio per debitorẽ etiam cum iuramento non potest renunciari. Et hoc precipit obseruari Tam in contractibus. sententiis. et confessionibus hactenus factis super quibus adhuc nulla fuit in iudicio facta contentiõ Quam in his qui post hoc celebrati fuerint non obstantibus legibus. rescriptis. ordinationibus usque nunc cõcessis. seu concedendis. Et hec que dicta sunt inuiolabiliter precipit obseruari. Sed si tales iudei fuerint publici usurarii atque tertio ad usurã dederunt quod tales cõtractus mutui executioni nõ tradãtur. Et quod in talibus hẽant locum leges ordinate per Regem Ven. auum suum. et leges per alios suos cõdite predecessores. et iuris presumptioẽs per eos introducte et cetera. Ordi. Ven. iiij. ut supra.

Hanc. l. domini Regis Hen. iiij. reuocauerunt serenissimi pri
cipes Rex Fernãdus. et Regina Elisabel uxor sua domina no
stra in curiis de Madrigal ãno domini. Mill. cccc. lxxvj. ad pe
ticioné procuratorum Regni statuerunt et ordinarunt quod
deinceps in contractibus que fient a xpianis iudeis uel mau
ris Si xpianus opposuerit in quocunque tempore etiã post
biénium exceptionem non numerate pec. vel contra alium
quẽcunque cõtractum Quod caret ueritate. in tali casu iude
us vel maurus probare tenetur quod ẽ uerum sicut sonat cõ
tractus fuit celebratus sine aliqua fictione. et nisi realiter et
plene hoc probauerit Talis contractus. seu etiam sentẽtia.
vel alia scriptura minime executioni tradatur. Et in tali ca
su leges per predecessores Reges condicte vendicãt sibi locum
Si tamẽ iudeus vel maurus realiter probauerit mutuum. uel
alterius cuiusque contractus veritatem sine cautela. fictionẽ
seu simulatione hoc firmãdo suo iuramẽto ultra ueritatis
probationem Talis contractus debito tradatur effectui.
¶ Item ad euitandas fraudes usurarum statuerunt dicti domi
ni Rex et Regina quod deinceps nullus iudeus seu maurus re
cipiat iuramẽtum a xpiano. nec sentẽtiam a iudice eccliasti
co propter mutuum vel alium quẽcunque contractum. nec a
liquis tabellio talle iuramentum seu sentẽtiam conficiat. nec
fidem faciat nec etiam xpianus consentiat ut creditor appo
natur pro debito iudeo uel mauro debito Alias iudeus iura
mentum a xpiano recipiens perdat debitum vna cum bono
rum medietate camere Regum aplicanda. et tabellio perdat
officium. et inhabilis ad aliud officium efficiatur. et soluat. x.
mille mor. pro Regis camera. et xpianus cõsentiens credito
rem se facere pro iudeo efficiatur infamis. et perdit bonorum
medietatem Regis camere applicandam.
¶ Usurarius ẽ quodãmodo hereticus. ideoque quicquid dat ad v
suras cum bonorum medietate pertinet ad Regem. Ordi. Re
gis Al. de penis Segobie. l. iiij. et Regis Hen. ij. de penis. l.
. iiij.

Uxor pro mariti debitis seu pro eius fideiussione Etiam si debita sint redditũum vel iurium Regalium incarcetanda non est. Ordi. Regis Hen. i. Tauri. peti. iij. Et Regis Johãnis. i. Briuiesca. l. xxiij. vide supra. Mulier. a.

Uxor. Imo de iure pupillus et mulier non possunt pro debito incarcerari. ut notat Bar. in. l. Neque. ff. De in ius. uocan. Nec mulier potest capi pro debito priuato aut fiscali. ut. l. i. cũ sua auctẽ. C. De offi. diuer. iudi. An et quã do bona uxoris sunt obligata pro debito uiri scripsi Foro legum. li. tertio. ti. De las deudas. l. xiiij.

Uxorem alienam Extrahens. et publice in cõcubinam tenẽs Si requisitus per iudicẽ uel per maritum vt illam iustitie tradat facere renuerit hoc probato vltra alias penas iuris medietatem perdit bonorum. que Regis camere applicatur. Ordina. Hen. ij. de penis. l. xxij. confirmatur ista. l. per Regẽ Jo. ij. in Madrid. anno Mill. cccc. xxxv. peti. fi.

Extrahens. Qualiter punitur uxorem alterius uiolenter rapiens. scripsi Foro legum. li. iiij. ti. Delos que fuercan las mugeres. l. iij. Uxor an potest pro debito uiri obligari scripsi Foro legum. lj. iij. ti. Delos fiadores. l. v.

Uxor generosi de quo supra. Generosus. post uiri mortem castitatẽ obseruans nisi secundo cum uiro ignobili seu generoso contrahat priuilegio gaudeat uiri. Mulier autem generosa que cum uiro non generoso cõtrahit matrimonio durãte libertate non gaudebit. eo autem mortuo Gaudebit. Si uero generosa bis cum ignobili contrahat post mortem secundi ignobilis uiri non gaudebit. Pragma. san. Regis Hen. ij. Tordesellis. ãno domini Mill. cccc. iij. vide supra. Officialis. .i. Idem Rex. Tauri. anno Mill. cccxcviij.

Uxor generosi. Gaudebit. Contrarium determinat Bar. in. l. femine. ff. De senato. dicens quod ista mulier mortuo uiro ignobili in uiduitate permanẽdo non recuperat priuilegiũ uel dignitatẽ semel amissã per. l. Homo liber. ff. De statu. homi. ubi de priuatione ad habitũ nõ est dare regressio Nisi principis auctoritate ut ibi no. Et est ratio quia remanent adhuc reliquie prioris impedimẽti. s. matrimonij post mortem uiri. ut. l. Omnẽ. C. De bonisque libe. Fortior ergo et durabilior est dignitas proueniẽs ex patre que cõtingit iure nature seu sanguinis Quã mariti. no. glo. in alle. l. Femine. Item est notãdum Quod si priuilegium cõpectit uiro ratione dignitatis. ut quia comes. uel dux. et similis. aut iure nature. ut quia generosus. ut hac. l. Tũc habet locum quod hic dicitur Secus si cõpectat ratione officij quod gerit. uel ratõne laboris. ut medicus uel doctor dũ legit Quia

tunc eo mortuo uxor non gaudet uiri priuilegio. ut notabiliter per Bar. in alle. l. Femine.

¶ Cum ignobili contrahat. Et sic no. Quod sicut mulier propter uiri condictionē corruscat ita reprehenditur. ut. l. i. C. De dignitatibus. li. xii. Concor. cum hac. l. C. De incolis. l. fi. li. x. cum ibi alle. in glo. fi. Et. l. Femine. ff. De senatoribus. et ibi glo. notabilis. Et. l. Cum te. C. De empci. et. ff. De iudiciis. l. Exhigere. C. De incolis. l. i. et fi. et. l. Filii. §. Vidua. ff. Ad municipa. An si uxor Regis sit relicta pregnans debeantur sibi omagia et fidelitates scripsi Foro legū. li. i. ti. Dela guarda delos fijos del Rey. l. i. ¶ Item uxor gaudet priuilegio fori uiri. l. Princeps. ff. De legibus. et ibi glo. et tex. in. l. Cubicularios. C. De prepositis sacris cubi. li. xii. facit. l. Ne a diocesa. C. De silenciariis. li. xii. et in. l. Sacris. ii. C. De prepositis sacrorum scrineo. li. xii. Et. l. Mulieres. C. De digni. li. xii. Et ibi glo. et. C. De incolis. l. fi.

¶ Vxores militum. seu scutiferorum. seu aliorum quorumcunque possunt ad libitum deauratum tradere. Ordi. Regis Jo. i. Burgis. l. i. vide supra. Miles. a.

Xpianus nullus in domo sua iudeum siue maurum non seruum vel captiuum tenere presumat. nec talis officium habeat a xpiano. ut dominium possit in aliquem habere christiarum. Nec xpianus cum eis nisi ut iura permittunt Conuersetur nisi iudeus fuerit medicus. Et tunc tēpore necessitatis conuersatio permittitur. xpianus vero cōtra faciens sex mille soluat moro. Regis camere applicādos. Quorum tertia pars accusatori ē danda. prohibetur etiam ne iudeus vel maurus cum xpiano viuat. nec officium a xpiano habeat alias perdit bona. et corpus ad libitum sit Regis. Insuper prohibetur ne iudeus vel maurus xpianum vel xpianā i domu teneat. nec cum eo sub dicta pena. Viuat. accusatori uero horum penarum tertia pars applicatur. Ordi. Regis Jo. i. Briuiesca. l. xvii.

Xpianus. Conuersetur. Et hoc idē quia sepe malorum consortia etiam bonos corrumpunt. ut in. c. Sepe. xxviii. q. i. Obstat tamē quia infideles non possumus xpō lucrari. si eorum conuersationē uitamus. exēplo domini qui cum peccatoribus conuersabatur. ut. c. Infideles. xxiii. q. iiii. quod habet locum in paganos qui non discernunt cibos. ut. c. Ad mensam. xi. q. iii. Cum iudeis tamen prohibetur talis conuersatio. ut est expressum in alle. c. Sepe. et in. c. Omnes. xxviii. q. i. Et est ratio differentie Quia iudei difficiliores sunt ad conuertendum. et periciores ad subuertendū quam gentiles quia legem habent et pro

phetias. ut no. glo. in. §. Verum. xxviii. q. i. et glo. in. c. Quum sit. De iudeis. Necessitatis. f. ineuictabilis. ne sit contra. c. Nullus. xxviii. q. i. Viuat. nota. ergo Quod cum iudeis xpianus non debet morari. Concor. xxviii. q. i. Iudei. et. c. Sepe. et. c. Nullus. In agro tamen bene potest xpianus iudeo seruire. et potest iudeus eum ascripticium habere. ut. c. ii. De iudeis. et supra. e. c.

Xpianus captiuus si redimatur pro permutatione mauri ca ptiui potest retrahi venditio talis mauri pro eodẽ precio. vi de supra. Captiui.

Xpianus siue sit Rex. siue Regina vel infantes. siue alii qui cunque xpiani tenentur eucharestiam cum obuiauerint per vicos usque ad ecclesiam sociare. genuaque flectere. Nec trãse at. nec valet xpianus se ad hoc excusare pretextu. luti vel pulueris seu alterius cause. Contra faciens. lx. soluat morc. Quorum due partes clericis cum domini corpore euntibus. Tertia vero pars loci iustitie applicatur. Iudei autẽ et mauri. xiiii. annorum maiores in calle dum eucharistia transit existentes a calle discedant. vel lateant. seu genua donec transierit flectã tur. Et si contra fecerint quicunque xpianus eos coram iusti tia tradat. et eos si voluerit accuset. Et si per duos testes etiã christianus hoc probauerit vestis quã iudeus vel maurus de super habuerit sit xpiani accusantis. Ordi. Regis Io. Briuies ca. l. ii.

Xpiana nutrice nõ permittatur filium iudei vel mauri Sub pena. dc. morc. pro Regis camera. permittitur tamen xpia nis ut cum iudeis vel mauris viuant ad laborandum heredita tes suas. et ad sociandum eos ne occidantur vel iniurientur. Ordi. Regis Io. i. Sorie. Peti. xi. vide tamen supra. e. a. Et vide infra. Proxima. l.

Xpiana. Nutrice. Excõmunicatur autem xpiana et quilibet xpianus qui cum iu deis presumpserit habitare. ut. c. ii. De iude. Et idem de sarracenis est dicendũ ut ibi. Et in. c. Ad hec. e. ti. Cõcor. iii. parti. ti. xxiii. l. viii. et Foro legum. li. iiii. ti. ii. l. iiii. Et vide quod ibi scripsi.

Xpiani cum iudeis vel mauris nõ viuãt pro salario nec aliter Nec etiam filios iudeorum nutriant. xpianus autem contra faciẽs publice a loco cum flagellis expellatur. ad accusationẽ

vero istius facinoris quilibet admittitur regnicula. Et licet accusator non interueniat iudex inquisitōne facta penam ut primittitur exequatur. Ordi. Regis Jo. i. Wallid. Petri. iii.

¶ Xpianus res suas quas dicat ui vel furto sibi esse ablatas tenetur repertes iudeus illas xpiano restituere si xpianus probat suas esse. vel iudeus det actorem a quo res illas habuit. Ordi. Ven. Madrid. de Judeis. l. b.

¶ Xpianus pro debito iudei vel mauri minime incarceretur. nec alicuius obligationis pretextu. vide supra. Judeus. g.

¶ Xpianus non confessus nec cōmunicatus moriens punitur. vt supra. Defunctus. a.

¶ Xpianum ad christi fidem nouiter conuersum iniurians punitur. vt supra. Judeus. b.

¶ Xpianus ad petitionem iudei sacramentum seu omagium in iudicio non faciat per quod confitetur iudeo debitum debere alias punitur. vt supra. Confessio. a.

¶ Christianus probat cōtra iudeos per testimonium christianorum. vide supra. Testimonium.


Yspalensis ciuitatis priuilegia. vide supra. in alia littera ypsalensis.


Zelare debet preses prouintie seruicium Regis. vide supra. Adelantatus.

¶ Explicit.

¶ Gloria laus et honor tibi sit xpē redemptor
inceptum pietas nam tua claudit opus.

¶ Deo gratias.





MONTALVO.
COMPILATIO
LEGUM